Quos nulli dubium eſt non tam ſpi
ritalis exercitationis cauſa qꝫ compe
ſcende ſuperflue ocioſeqꝫ confabulatio
nis gratia· ⁊ maxime contentionū q̄ ple
rumqꝫ ſolent in cōuiuijs generari· h' ſta
tuere voluiſſe· videntes eas aliter apud
ſe non poſſe cohiberi; Apud egyptios ei
vel maxime tabennēſiotas tantū ſilentiū
ab omnibus exhibet'· vt cum in vnū tan
ta numeroſitas fratrum refectionis ob
tentu cō ſederit· nullus nec mutire q̇dez
audeat ꝓter eum qui ſue decanie preeſt.
Qui tamen ſi quid menſe ſupinferri vl'
auferri neceſſariū eſſe peruiderit. ſonitu
potius qꝫ voce ſignificat. Tantaqꝫ ve
ſcentib' eis ſilentij huius diſciplina ſ̄ua
tur· vt cucullis vltra oculoꝝ palpebras
demiſſis· ne ſcꝫ liber aſpectus habeat cu
rioſius copiam euagandi· nihil ampli'
intueātur qꝫ menſam. ⁊ appoſitos in ea
vel quos ex ea capiunt cibos· ita vt quē
admodum vel quātum reficiat ali' nul
lus inuicem notet. **Qꝫ illicitum ſit extra menſaz cōmunem quicqꝫ cibi potuſve guſtare. Cap̄. xviij.**

ANteqꝫ vel poſtqꝫ legitimaz cō
munemqꝫ refectionem percipi
ant ſumma cautione ſeruatur
ne extra menſam quicqꝫ cibi penitus ori
ſuo quiſquā indulgere preſumat· vt in
cedentibus ꝑ hortos ⁊ pomaria· cū paſ
ſim blandeqꝫ per arbores poma penden
tia nō ſolū obijciant ſe pectorib' trāſeū
tium· verumetiam ſtrata per terram con
culcāda pedibus offerant· atqꝫ ad colli
gendum parata facile ad conſenſum cō
cupiſcentie illicere valeant intuentes· et

# De inſtitutis renunciantium

oportunitate vel copia quiuis diſtrictos atqꝫ abſtinentiſſimos ad ſui deſiderium prouocare ſacrilegum ducatur non modo quicqꝫ ex his degustare verumetiam manu contingere abſqꝫ eo quod palã cunctis in cõmune reficientibus exhibetur ⁊ ad percipiendũ economi diſpenſatione per fratrum obſequia publice miniſtratur

## Quemadmodum per paleſtinam vel meſopotamiam quotidiana fratribꝰ exhibeantur obſequia Cap̄. xix.

Nequid ſane de inſtitutis cenobiorum pretermiſiſſe videamur. quemadmodũ quotidiana fratribꝫ etiã ꝑ alias regiones exhibeant̃ obſequia. cõmemorandum breuiter puto Per cunctam nanqꝫ meſopõtamiã. paleſtinam ⁊ capadociam ac totum orientem. ſingulis hebdomadibꝫ viciſſim fratres ad hec officia ſibi reddenda ſuccedunt. ita vt ſcd̄m cenobij multitudinem. miniſtrorũ quoqꝫ numerus deputetur. Que explere tanta deuotione ⁊ humilitate properant. quanta nullus ſeruorum diriſſimo dn̄o ac prepotẽti exhibet ſuum famulatũ. ita vt ne iſtis quidem ſolis contenti obſequijs que canonico iure ſoluunt̃. etiam nocte ſurgentes illos quibꝫ ſpecialiter hec manet cura ſtudio ſuo releuent. et ea que ab ipſis perficiẽda ſunt furtim ꝓuenientes implere ꝯ̄tẽdãt. Has autẽ ſeptimanas vnuſquiſqꝫ ſuſcipiens. vſqꝫ ad cenam dominici diei miniſtraturus obſeruat. Qua peracta miniſterium totius hebdomadis ita cõcluditur. vt hi quibus ſuccedẽdum eſt. cõuenientibus in vnum fratribꝫ ad concinẽdos pſalmos q̄s q̇eturi ex more decãtant. omnibus in ordine pedes lauent. hanc ſcꝫ ab eis pro labore totiꝰ ſeptimane benedictionis mercedem fideliter expetentes. vt eos explentes mandatum chriſti emiſſa generaliter ab omnibus fratribus oratio proſequat̃. que vel ꝓ ignorationibus intercedat vel ꝓ admiſſis humana fragilitate peccatis. ⁊ commẽdet deo velut ſacrificiũ pingue conſummata eorũ deuotionis obſequia. Itaqꝫ ſecũda ſabbati poſt matutinos hymnos alijs rurſum ſuccedentibus vtenſilia in quibus miniſtrauerãt ac vaſa conſignant. que tanta ſollicitudine curaqꝫ ſuſcipientes cuſtodiũt. ne quid ex eis imminuatur vel pereat. vt credãt ſe etiam pro minimis quibuſqꝫ vaſis tanqꝫ ꝓ ſacroſanctis rationem non ſolum diſpenſatori p̄ſenti ſed etiam dn̄o reddituros. ſi forte aliquid ex eis negligentia eorũ fuerit imminutum. Cuius diſcipline qui modus ſit vel quãta fide ⁊ cautione ſeruet̃. vno teſtimonio qđ exempli gratia ponã poteritis agnoſcere. Sicut enim ſtudemꝰ ſatiſfacere veſtro feruori. quo plenã vniuerſorum cognitionem deſiderãtes. etiã ea que optime noſtis hoc libello vobis cupitis iterari. ita veremur menſuram breuitatis excedere

## De tribus lenticule granis ab economo repertis. Cap̄. xx.

In ſeptimana cuiuſdam fratris cum preteriens economus tria lenticule grana vidiſſet iacere ĩ terra. que hebdomadario feſtinanti dũ ea preparat coctioni inter manus cũ aq̄ qua diluebant̃ elapſa ſunt. confeſtim ſuper hoc abbatẽ ꝯſuluit. A quo velut int̃uerſor neglectorqꝫ ſacri peculij iudicatus. ab oratione ſuſpenſus eſt. Cuiꝰ negligentie reatus nõ aliter ei remiſſus eſt. niſi eum publica penitẽtia diluiſſet. Nõ ſolum enim ſeipſos nõ eſſe ſuos. ſed etiam omnia que ſua ſunt credunt dn̄o conſecrata. Propter quod ſi q̇d fuerit in monaſterio ſemel illatum. vt ſacroſanctum cũ omni decernũt reuerentia debere tractari. Tantaqꝫ fide vniuerſa procurant atqꝫ diſpenſant. vt etiam ea q̄ deſpectui habent̃ paruaqꝫ reputãt̃ ac vilia. ſi vel loco mouerit vl' cõpetentiꝰ collocauerit.

negligẽtia nõ neg[illegible]

ſigillonem aqua impleuerīt· ſi ex eo cuiq̄ obtulerint ad bibendum· ſi tenuem feſtucam de oratorio cella de ſubmouerīt. mercedem ſe conſecuturos a domino tota credulitate confidant.

## De ſpontaneo quorundā fratrum miniſterio
### Cap̄. xxi.

Nouimus fratres in quorum ſeptimana cum accidiſſet tanta lignorum penuria. vt non eſſet penitus vnde ſoliti cibi fratribus pararentur· ⁊ donec poſſent coempta deferri vt xerofagia cōtenti eſſent abbatis fuiſſet auctoritate preceptum· eſſetq̄ h̄ vniuerſis placitum· nec quiſq̄ poſſet vllū coctionis ſperare pulmētū· illos velut q̄ fructu a mercede ſui laboris ⁊ obſequij fraudarētur· ſi in ordine vicis ſuę cibos fratribus non ſcd̄m conſuetudinem paraniſſent· tantum ſibi ſpontanei operis ac ſollicitudinis indixiſſe· vt in illis aridis ac ſterilibus locis in quibus ligna niſi de fructiferis arboribus excidantur omnimodis nequeunt inueniri· nec eniȝ vt apud nos vlla reperiūtur frutecta ſilueſtria. per extenta auia diſcurrentes· et heremum quę verſus mare mortuū tenditur obeuntes. feſtucas tenues ac ſpinulas quas ventus huc illucq̄ diſperſerat· ſuo ſinu ⁊ gremijs colligētes. cunctam ſolennitatem ciborum ſpontaneis obſequijs prepararent· ita vt de ſolita prebitione nihil paterent' imminui· tanta fide hec ſua munia fratribus exhibentes· vt etiam cum illos honeſte poſſet vel lignorum excuſare penuria vel abbatis imperium· pro fructu ſuo atq̄ mercede noluerint hac abuti licentia.

## De egyptiorum typo qui eſt ſuper quotidianis fratrum ſtatutus obſequijs.
### Capitulū. xxij.

Hec dicta ſint ſcd̄m typum vt prefati ſumus totius orientis. quem etiam in partibus noſtris neceſſario dicimus debere ſeruari. Ceterum apud egyptios quibus maxima cura eſt operis· non eſt hebdomadarū mutua viciſſitudo· ne ſub occaſione huius officij omnes ab operis canone impediantur. ſed vni probatiſſimo fratrum cellarij vel coquine cura committitur· qui perpetuo donec vires eius vł etas admittit· iugiter opus iſtud exerceat. Nō enim magno labore corporis fatigatur· q2 nec tanta cura inter eos parandorum ciborum vel coctionis impenditur· quippe q̄ maxime xerofagijs vł homofagijs vtūt'· ⁊ apud quos ſecta ſingulis menſib9 porrorum folia· labſania· ſalfrictum oliue. piſciculi minuti ſalliti. quos illi menominia vocant. ſumma voluptas eſt.

## De obedientia abbatis iohannis per quam vſq̄ ad prophetie profectus eſt gratiam.
### Cap̄. xxiij.

Et quoniam hic liber de inſtitutione eſt ei9 qui renunciat huic mundo· per quam ſciliȝ introductus ad humilitatem veram ⁊ obedientiam perfectam ceterarum quoq̄ virtutum culmina poſſit aſcendere· neceſſarium reor quedam ſeniorꝝ geſta quibus per hāc eminuere virtutem· exempli gratia ſicut promiſimus explicare· de multis admodum pauca carpentes· vt ſtudentibus ſubliniora ſectari· non ſolum incitamentum ex his vitę perfecte ſed etiam ꝓpoſiti forma procedat. Quobrem duos vel tres pro libelli huius compendio de tam innumera patrum multitudine ꝓferentes ponimus. Primum abbatē iohannem qui commoratus eſt iuxta lico quod eſt opidū thebaydis. quiq̄ ꝓpter obedientię ꝟtutē vſq̄ ad ꝓphetie grām ſblimat9· ſic vniūſo claruit orbi· vt etiā regibus mundi huius merito ſuo redde

retur illuſtris. Nam cum in extremis vt
diximus thebayde partibus commane-
ret· nō ante preſumebat theodoſius im-
perator ad prepotentium bella tyranno-
rum ꝓcedere· quā oraculis illius anima
retur atqꝫ reſponſis. Quibus cōfidens
velut celitus ſibi delatis. trophea de bel
lis deſperatis atqꝫ hoſtibus reportabat.

## De ligno itaqꝫ arido quod idē abbas iohannes ad arbitriuꝫ ſenioris ſui quaſi adolendum rigare non deſtitit.

### Cap̄ .xxiiij.

Hic itaqꝫ beatus iohannes ab
adoleſcentia ſua vſqꝫ ad perfe
ctam ac virilem etatem ſeniori
deſeruiens· donec ille in huius vite con
uerſatione durauit· tanta humilitate in
heſit ei⁹ obſequijs· vt ipī quoqꝫ ſeni ſtu-
porem ſummum obedientia eius incute-
ret. Cuius hāc ꝟtutē vtrum de vera fi-
de ac profunda cordis ſimplicitate de-
ſcenderet· an affectaticia eſſet et quodā-
modo coacticia. atꝫ ad imperātis faciē
preberet· volens manifeſtius explorare·
quā plura ei etiā ſuperflua minuſqꝫ ne-
ceſſaria vel impoſſibilia frequentius in-
iungebat Ex quibus tria ponam. ꝑ que
manifeſtari poſſit volētibus ſcire· vl' mē-
tis eius vel ſubiectionis integritas. Sū-
pſit itaqꝫ de lignario ſuo ſenex ꝟgultū·
quod olim exciſum vſibus foci fuerat p̄
paratum. dumqꝫ coctionis retardaret
occaſio. non modo aridum· ſed ꝓpe pu-
tre iacebat temporis vetuſtate. Cumqꝫ
hoc coram ipō fixiſſꝫ in terram· precepit
aduecta aqua quotidie bis rigari· vt ſci
licet diurnis humoribꝫ radicatum· atqꝫ
per aquaꝫ ī arborem diffuſis ramis reui
uiſcens· amenitatem oculis atqꝫ vmbra
culum in eſtu feruenti ſubter reſidentibꝫ
exhiberet. Quod p̄ceptum veneratione
ſolita ſine vlla impoſſibilitatis conſide-
ratione ſuſcipiens adoleſcens· ita quoti
dianis diebus expleuit· vt aquaꝫ ꝑ duo
fere milia indeſinenter apportans· nul
latenus lignum rigare ceſſaret· atqꝫ per
totum anni ſpacium nō infirmitas cor-
poris· non feſtiuitas ſolennitatis· nō oc-
cupatio neceſſitatis vllius que illū eti-
am honeſte excuſaret ab executione man
dati· non deniqꝫ hyemis aſperitas inter-
cedens ab huius obſeruatione precepti
potuerit impedire. Cumqꝫ eius hanc ſe-
dulitatem tacitus ſenex latēter diebus
ſingulis exploraret· ⁊ videret cuꝫ ſimpli
ci cordis affectu mādatum ſuum velut
diuinit⁹ emiſſum ſine vlla permutatiōe
vultus vel rationis diſcuſſione ſeruare·
ſinceram humilitatis eius obedientiam
comprobans· pariter etiam miſerās tā
longum laborem quem per totum anni
ſpaciuꝫ ſtudio deuotionis impenderat·
ad virgultum aridum accedens· o inq̄t
iohannes miſit ne radices hec arbor an
nō? Cūqꝫ ille ſe neſcire dixiſſet· ſenex ve
lut inquirens rei veritatem· ⁊ tanq̄ꝫ tem
ptans vtrum iam ſuis radicibus nitere
tur· euulſit coram ipō leui commotione
virgultum· ſicqꝫ ꝓijciens illud· precepit
vt deinceps rigare deſineret

## De proiecto ab abbate iohāne vaſe vnico olei ad ſenioris imperium.

### Cap̄ .xxv.

Itaqꝫ cū huiuſmodi exercitijs
eruditus quotidie iuuenis in
hac parendi virtute ſuccreſce-
ret· ⁊ humilitatiſ eius eniteſceret gratia·
atqꝫ obediētie ſue ſuauis odor ꝑ mona-
ſteria vniuerſa fragraret· quidam fratrꝫ
probationis immo edificationis obten
tu venientes ad ſenem· cum ſubiectionē
eius quam audierant mirarent· vocās
eum repente ſenex· aſcende ait· ⁊ ſumens
lenticulam olei· que ſola in heremo ſuis
vel aduenientium vſibus liquorem pin
guedinis tenuiſſimum miniſtrabat· de-
orſum proijce per feneſtram. Quam ille
cum ad ſuperiora concitus peruolaſ-
ſet· per feneſtram proferens comminuen
dam dimiſit ad terram· parum cogitās

vel retractans precepti ineptiam· diur/nam neceſſitatem· infirmitatem corporis· penuriam ſumptuum· heremi ſqualentis anguſtias ac difficultates· in qua etiam ſi pecunia ſuppeditaret· nihilominus per dita ſpecies inueniri repararique nō poſ/ſet.

## Queadmodū abbas iohānes ſuo obedierit ſeniori ad aduoluēdū ſaxum quod ne a multis quidem poſſibile erat moueri Cap. xxvi·

Alijs rurſum edificari cupientibus obediētie huius exemplo· vocās eum ſenior curre inquit iohannes· ſaxum illud huc aduolue quā totius. Qui confeſtim ſaxum immane quod turbe multe hominum vel mouere non poſſent· applicita nunc ceruice· nūc toto pectore· tanto niſu atque conatu prouoluere contendebat· vt ſudore omnium membrorum ſuorū non ſolum totum infunderet veſtimentum· ſed etiam ſaxum ipm ſuis ceruicibus humectaret; in hoc quoque parum metiens impoſſibilitatem precepti vel facti, pre reuerentia ſenioris et obſequij ſimplicitate ſincera· qua credebat ſenē tota fide nihil poſſe incaſſum ac ſine ratione precipere.

## De humilitate et obediētia abbatis mucij quam in proijciendo in fluuium paruulo filio ex pcepto ſenioris non heſitauit implere. Cap. xxvij.

Ucuſque abbatis iohannis pauca dixiſſe de multis ſufficiat nūc abbatis mucij factum memoria dignum comprehendam. Hic nāque abrenunciare deſiderans huic mūdo· tam diu pro foribus monaſterij excubans perdurauit· donec immobili perſeuerātia ſua contra omnem cōſuetudinem cenobiorum cum filio ſuo paruulo qui octo circiter erat annorum vt ſuſciperētur eliceret. Cumque tandem recepti fuiſſent· cōfeſtim non ſolum diuerſis prepoſitis traditi· verumetiam celle habitatione ſeiūcti ſunt ne ſcilicet iugi viſione paruuli reminiſceretur pater ex omni ſua quam renuncians abiecerat facultate atque affectione carnali ſaltem ſibi filium ſupereſſe. et quemadmodū ſe iam diuitem non eſſe ſciebat. ita etiā patrem ſe eſſe neſciret Quod vt plenius probaretur vtrum videlicet plus faceret affectionem ſanguinis ac ſuorū viſcerū charitatem· an obediētiā et mortificationē chriſti quā renūcians quiſque pro eius debet amore preferre· de induſtria negligebatur paruulus· pannis potius quā veſtimentis indutus· ſordibus quoque ita obſitus ac fedatus. vt offendere potius quā delectare paternos oculos poſſet quotiēs ab eo fuiſſet aſpectus. ſed etiam colaphis atque alapis expoſitus diuerſorum. quas plerūque ſub obtutibus ſuis innocenti paruulo etiam gratis cernebat inferri· ita vt nunquā genas eius niſi lachrymarum ſordentibus veſtigijs videret infectas. Cumque talitur infans ſub oculis eius per dies ſingulos ageret· pro amore nichilominus chriſti et obediētie virtute rigida ſemper atque immobilia patris viſcera permanſerunt. Non enim iam reputabat ſuum filium quem ſecum pariter obtulerat chriſto. nec curabat de preſentibus eius iniurijs; ſed potius exultabat quod eas nequaquā infructuoſe cernebat tolerari· parum cogitans de lachrymis eius· ſed de propria humilitate ac perfectione ſollicitus Quam diſtrictionem mentis illius atque immobilem rigorem peruidens cenobij ſenior ad comprobandam penitus animi eius conſtantiam· cum plorare quadam die vidiſſet infantem· ſimulans ſe aduerſus eum commotum precepit patri vt tollens eum iactaret in flumen. Tunc ille velut a domino ſibi hoc preceptum eſſet· confeſtim· celeri curſu ra/

piens filiuȝ· vlnis proprijs vſqȝ ad orā fluminis adduxit iactaturus. Quod ꝑfecto ſeruore fidei ⁊ obediētie eius ſuiſſet opere conſummatuȝ· niſi procurati fuiſſent de induſtria fratres· qui ſolliciteripam fluminis obſiderent· proiectumqȝ iaȝ ⁊ quodammodo de fluminis alueo paruulum rapuiſſent. ⁊ conſummationem precepti obſequio patris ac deuotione completam· ab effectu operis atqȝ ab ipſo fine reuocaſſent.

**Quemadmodū reuelatum ſit abbati de patre mucio opus eū abrahe feciſſe. ⁊ ꝙ defūcto eidē abbati idē pater mucius i monaſterij adminiſtratione ſucceſſerit Cap. xxviij.**

CUius fides atqȝ deuotio intantum deo fuit accepta· vt diuīo ſtatim teſtimonio comprobata ſit. Reuelatum nanqȝ eſt cōtinuo ſeniori· hac eum obediētia abrahe patriarche opus impleſſe. Cūqȝ breui tēpe tranſacto idem abbas cenobij de mūdi hui? cōmoratione migraret ad dn̄m. hūc preponens cunctis fratribus ſucceſſorem ſibi atqȝ abbatem monaſterio dereliquit

**De obedientia fratris qui decē ſportas circūferēs publice diſtraxit ad abbatis imꝑium. Cap. xxix.**

NOn tacebimus etiam nobis cognitum fratrem ꝑm ſeculi huius ordinem ſumme familie. Nam patre comite ac ditiſſimo oriundus fuit· ſtudijs quoqȝ liberalibus non mediocriter inſtitutus. Qui relictis parentib? cum ad monaſteriū ꝑuolaſſet· ad comprobandā mentē humilitatem vel fidei eius ardorem· confeſtim ei a ſeniore ꝑceptum eſt· vt decē ſportas quas neceſſe nō erat publice vendicari· ceruicib? ſuis onerans diſtrahendas ꝑ plateas circūferret· adiecta cōditiōne q̄ diutius in hoc officio retineret, vt ſi forte eas vnus pariter coemere voluiſſȝ nō cederet· ſed ſingillatim eas querentibus venundaret. Quod ille tota deuotione compleuit· ⁊ omni confuſionis verecundia pro nomīe ac deſiderio chriſti calcata· ſportas humeris ſuis imponens precio ſtatuto diſtraxit· ac pecuniaȝ ad monaſteriuȝ reportauit· nequaq̄ꝫ perterrit? tam vilis ⁊ īſueti officij nouitate· nec cōſiderās indignitatem rei· nataliūqȝ ſplēdorem· ac venditionis iniuriam· dum illam chriſti humilitatem que eſt vera nobilitas· ꝑ obedientie gratiam deſiderat obtinere

**De abbatis pynufij humilitate qui relicto cenobio celeberrimo cui preſbiter ꝑerat. longinquum monaſterium in quo velut incipiens ſuſciperetur deſiderio ſubiectionis expetijt. Cap. xxx.**

COartat nos libelli modus ad finem tendere· ſed obedientie bonum que inter ceteras virtutes primatum tenet. non patit̄ nos eorū geſta qui per hanc claruerūt penitus ſilentio preterire. Propter quod vtrūqȝ congrue temperātes· id eſt tam breuitati q̄ ſtudioſorū deſiderijs· atqȝ vtilitatibus ſeruiētes. vnum adhuc ponemus humilitatis exemplum· quod nō ab incipiēte ſed a ꝑfecto atqȝ abbate completuȝ· nō ſolum iuniores inſtruere· ſed etiaȝ ſeniores ad ꝑfectam humilitatis virtutem lectione ſua poterit incitare. Vidim? itaqȝ abbatem pynufium· qui cum eſſet immanis cenobij preſbiter· quod eſt in egypto non longe a panefiſi ciuitate· et pro ipſa reuerentia· vel vite ſue· vel etatis· vl̄ ſacerdotij. cunctꝭ honorabilis ac venerādus exiſteret· videns ſe pro hoc ipſo humilitatem illam quam ſcd̄m ſue mentis ardorem concupierat exercere nō poſſe· nec habere quo virtutem deſiderate ſbiectionis extenderet· clam fugiens de cenobio ſeceſſit ſolus in thebaidos vltimas partes. Ibiqȝ depoſito habitu monachorum· aſſumpta ſeculari veſte cenobium tabenenſiotarū expetijt· quod ſciebat cunctis eſſe diſtrictius. ⁊ in quo ſe vl̄

ꝑ longitudine regionis crediditi gnorā
dum. vel pro magnitudine mōaſterij ac
multitudine fratrum facile poſſe cclari.
Ubi diutiſſime pro foribꝫ ꝑſeuerās· cun
ctorum fratrū genibꝫ ꝓuolutus vt ſuſci-
peretur ſummis ꝑcibꝫ exorabat. Cumqꝫ
multo deſpectu tādem fuiſſꝫ admiſſus·
quod ſcꝫ decrepitus ſenex ⁊ qui omnē
ſuam ꝑuixiſſet etatem ingredi cenobiuꝫ
poſtularet· quo tempore iam ne deſerui-
re quidem ſuis voluptatibus ꝑualere-
ret. ac ne hoc quidem ipm̄ cauſa religio-
nis expetere eum aſſererent· ſed famis et
inopie neceſſitate conſtrictū· vt ſeni nul-
liqꝫ operi penitus apto horti cura diligē
tiaqꝫ mandatur Quā ſub alio fratre iu
niore qui eum ſibi creditum retinebat ex
ercens· ſic eidem ſubdebat' tantaqꝫ obe-
dientia deſideratam humilitatis excole
bat virtutē· vt non ſolū ea que ad horti
curam diligentiamqꝫ ꝑtinebant· veruꝫ
etiam vniuerſa officia que cunctis erāt
aſpera vel indigna· atqꝫ ab omnibꝫ du-
cebantur horrori· tota quotidie ſedulita
te compleret. Quamplura etiam nocte
conſurgens ita furtim nullo teſte vl' con
ſcio tenebris occulentibus efficiebat. vt
penitus auctorem operis nemo deprehē
deret. Cūqꝫ ibidem triennio deliteſcēs
diſperſis ꝑ vniuerſam egyptum vbiqꝫ
fratribꝫ quereret'. a quodam tandem vi
ſus qui de egypti partibꝫ cōmearat. vix
potuit pro humilitate habitus ſui ac vi
litate officij quod gerebat agnoſci. Nā
ſarculo deorſum incuruus laxabat ole-
ribus terram· deinde ſtercus humeri ſu-
is aduectans eorū radicibus ingerebat
Cūqꝫ h̄ intuēs frat' ſuꝑ agnitione eius
diutiſſima fuiſſet heſitatione detentus·
ꝓpius tandem accedēs· ⁊ non ſolū vul-
tum ſed etiam ſonum vocis diligent' ex-
plorans· ad pedes eius cōmin⁹ ꝓcidens
primo quidem ſuper hoc ſtuporem ſum
mum videntibꝫ cūctis incuſſit· cur vide-
licet iſtud feceriteiqui apud ipos velut
nouicius ac de ſeculo nuper egreſſus ha
bebatur extremus. poſt vero miraculo

ſunt maiore ꝑculſi: cum eius nomen qđ
apud ipos q̄ꝫ magna fuerat opiniōe cō
pertum protinus ꝓdidiſſet. A quo vni-
uerſi fratres prioris ignorantie veniam
poſtulantes· quod eum videlicet tanto
tempore inter iuniores ac paruulos de-
putaſſent· inuitum ac flentem quod in-
uidia diaboli digna ſibi fuiſſet conuer-
ſatione atqꝫ humilitate fraudatus. quā
diutiſſime requiſitā tandem aliqū ſe in-
ueniſſe gaudebat· nec meruiſſꝫ vitā ſuā
in illa quā arripuerat ſubiectione fini-
re ad ꝓprium cenobiuꝫ reduxerūt· cuſto-
dientes eum ſumma diligētia· ne ab eis
quoqꝫ ſimiliter quoqꝫ dilapſus aufu-
geret

**Quemadmodū abbas pynu fius reductus in monaſterium ſuū modico tempore cōmoratus iterū fugerit in ꝑtes ſyrie** Cap. xxxi.

Ubi cum fuiſſet
modico tempore demorat⁹· eo-
dem rurſus humilitatis deſide
rio atqꝫ ardore ſuccenſus. captās noct-
na ſilentia ita diffugit· vt iam ꝓuinciaꝫ
non vicinam ſed ignotas ⁊ alienas lon-
geqꝫ diuiſas regiones expeteret. Nā cō-
ſcendens nauem in paleſtine partes cō-
meare feſtinauit· credēs ſe tuti⁹ latitatu
rum· ſi ad illa ſemetipm̄ aſportaret lo-
ca. in quibus ne nomen quidem ſuum
fuiſſet auditum. Quo cum aduenisſet.
noſtruꝫ monaſterium ꝓtinus expetiuit.
quod non longe ſuit a ſpeleo in quo do-
minus noſter ieſus chriſtus ex ꝟgine na
ſci dignatus eſt· In quo per modico tē-
pore deliteſcens· ſcđm ſententiam domi
ni tanqꝫ ciuitas ſuꝑ mōtem poſita diu-
tius abſcondi non potuit. Nam conti-
nuo quidam fratruꝫ qui ad loca ſancta
de egypti partibꝫ orationis cauſa cōue-
nerant· agnitum eū ſumma vi precū ad
cenobium ſuum reuocarunt.

**Que precepta dedit idem abbas Pynufius fratri quem in ſuo monaſterio ſub noſtra recipiebat preſentia.** Cap. xxxij.

HAnc igitur ſenem pro illa que nobis fuerat apud ipm in monaſterio nr̄o familiaritas. cum poſt hec in egypto ſtudioſiſſime requiſiſſemus. exhortationez quam dedit fratri quez ſub noſtra pñtia in cenobio ſuo recipiebat. qz puto ex hac poſſe aliquid iſtructionis accidere. anim⁹ eſt opuſculo huic intexere. Noſti ait quot diebꝫ p foribꝫ excubās. hodie ſis receptus. Cui⁹ difficultatis cauſam primitus debes agnoſcere. Poterit enim tibi in hac via quā ingredi concupiſcis multū conferre. ſi ratione eius agnita ad chriſti ſeruitium conſequēter ac ſicut oportet acceſſeris.

**Sicut magna remuneratio monacho debetur ſcdm inſtitutionem patrum laboranti. ita z pena ſimiliter tribuatur. z idcirco nō debeat quis facile admitti in monaſterio. Ca. xxxiij.**

SIcut nanqz immenſa glīa fideliter ſeruientibꝫ deo ac ſm regule inſtitutionem ei coherētibus repromittitur in futurum. ita pene grauiſſime preparant̄ his qui tepide eā negligenterqz fuerint executi. z ſcdm hoc qḋ profeſſi ſunt vel quod ab hominibus eſſe creduntur. fructus etiam congruos ſanctitatis eidem exhibere neglexerint. Melius eſt enī ſcdm ſcripture ſentētiam non vouere quenqz. qȝ vouere z nō reddere. z maledictus qui facit opus dei negligenter. Ideo igitur a nobis diutiſſime refutatus es. non qz tuam vel omniū ſalutem non toto deſiderio cupiamus amplecti. z his qui ad chriſtū cupiunt puenire etiā pcul occurrere nō optemus. ſed ne temere recipientes. z nos apḋ deū leuitatis. z te etiā ipm reum grauioris ſupplicij faceremus. ſi ad preſens facile ſuſceptus. nec pondus profeſſionis huius intelligens. vel deſtitutor poſt hec vel tepidus extitiſſes. Quāobrē ipſaz cauſaz abrenunciationis debes in primis agnoſcere. Qua pſpecta. quid te pueniat agere ex eius ratione manifeſtius inſtruaris.

**Q abrenunciatio noſtra nihil ſit aliud qȝ mortificatio z imago crucifixi. Ca. xxxiiij.**

ABrenunciatio nihil eſt aliḋ qȝ crucis ac mortificationis indicium. Ideo qz noueris hodierno die te huic mundo z actibus eius ac deſiderijs eſſe defunctum. teqz ſm aplm mundo huic eſſe crucifixum. tibiqz hūc mundum. Conſidera ergo conditiones crucis ſub cuius te deinceps ſacramēto oportet in hac luce verſari. quia iam tu non viuis. ſed ille viuit in te qui eſt crucifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura qua pro nobis in patibulo fuit ille ſuſpēſus. nos qȝ neceſſe eſt in hac vita degere vt ſcz ſm dauid affigētes timore dñi carnes nr̄as. vniūſas volūtates nr̄as ac deſideria non noſtre concupiſcentie ſeruiētia. ſz mortificationi eius habeamus affixa. Sic enim dñi pceptum implebim⁹ dicentis. qui non accipit crucem ſuam z ſequit̄ me. non eſt me dignus. Sed forte dicas. Quomō poteſt homo crucē ſuā iugiter portare. vel quemadmodum viuēs quis poſſit eſſe crucifixus? Audi rationem breuiter

**Q crux noſtra timor domini ſit. Cap. xxxv.**

CRux noſtra timor dñi eſt. Sic ergo crucifixus quis iam nō p animi ſui motu membra ſuā qqȝ mouendi vel conuertendi habꝫ poteſtatem. ita z nos voluntates noſtras ac deſideria non ſm id quod nobis ſuaue eſt ac delectat ad preſens. ſed ſcdm legez dñi quo nos illa pſtrinxerit applicare debemus. Et ſicut is qui patibulo crucis affigitur. non iam preſentia cōtemplat̄. nec de ſuis affectationibus cogitat. non pro die craſtino ſollicitudine curaqz diſtenditur. nulla poſſidendi cōcupiſcētia pmouet̄. nulla ſuperbia. nulla cōtētiōe. nulla emulatione ſuccendit̄. non de preſentibus dolet iniurijs. non preteritarū

C

ı̃am recordat᷑· ſedꝫ cum adhuc ſpirat in
corpore cunctis elementis eredit eſſe de
functum· illuc premittens ſui cordis ĩtui
tum· quo ſe nõ dubitat ilico tranſiturũ·
ita nos qꝫ timore dñi crucifixos oportet
his omnib⁊ id eſt non ſolũ carnalib⁊ vi
tijs verũ etiam ipĩs elementis mortuos
eſſe· illuc habentes oculos anime noſtre
defixos quo nos ſperare debem⁹ momen
tis ſingulis migraturos. Hoc enim mõ
mortificatas poterim⁹ vniuſas concupi
ſcẽtias nr̃as ⁊ affectus habere carnales·

## Q renũciatio noſtra nihil pro ſit ſi iiſdem quibus renunciauimus implicemur Ca. xxxvi.

C Auc ergo ne quid aliqñ eorũ
reſumas que renuncians abie
ciſti· ⁊ contra dñi interdictum
de agro euãgelice operatiõis reuerſus·
inueniaris tunica tua qua te expolia
ueras reueſtiri· neqꝫ ad humiles terre
naſqꝫ mundi huius concupiſcentias ac
ſtudia reuoluaris· ⁊ contra euãgelij mã
datum de perfectionis tecto deſcendẽs·
tollere aliquid preſumas ex his que ab
renuncians abdicaſti. Caue ne paren
tum· ne affectionis priſtine recorderis· ⁊
ad curas huius ſeculi ſollicitudineſqꝫ
reuocatus· ſcḋm ſaluatoris ſententiã po
nens manum tuã ſup aratrũ ⁊ aſpiciẽs
retro· regno celorũ aptus eſſe non poſſis
Caue nequã ſupbiam quam nũc incipi
ens ardore fidei ac pia humilitate calca
ſti· cum ceperis pſalmorũ vel profeſſiõis
huius quãdam noticiã deguſtare· pau
latim elatus reſuſcitare mediteris· ac ſcḋm
apli ſententiam que deſtruxiſti iterũ re
edificans preuaricatorẽ ꝯſtituas temet
ipſum· ſed poti⁹ vt in hac nuditate quã
corã deo ⁊ angelis eius profeſſus es ad
finem uſqꝫ pdures. In hac qꝫ humilita
te ac patientia· qua vt ſuſciperis in mo
naſterio decem diebus pro foribus per
ſeuerans multis lachrymis imploraſti·
non ſolũmodo pſiſtas· verumetiam pfi
cias atqꝫ ſuccreſcas. Satis enim miſer
eſt. vt cum debeas a rudimentis ac prim
dijs tuis pficere ⁊ ad pfectionẽ tendere·
etiam ab ipĩs incipias ad inferiora deci
dere. Non enĩ qui ceperit hec. ſed q̇ pſeue
rauerit in his vſqꝫ in finẽ· hic ſaluus erit.

## Q diabolus noſtro fini ſemp inſidietur. ⁊ nos eius caput iugiter obſeruare debeamus. Cap. xxxvij.

V Erſutus enĩ ſerpens calcanea
noſtra ſemp obſeruat· id eſt in
ſidiatur exitui noſtro. ⁊ vſqꝫ in
finem vite noſtre nos ſupplantare cona
tur. Et idcirco bene cepiſſe nihil pderit.
nec pleno feruore renunciationis arri
puiſſe principia· ſi hec congruus etiam
finis ſimiliter nõ cõmendauerit atqꝫ cõ
cluſerit. chriſtiqꝫ humilitas atqꝫ paup
tas quam nunc coram ipſo profeſſus es
vſqꝫ ad extremum vite quemadmodũ
arrepta eſt a te nõ fuerit cuſtodita. Quod
vt poſſis implere· tu eius capita· id eſt co
gitationum principia ſemper obſerua.
ad ſeniorem ſcꝫ mox ea deferens. Ita enĩ
diſces pernicioſa eius initia conterere. ſi
nihil ex eis ſeniori tuo erubueris reuela
re.

## De renunciãtis preparatiõe aduerſum temptationes. ⁊ de paucis imitandis. Cap. xxxviij.

Q Uapropter ſcḋm ſcripture ſen
tentiam egreſſus ad ſeruiẽdũ
dño· ſta in timore dei· et p̃para
aĩam tuam nõ ad requiem· nõ ad ſecuri
tatem· nõ ad delitias· ſed ad temptatio
nes ⁊ anguſtias. Per multas enim tri
bulationes oportet nos introire ĩ regnũ
dei. Anguſta nãqꝫ eſt porta ⁊ arta via q̃
ducit ad vitã· ⁊ pauci ſunt q̇ inueniunt
eã. Cõſidera ergo te de paucis ⁊ electis effe
ctum· ⁊ ne exẽplo ac tepore multitudinis
refrigeſcas. ſꝫ viue vt pauci· vt cũ paucis
inueniri merearis in regno dei. Multi enĩ
ſunt vocati· pauci vero electi· ⁊ puſill⁹ eſt
grex cui cõplacuit patri hereditatẽ dare
Itaqꝫ non leue noueris eſſe peccatũ. perfe
ctionẽ pfeſſum quempiam ea q̃ ſunt im
pfecta ſectari. Ad quẽ pfectiõis ſtatum
his gradib⁊ atqꝫ hoc ordine peruenitur.

## Quo ordine quis ad ꝑfectionē valeat ꝑuenire. ꝑ quā de timore dei ad charitatem conſequēter aſcendat. Cap̄. xxxix.

PRincipiū noſtre ſalutis eiuſdēq; cuſtodia· ſicut dixi timor domini eſt. Per hunc enī ⁊ initiū conuerſionis ⁊ vitiorū purgatio ⁊ virtutum cuſtodia· his q̄ imbuunt᷑ ad viam ꝑfectionis acquirit᷑. Qui cū penetrauerit hominis mentē· contemptū ei rerū oīm parit· obliuionem parentū· mūdiq; ipi᷒ gignit horrorē. Contemptu aūt ac priuatione facultatum oīm· humilitas acquiritur. Hūilitas vero his indicijs ꝯpbat᷑. primo ſi mortificatas in ſe ſe habeat oēs voluntates· ſcđo ſi non ſolū actuū ſuorum verūetiam cogitationū nihil ſuū celauerit ſeniorē· tertio ſi nichil ſuę diſcretioni ſed iudicio ei᷒ vniūſa committat. ac monita ei᷒ ſitiens ac libent᷑ auſcultet. quarto ſi in oīb; ſeruet obedientiā. manſuetudinem· ⁊ patientię conſtantiā. quīto ſi non ſolū iniuriā inferat nulli. ſꝫ ne ab alio q̄dem ſibimet irrogatam doleat atq; triſtet᷑· ſexto ſi nihil agat nihil preſumat quod nō vel communis regula vel maiorū cohortant᷑ exempla· ſeptimo ſi omni vilitate ꝯtentus ſit. ⁊ ad omnia ſe quę ſibi ꝓcipiunt᷑ velut operariū malū iudicauerit ⁊ indignum· octauo ſi ſemet ipm̄ cunctis inferiorē non ſupficie ꝓnūciet labiorū· ſed intimo cordis credat affectu. nono ſi linguā cohibeat· vel nō ſit clamoſus in voce· decimo ſi non ſit facilis ac promptus in riſu. Talib; nāq; indicijs ⁊ his ſimilib; humilitas vera dinoſcit᷑. Quę cū fuerit ī veritate poſſeſſa· confeſtim te ad charitatem que timorē nō habet· gradu excellentiore ꝑducet· ꝑ quā vniuerſa q̄ prius nō ſine pena formidinis obſeruabas· abſq; vllo labore velut naturalit᷑ incipies cuſtodire. nō iā contemplatione ſupplicij vel timoris vlli᷒ ſꝫ amore ipi᷒ boni ⁊ delectatione virtutū·

## Q nō debeat monachus exempla ꝑfectionis a multis expetere. ſꝫ ab vno vel paucis. Ca. xl.

AD quod vt valeas facili᷒ ꝑuenire· exempla tibi ſunt imitationis ac vitę ꝑfecte in ꝯgregatione cōmoranti· a pauc̄ immo ab vno vel a duob; non a plurib; expetenda. Nam preter id qđ examinata vita atq; ad purum excocta reperit᷑ in pauc̄· etiā iſtud ex h̄ vtilitatis accidit. qđ ad perfectionē ꝓpoſiti huius id eſt cenobial᷑ vitę diligētius q̄s vni᷒ imbuit᷑ ac format᷑ exēplo

## Quarum debilitatū ſimilitudinem ſuſcipe debeat qui in cenobio cōmoratur. Ca. xli.

QUę oīa vt poſſis conſeq̄. ⁊ ſub hac regula ſpiritali ꝑpetuo ꝑdurare· tria h̄ in cōgregatione neceſſario cuſtodienda ſunt tibi. vt ſcilicet ſcđm pſalmiſte ſententiā· ego aūt tāq; ſurdus non audiebā· ⁊ ſicut mutus qui nō apit os ſuū· ⁊ factus ſum ſicut hō nō audiens· ⁊ nō habens in ore ſuo īcrepationem· tu q̄ꝫ velut ſurdus ac mut᷒ et cecus incedas· vt abſq; illi᷒ ꝯtemplatiōe q̄ tibi fuerit ad imitandum merito perfectionis elect᷒· vniuerſa quęcunq; viderꝭ minus edificationis habentia velut cec᷒ nō videas· ne animatus eoꝝ qui h̄ agūt auctoritate vel forma· ad id qđ deterius eſt· ⁊ quod ante dānaueras· traducarꝭ· Si inobedientem. ſi ꝯtumacem. ſi detrahentem audieris· vel ſecus quā tibi traditum eſt aliquid admittentē· nō offendaris. nec ad imitandū eum tali ſubuertaris exēplo· ſed vt ſurdus q̄ hec penitus nec audierꝭ vniūſa trāſmittas. Si tibi vel cuiq; ꝯuicia· ſi irrogant᷑ iniurię eſto immobilis· ⁊ ad reſponſionem talionis vt mutus auſculta· ſemper hunc pſalmiſte verſiculum in corde tuo decantans Dixi cuſtodiam vias meas. vt nō delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam cū conſiſteret peccator aduerſum me· obmutui et humiliatus ſum. ⁊ ſilui a bonis. Verū ⁊ quartū hoc ṗ omnibus excole· quod hec quę ſupra diximus tria ornet atq; cōmendet. id eſt vt ſtultū

tria ſūt in cōgregatione cuſtodiēda

te ſcdm apoſtoli ſententiã facias in hoc mũdo vt ſis ſapiens· nihil ſcʒ diſcernẽs nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata· ſed cum omni ſimplicitate ac fide obedientiam ſemper exhibeas· illud tantummodo ſanctum· illud vtile· illō ſapiẽs eẽ indicãs· q̇cq̇d tibi vel lex dei· vl' ſeniorꝫ examẽ indixerit. Tali ei inſtitutione fundat⁹· ſub hac diſciplina pōterꝫ durare ppetuo· ⁊ de cenobio nullis temptationibus inimici nullis factionibus deuolueris.

**Q̄ bonum patientie ſue nō debeat monachus de alioꝝ ſperare virtute· ſed de ſua longanimitate. Cap̄. xlij.**

Ergo patientiam tuam non debes de alioꝝ ſperare ꝟtute· id ē vt tunc eam tantummō poſſideas cum a nemine fueris irritatus. qđ ne poſſit non euenire. tue nō ſubiacet pōteſtati· ſʒ poti⁹ de humilitate tua ⁊ lōganimitate· que ĩ tuo pendet arbitrio.

**Recapitulatio expoſitionis ꝑ quam monachus ad perfectionem poſſit aſcēdere Cap̄. xliij**

Et vt hec omnia que latiori ſermone digeſta ſunt cordi tuo facilius inculcentur· ac tenaciſſime tuis ſenſibus valeãt inherere· qđ dã ex his breuiariũ colligam· ꝑ quod poſſis breuitate ⁊ compendio mandatorũ memoriter vniuerſa complecti. Audi ergo paucis ordinem· ꝑ quem aſcendere ad ꝑfectionem ſummã ſine vllo labore ac difficultate valeas. Principium noſtre ſalutis ſapientieq; ſcdm ſcripturas timor dñi eſt. De timore dñi naſcitur compunctio ſalutaris. De compunctione cordis procedit abrenunciatio id eſt nuditas ⁊ contemptus omnium facultatum De nuditate humilitas pcreatur. De humilitate mortificatio voluntatum generatur. Mortificatione voluntatum extirpantur atq; marceſcunt vniuerſa vicia. Expulſione vitiorum virtutes fructificant atq; ſuccreſcunt. Pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur Puritate cordis apoſtolice charitatis ꝑfectio poſſidetur.

**Explicit de inſtitutis renunciãtium liber quartus.**

**Incipiunt capitula libri quinti de ſpiritu caſtrimargie Cap̄. primum**


Traſitus de inſtitutis cenobiorum ad colluctationē octo pricipalium viciorum.

ij De cauſe viciorum. ſicut in omnibus immorantur. ita ab omnibus ignorantur· ⁊ quia ad manifeſtãdas eas domini egeant⁹ auxilio

iij De prima nobis colluctatio ſit aduerſus ſpiritum caſtrimargie id eſt concupiſcentiam gule

iiij Teſtimonium abbatis Antonij quo docet vnamquamq; ꝟtutem ab illo qui eam peculiari⁹ poſſidet expetendam

v De non poſſit ab omnib⁹ vniformis ieiuniorũ regula cuſtodiri

vi De non ſolo vino mens inebrietur.

vij Qua ratione infirmitas carnis puritatem cordis nequeat impedire.

viij Quo ꝑfecte cōtinentie fine eſca ſumenda ſit.

ix De menſura caſtigationum aſſumendarum remedioq; ieiunij.

x Ad conſeruandam mentis ⁊ corporis puritatem abſtinentiam ciborũ non poſſe ſufficere

xi Concupiſcentias cordis non extingui· niſi cum omni extirpatione viciorũ

xij De agone carnali etiam ſpiritalis agonis imitatiōʒ eſſe ſumēdam.

xiij Qꝛ niſi gule fuerimus vitio liberati nequaꝗꝫ poſſimus ad pugnas interioris hoīs ꝑuenire.

xiiij Quomō poſſit gule concupiſcētia ſuperari.

xv Quomō ad cuſtodiendam cordis ſui puritatem monachus ſemper debet eſſe intentus.

xvi Qꝛ monachus ſm olympiaci certaminis morem non poſſit ſpiritales cōficere pugnas, niſi obtinuerit bella carnalia

xvij Qꝛ fundamentū ac baſis ſpiritalꝭ agonis in caſtrimargie ſit certamine collocata

xviij Per quot genera certaminū atꝗꝫ palmarum beatus apoſtolꝰ ad coronam ſublimiſſimi agonis aſcenderit.

xix Qꝛ athlete chriſti donec in corpore cōmoratur pugna non deſit

xx Qꝛ nō debeat monachus ſumendi cibi tempus excedere ſi vult ad pugnas interiorū certaminum ꝑuenire

xxi De interiori monachi pace et abſtinentia ſpiritali

xxij Qꝛ idcirco nos oporteat exercere ꝯtinentiam corporalē vt per ipſam perueniamus ad ſpiritale ieiunium.

xxiij Qualis eſſe monachi cibꝰ debeat

xxiiij Qꝛ in egypto indifferenter vidimus ſub aduentu noſtro ſolui quotidiana ieiunia.

xxv De continentia ſenis qui ita ſexies cibum ſumpſit vt ſeruaret eſuriem

xxvi De eo ſene qui in cella ſua eſcam nunꝗꝫ ſolus accepit

xxvij Quid de fructu ſtudij ꝓfeſſi ſint abbas peſius ⁊ iohannes.

xxviij Quam exempli ſui profeſſionem abbas iohannes diſcipulis reliquerit diſceſſurus.

xxix De abbate machete īter collationes ſpiritales nunꝗꝫ dormitante et ſemper inter terrenas fabulas obdormiente.

xxx Eiuſdem ſenis de nemine iudicando

xxxi Increpatio eiuſdem ſenis cū fratres inter ſpiritales collatiōes dormitantes, ad narrationem ocioſe fabule vidiſſet expergefactos

xxxij De epiſtolis priuſꝗꝫ legerent incenſis.

xxxiij De abſolutione queſtionis quā abbas theodorus orando promeruit

xxxiiij De ſententia eiuſdem ſenis qua docuit quo ſtudio monachus poſſit aſſequi ſcientiam ſcripturarum.

xxxv Increpatio eiuſdem ſenis cū ad meam cellulam media nocte veniſſet

xxxvi Deſcriptio heremi que eſt in diolco in qua anachorete commorantur

xxxvij De traditis nobis ab abbate archebio cum inſtructu ſuo cellis

xxxviij De debito quod abbas archebius manuum ſuarum labore ꝓ matre diſſoluit.

xxxix Qua ſimulatione cuiuſdam ſenis abbati ſymeoni cum ocioſus eſſet opus manuum ſit prouiſum

xl De pueris qui deferētes ad egrotantem ficus non degustatā eiſdem fame in heremo defecerūt.

xli Sententia abbatis macharij de obſeruantia monachi vel tanꝗꝫ diutiſſime victuri vel tanꝗꝫ quotidie morituri.

**Expliciunt capitula.**

Incipit liber quintus de ſpiritu caſtrimargie

Tranſitus de inſtitutis cenobiorum ad collucfationē octo principaliū viciorū.

Cap̄. primum

Optatus nob iuuāte deo liber iſte ꝓducitur. Nam poſt quattuor libellos qui ſuper inſtitutis monachorum digeſti ſunt· nūc arripe collucfationem aduerſus octo ꝑncipalia vicia veſtris orationib⁹ dño ↄfortāte diſponimus· id eſt primum caſtrimargie que interpretat̄ gule concupiſcentia· ſecundū fornicationis. tertiū philargyrie qd̄ itelligitur auaricia· vel vt ꝓprius exprimat̄ amor pecunie. quartum ire· quintū triſticie. ſextum accidie quod eſt anxietas ſiue tedium cordis· ſeptimum cenodoxie· qd̄ ſonat vana ſeu inanis glīa· octauū ſuperbie. Quem ineuntes agonē tuis precib⁹ o beatiſſime papa caſtor nūc impenſius indigemus. vt primū naturas eorum tam minutas tam occultas tāq̄ obſcuras inueſtigare condigne· deinde cauſas eorundem ſufficienter exponere. tertio vt idoneas curationes eorū ac remedia poſſimus inferre.

Q cauſe viciorū ſicut in omnibus immorātur ita ab omnibus ignorantur. ⁊ q̄ ad manifeſtandas eas dñi egeamus auxilio

Cap̄. ij.

Quarū paſſionū cauſe quemadmodū cū patefacte fuerint traditionib⁹ ſeniorū ab omnib⁹ ꝓtinus agnoſcunt̄· ita prius ſc̄z reuelentur cū ab ipīs vniu̾ſi vaſtemur ⁊ in cunctis hōibus immorent̄. ab omnibus ignorantur. Verū eas ita nos aliquaten⁹ explicare poſſe confidimus· ſi interceſſionibus veſtris ad nos q̄z ille qui per yſaiā ꝓlatus eſt ſermo dñi dirigat̄· ego an̄ te ibo· ⁊ potentes terre humiliabo· portas ereas cōfringam· ⁊ vectes ferreos conteram· ⁊ aperiam tibi theſauros abſcōditos. ⁊ archana ſecretorū. vt nos q̄z dn̄s precedens· primum terre noſtre potētes humiliet· id eſt has eaſdē quas expugnare cupimus noxias paſſiones· dominationem ſibi ac tyrannidem ſeuiſſimā in noſtro mortali corpore vendicantes. eaſq̄ faciat indagini noſtre atq̄ expoſitioni ſuccumbere· ⁊ ita noſtre ignorationis portas effringens· ac vitiorū vectes excludentiū nos a vera ſcientia conterens· ad ſecretorū noſtrorū nos archana perducat. ac ſcd̄m aplīm illuminat̄ nobis reuelet ea que ſunt abſcondita tenebrarū· ⁊ manifeſtet conſilia cordiū· vt ſic ad tetras vicioꝝ tenebras puriſſimis oculis anime penetrātes· patefacere eas ac producere poſſimus ad lucem. earūq̄ cauſas atq̄ naturas his vel qui caruerūt eis vel adhuc obligati ſunt pandere valeamus· ⁊ ita ſcd̄m ꝓphetam tranſeuntes per ignem vitiorū diriſſime nr̄as exurentium mentes· cōfeſtim per aquas q̄z virtutum extinguentium ſcilicet ea tranſire poſſimus illeſi· ac ſpiritalibus remedijs irrigati ad refrigerium perfectiōis puritate cordis mereamur educi.

Q prima nobis collucfatio ſit aduerſus ſpūm caſtrimargie id eſt cōcupiſcentiam gule. Ca. iij.

Itaq̄ primum nobis ineundū certamen eſt adu̾ſus caſtrimargiam quam. diximus gule eſſe concupiſcentiam Et in primis de mō ieiuniorum ⁊ eſcarum qualitate dicturi· rurſus ad egyptiorū traditiones ac ſtatuta recurremus. quibus ſublimiorem continentie diſciplinam. ⁊ ꝑfectā diſcretionis ineſſerationem nullus ignorat.

Teſtimonium abbatis antonij quo docet vnāquāq̄ virtutem ab illo qui eā peculiarius poſſidet expetendam Cap̄. iiij.

# De ſpiritu caſtrimargie

Vetus nanq; eſt beati Antonij
admirabiliſq; ſententia· mona-
chu; qui poſt cenobiale propo
ſitum faſtigia nititur ſublimioris perfe-
ctionis attingere· ꝛ apprehenſo diſcretio
nis examīe· ꝓprio iā potēs eſt ſtare iudi
cio· atq; ad arcem anachoreſeos perueni
re: minime debere ab vno quāuis ſummo
vniuerſa genera virtutu; expetere. Ali⁹
enim ſcientie floribus exornatur· alt' di-
ſcretionis ratiōe robuſtius communit'·
alter patientię grauitate fundatur. ali⁹
humilitatis· alius continentię virtute ꝓ
fertur. alius ſimplicitatis gratia decora
tur. Hic magnanimitatꝭ· ille miſericordię.
iſte vigiliarum· hic taciturnitatis· ille la
boris ſtudio ſupereminet ceteros. Et id
circo monachum ſpiritalia mella cōde-
re cupiētem. velut apem prudentiſſimā
debere vnamquamq; virtutem ab his
qui ea; familiarius poſſident deflorare.
ꝛ in ſui pectoris vaſe diligenter reconde
re· ne quid minus aliquid habeat diſcu-
tere· ſed hoc tātum quid virtutis habeat
contemplari ſtudioſeq; decerpere. Cun
ctas nanq; ſi ab vno volumus mutua-
ri· aut difficile aut certe nūq; idonea ad
imitandum nobis exempla poterunt re-
periri. Quia licet nec dum chriſtum om
nia factum ſcd'm apoſtolū videamus in
omnibus. tamen hoc modo poſſum⁹ eū
id eſt per partes in omnib⁹ inuenire. De
ipſo enim dicitur· qui factus eſt nobis ex
deo ſapientia· iuſticia. ſanctitas ꝛ redem
ptio. Dum ergo in alio ſapientia· in alio
iuſticia. in alio ſanctitas· in alio māſue
tudo· in alio caſtitas· in alio humilitas·
in alio patientia reperitur· membratim
chriſtus per vnumquēq; nunc ſanctorū
diuiſus eſt. Cōcurrentib⁹ vero vniu'ſis
in vnitatē fidei ac virtutis· redditur ī vi
rum perfectum· plenitudinem ſui corpo
ris· in ſingulorum membrorum compa-
ge ac ꝓprietate perficiēs. Donec ergo ve
niat illud tempus quo ſit deus om̄ia in
omnibus· in preſenti poteſt hoc quo dixi-
mus modo. id eſt per partes virtutū eſſe
in omnibus deus· licet non dum per ple
nitudinem earum omnia ſit in omnib⁹.
Quia licet vnus religionis noſtrę ſit fi-
nis· profeſſiones tamen diuerſe quibus
ad deū tēdimus. ſicut in collationibus
ſeniorum plenius diſputādū eſt. Jdō q;
diſcretionis ꝛ continentię forma ab his
eſt nobis peculiarius expetenda· a quib⁹
virtutes has per gratiam ſpūſſancti vbe
rius videmus effluere· non quod vllus
quę in multos diuiſa ſunt ſolus poſſit ac-
quirere. ſed vt in his bonis quorum ca-
paces eſſe poſſumus· ad eorum nos imi-
tationem qui ea peculiarius obtinue-
re tendamus.

## Q; nō poſſit ab omibus vnifor mis ieiuniorū regula cuſtodiri· Cap. V.

De ieiunio.

Itaq; ſuper ieiuniorum modo
haud poteſt facile vniformiſ re
gula cuſtodiri· quia nec robur
vnum cūctis corporibus ineſt· nec ſicut
cetere virtutes animi ſoli⁹ rigore patrā-
tur. Et idcirco q'a non in ſola fortitudīe
mentis animeq; conſiſtunt· cum corpis
enim poſſibilitate participant. talem ſu-
per his diffinitionem traditam nob ac-
cepimus· diuerſum eſſe refectionis qui-
dem tempus ac modum ꝛ qualitatem·
pro impari ſcilicet corporū ſtatu vel eta-
te ac ſexu· vnam tamen eſſe omnibus ꝓ
mentis cōtinentia ꝛ animi virtute caſti-
gationis regulam. Neq; enim cunctis
poſſibile eſt hebdomadib⁹ ꝓtelare ieiu-
nia· ſed ne triduana quide; vel biduana
īedia refectionē cibi differre. A multꝭ q' p-
pe egritudine ꝛ maxime ſenio iam defeſ-
ſis. ne vſq; ad occaſum quidem ſolis ie-
iunium ſine afflictione toleratur. Non
omnib⁹ infuſorum leguminū eſus eōne-
nit eneruatus· nec cunctꝭ puro; olerum
habil' eſt parſimonia· nec vniuerſis ſic-
ci panis refectio caſtigata cōcedit'. Ali⁹
quantitate librarum dua; ſaturitatem
non ſentit· alius libre vnius ſiue vncia-
rum ſex edulio pregrauatur· attamen
vn⁹ in oībus his continentię finis eſt· ne

quis iuxta mēſuram capacitatis ſue ſa-
turitatis oneretur ingluuie. Non enim
qualitas ſola ſed etiam quantitas eſca-
rum aciem cordis obtundit ac mēte cū
carne pariter impinguata noxium vicio
rum fomitem igneumqȝ ſuccendit

## Quod nō ſolo vino mens inebrietur. Cap. vi.

Quibuslibet eſcis refectus ven-
ter ſemīaria luxurie parit. nec ꝑ
ualet mens diſcretionū guber
nacula moderari. ciborum pondere pre-
focata. Non enim ſola crapula vini mē
tem inebriare conſueuit. verumetiā cun
ctarum eſcarum nimietas vacillantē eā
ac nutabundam reddit. omniqȝ integri
tatis ac puritatis cōtemplatione diſpo-
liat. Sodomitis cauſa ſubuerſionis at
qȝ luxurie nō vini crapula. ſȝ ſaturitas
extitit panis. Audi dominū per ꝓphetā
hieruſalem increpantem. Quid enī pec
cauit ſoror tua ſodoma. niſi quia panē
ſuum in ſaturitate ⁊ abundantia come-
debat. Et quia per ſaturitatem panis
inextinguibili carnis fuerant ardore ſuc
cenſi. iudicio dei celitꝰ ſunt igne ſulphu
reo concremati. Qđ ſi illos ſola nimie-
tas panis ad tam preruptum flagicioꝝ
precipitium vicio ſatietatis impegit.
quid cenſendum eſt de his qui vegeta-
to corpore perceptionem carnium ac vi-
ni immoderata vbertate preſumūt. nō
quantum expetit imbecillitas. ſed quan
tum animi libido ſuggerit vſurpantes.

## Qua ratiōe infirmitas carnis puritatem cordis nequeat impedire. Cap. vij.

Infirmitas carnis ad purita-
tem cordis non officit. ſi hȝ tan-
tummodo que fragilitas car-
nis non que voluptas exigit vſurpent.
Facilius vidimus viros qui ab eſcis cor
pulentioribus omnimodis temperarēt.
ꝗ̄ moderate vſos pro neceſſitate con-
ceſſis. ⁊ qui totum ſibi pro continentie
amore denegarent. ꝗ̄ qui eas ſub īfirmi
tatis occaſione ſumentes mēſuram ſuf-
ficientie cuſtodirēt. Habet etiam corpo
ris imbecillitas continentie ſue palmā.
dummō eſcis defectioni carnis indultꝭ
adhuc indigentem ſe refectione defrau-
det. tantumqȝ eſus indulgeat. quantū
ſufficere ad viuendi vſum temperantie
diſcretio rigida iudicauerit. nō quantū
deſiderij appetitꝰ expoſcit. Eſculētiores
cibi vt procurant corporis ſanitatē. ita
caſtitatis non adimunt puritatem. ſi cū
moderatione ſumant. Quicquid enim
fortitudinis cauſa eſu eorum percipitur
egritudinis labore ac defectione conſu-
mitur. Quobrem vt nulli ſtatui virtꝰ par
ſimonie adimitur. ita ne integritatꝭ qui-
dem conſummatio denegatur

## Quo ꝑfecte continentie fine eſca ſumēda ſit. Cap. viij.

Veriſſima eſt itaqȝ patrum pro-
batiſſimaqȝ ſententia. ieiunio-
rum ⁊ continentie modū in mē
ſura parcitatis tantum ⁊ caſtigatiōe cō
ſiſtere. ⁊ hunc eſſe perfecte virtutis in cō-
mune omnibus finem. vt ab eſcis quas
ſumere ſuſtentandi corporis neceſſitate
compellimur. adhuc in appetitu earum
poſiti temperemus. Quāuis enim quis
corpore ſit infirmus. perfectam virtutē
quam robuſtus ac ſanus in omnibus
poſſidebit. ſi deſideria que fragilitas car
nis non exigit. mētꝭ rigore caſtiget. Apo
ſtolus nanqȝ ait. Et carnis curam ne fe
ceritis in deſiderijs. Non ergo curā eiꝰ
omnimodis interdixit. ſed vt in deſide-
rijs fieret denegauit. Voluptuoſam ad
emit diligentiam carnis. gubernationē
vite neceſſariam non excluſit. illud ne in
dulgentia carnis ad deſideriorum occu
pationes noxias deuoluamur. hoc vero
ne corruptum noſtro vicio corpus ſpiri
tales ac neceſſarias functiones implere
non poſſit.

## De mēſura caſtigationum aſſumendarum remedioqȝ ieiunij Cap. ix.

Summa igitur cōtinētie nō ſo-
la temporis ratione. nec eſcarū

qualitate tantummodo· ſed ante omīa
conſcientie iudicio colligenda eſt· Tan-
tum enim debet vnuſquiſq3 ſibi frugali
tatis indicere. quātum corporee oblucta
tionis pugna depoſcit. Utilis quidem ꝛ
omnimodis obſeruāda eſt canonica ie-
iuniorū3 cuſtodia· ſed niſi hanc frugi tē
peranter fuerit ciboꝝ refectio ſubſecuta·
ad integritatis calcem non poterit ꝑueni
re. Longoꝝ nanq3 ieiunioꝝ inedia ſatu
ritate corporis ſubſequente· laſſitudinē
potius temporalem q̄3 puritatem caſti-
tatis acquirit. Integritas mentis ventris
coheret inedie. Nō habet perpetuam ca
ſtimonie puritatem· qui ſēꝗs nō iugē tem
perantie equalitatem tenere contenꝰ eſt
Quis eī diſtricta ſint ieiunia · ſuccedēte
ſuꝑflua remiſſione vacuant· ꝛ in caſtri-
margie vicium ꝓtinus collabunt. Me-
lior eſt rationabil' cū moderatione quo-
tidiana refectio· q̄3 ꝑ interualla arduum
longumq3 ieiuniū. Nouit immoderata
inedia non mō mentis labefactare ꝯſtā
tiam· ſed etiam orationum efficaciā red
dere laſſitudine corporis eneruatam.

## Ad cōſeruandam mentis ꝛ cor-poris puritatem abſtinentiam ciborum non poſſe ſufficere Cap. x.

Ad integritatem mentis ꝛ corpo
ris conſeruandam· abſtinentia
ciboꝝ ſola ſnō ſufficit· niſi fuerit
cetere quoq3 virtutes anime coniugate.
Humilitas igitur ꝓmitus obediētie vir
tute· ꝛ cordis contritione. corporiſq3 fati
gatione diſcenda eſt. Pecuniaꝝ non ſo
lum vitanda eſt poſſeſſio· ſed etiā deſide
rium earū radicitus extirpandū3. Non
enim eas ſufficit non habere. quod ple-
rūq3 ſolet etiā ex neceſſitate deſcendere.
ſed ne ipā quidem ſi forte oblate fuerit
habendi recipere voluntatem. Ire conte
rēdus eſt furor· triſticie ſuꝑāda deiectio.
cenodoxia id eſt vana gloria cōtemnen-
da. Superbie calcandus eſt faſtus· men
tis q̄3 ipſius inſtabiles vagiq3 diſcurſus
aſſidua dei memoria refrenandi. Toti-
enſq3 nobis eſt ad contemplationē3 dei
lubrica cordis noſtri ꝑuagatio reducen
da· quotiens ſubtilis hoſtis ab hoc intui-
tu mentem captiuare pertemptās· receſ-
ſibus noſtri cordis irrepſerit.

## Concupiſcentias cordis non extingui niſi cum omni extirpatione viciorum. Cap. xi.

Impoſſibile nanq3 eſt extingui
ignita corporis incentiua· pri-
uſq3 ceterorū3 quoq3 principa
lium viciorum fomites radicitꝰ excidan
tur. de quibus ſingillatim diſtinctis li-
bellis ſuo loco donante domino diſſere-
mus. Nunc vero ꝓpoſitū3 nobis eſt de
caſtrimargia· id eſt gule cōcupiſcentia·
contra quam nobis primus conflictꝰ eſt
diſputare. Nunq3 igitur poterit arden-
tis concupiſcentie ſtimulos inhibere· q̇ſ
quis deſideria gule refrenare nequiue-
rit. Interioris hoīs caſtitas· ꝟtutis huiꝰ
conſummatione diſcernitur. Nūq3 enī
robuſtioribus emul' colluctari poſſe con
fidas· eum quem in leuiore conflictu cō
ſpexeris ab infirmioribus paruiſq3 ſupe
rari. Cunctarū nanq3 virtutum vna na
tura eſt· licet in multas diuidi ſpecies et
vocabula videat'· ſicut auri q̄3 vna ſub
ſtantia eſt. licet per multa variaq3 moni
lium genera pro artificum videat' inge-
nio ac voluntate diſtincta. Itaq3 nullā
perfecte poſſidere probabitur· quiſq3 eli
ſus in earum parte dinoſcitur. Quo eī
modo flagrantes eſtꝰ concupiſcentie· q̇
non ſola inſtigatione corporis ſed ꝛ etiā
mentis vicio ſuccēdūt· extixiſſe credēdꝰ
eſt. qui aculeos ire cordis ſolius intem-
perantia prumpentes mitigare non po
tuit. Aut quo nam modo putandus eſt
carnis aīeq3 laſciuientes ſtimulos retu-
diſſe· qui ſuperbie vitium ſimplex non
quiuit deuincere. Aut quemadmodum
credendus eſt inſertam carni luxuriā cō
culcaſſe. q̇ pecuniaꝝ ꝯcupiſcentiam foriſecus
ſitam atq3 a noſtra ſubſtantia alienam

non valuit abdicare: Qua aũt ratione bellũ carnis ⁊ aĩe triumphabit: qui idoneus non fuit morbum curare triſticie: Quantalibet vrbs ſublimitate muroꝝ ⁊ clauſarũ portaꝝ firmitate muniatur: poſterule vnius q̃uis paruiſſime proditione vaſtabitur. Quid enĩ differt vtrum ꝑ excelſa menia ⁊ ampla portarum ſpacia, an ꝑ anguſti cuniculi latibula pernicioſus hoſtis penetralibus ciuitatis irrepat:

## De agone carnali etiam ſpiritalis agonis imitationem eſſe ſumendam. Cap. xij.

Qui in agone contendit: nõ coronabitur niſi legittime certauerit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere. extra naturam vicia collocata ꝑmitus ſuperare feſtinet. Si enim apl'ice ſententie vim volum⁹ experiri: q̃ ſint agonis mundani leges ac diſciplina ꝑmitus debem⁹ agnoſcere. vt ita demum harum cõparatione ſcire poſſimus quid nos ĩ ſpiritali agone certantes beatus apl'us hoc exemplo voluerit edocere. In illis eniꝫ certaminibus q̃ ſm eundem apl'um corruptibilem coronam vincentibus parant: mos iſte ſeruatur: vt is q̃ ſe ad glorioſam coronam et immunitatis priuilegio decoratam preparare contendit: ⁊ perfecta cupit agonis ſubire certamina: prius in olympiacis ac pithijs certamĩbꝫ indolem ſue iuuentutis ac rudimentorum robur oſtentet. In his ſiquidem iuniores q̃ has diſciplinas cupiunt ꝓfiteri: vtrũ mereant̃ vel debeant ad eas admitti: tam ei⁹ qui iſtis certamibus preſidet: q̃ꝫ totius populi iudicio cõꝓbãtur. Cũq; diligenter examinatus quis primum repꝑt⁹ fuerit nulla vite reſperſus infamia. deinde non ſeruitutis iugo ignobilis. ⁊ ob hoc indignus diſciplina hac. vel congreſſu eorum qui hanc ꝓfitentur fuerit iudicatus. tertio ſi artis: ſi fortitudinis digna ꝓferat documenta. ⁊ iunioribꝫ coeuiſq; decertans peritiam pariter ac virtutem ſue demonſtrauerit iuuentutis: ac proficiens de ephebeorum luctamine: perfectis iam viris et experientia longa probatis congredi permiſſus fuerit preſidentis examine: ſecq; non ſolum parem virtutis eorum aſſidua colluctatione probauerit: verum etiam frequenter inter hos quoq; victorie palmam fuerit conſecutus: tum demũ ad agonis preclara certamĩa merebitur peruenire: in quibus non niſi victoribus tantum: et his qui multarũ coronarum ſtipendijs decorati ſunt facultas conceditur decertandi. Si intelleximus carnalis agonis exemplum: ſpiritalis quoq; certaminis q̃ diſciplina vel ordo ſit: cõparatione huius debemus agnoſcere.

## Quod niſi gule fuerimus vitio liberati nequaq̃ꝫ poſſimus ad pugnas interioris hominis peruenire. Cap. xiij.

Oportet nos quoq; primum libertatẽ nr̃am carnis ſubiectiõe monſtrare. A quo enim q̃s vincitur: eius ⁊ ſeruus addicitur. Et omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Cũq; nos nulla concupiſcentie turpis reſperſos infamia examen certamini preſidẽtis inuenerit: nec fuerimus ab eo vt ſerui carnis et ignobiles indigniq; olim piacis viciorum colluctationibus iudicati: tunc poterimus contra coeuos noſtros: id eſt concupiſcentiã carnis et motus ac perturbationes anime inire certamen. Impoſſibile nanq; eſt ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri. nec bellis robuſtioribꝫ attemptari dignum eſt eum qui poteſt deijci leuiore conflictu.

## Quomodo poſſit gule concupiſcentia ſuperari. Cap. xiiij.

PRima enim nobis calcanda eſt gule concupiſcentia: et eo vſq; extenuanda mens non ſolum ieiunijs: verum etiam

vigilijs· lectione quoq; et crebra com-punctione cordis· in quib; ſe forſitã vel illuſam vel victam reminiſcitur· ingemiſcens nunc horrore viciorũ. nunc deſiderio pfectionis ꝛ integritatis accenſa· donec eiuſmodi curis ac meditationib; occupata pariter ac poſſeſſa· ipius cibi refectionem non tam iocunditati conceſſaꝫ quã oneris vice ſibi impoſitam recognoſcat· magiſq; eam neceſſariaꝫ corpori q̃ꝫ deſiderabilem anime ſentiat attributã. Quo ſtudio mentis ꝛ iugi compũctiõe detenti· laſciuiam carnis que fotu eſcarum vehementius inſoleſcit· ꝛ aculeos eius noxios retundemus· atq; ita fornacem corporis noſtri que a rege babilonie occaſiones peccatoꝝ ꝛ vicia nobis iugiter ſubmiſtrante ſuccendit· q̇b; napte ꝛ picis vice acrius exuramur· vbertate lachrymarum ꝛ fletu cordis poterim⁹ extinguere· donec dei gratia ſpũ oris ſui in cordibus noſtris inſibilante eſtus carnalis concupiſcẽtie penit⁹ valeãt ꝯſopiri. Hec eſt igitur nobis prima cõtentio· hec noſtra velut ĩ olimpiacis certaminibus prima ꝓbatio· gule ventriſq; cõcupiſcentiam deſiderio perfectionis extinguere. Ob qđ ciborum non ſolum ſuperfluus appetitus ꝟtutuꝫ contemplatiõe calcandus· ſed etiã ipi nature neceſſari⁹ tanq̃ꝫ caſtitati contrarius· non ſine cordis anxietate ſumẽdus eſt. Et ita demũ vite nr̃e inſtituendus eſt curſus· vt nullum magis ſit tempus quo ſentiamus nos a ſpiritalib; ſtudijs ꝛuocari· q̃ꝫ quo deſcendere ad neceſſariam corporis curam eius fragilitate compellimur. Cum q; ad hanc neceſſitatem ſubmittimur· vſui potius vite q̃ꝫ mentis deſiderio famulantes quãtotius ab ea velut a ſalutaribus nos ſtudijs retrahente ſubtrahi feſtinemus· Nequaq̃ꝫ enĩ poterim⁹ eſcarum pñtium ſpernere voluptates. niſi mens cõtemplationi diuine defixa amore virtutum potius ꝛ pulchritudine celeſtium delectetur. Et ita quis velut caduca deſpiciet vniuerſa preſentia· cũ ad ea que immobilia ſunt ꝛ eterna· inſepabiliter defixerit mentis obtutum· adhuc in carne poſitus future commorationis beatitudinem iam corde contemplans.

## Quomõ ad cuſtodiendam cordis ſui puritatem mõachus ſp debet eſſe intentus

### Cap. xv.

Velut ſi quis immania virtutũ premia in ſublimi quibuſdam paruis indicijs deſignata. perſpicaciſſimis oculorum obtutibus cũ teli directione tendentibus ferire feſtinet. ſciens immẽſam glorie palmam ꝛ remunerationis premia in eorum confixione conſiſtere· oculorum aciem ab omni intuitu auertẽs· illuc dirigat neceſſe eſt. vbi ſummam remunerationis ꝛ premij perſpicit collocataꝫ. amiſſurus ꝓculdubio ꝑitie palmam ꝛ remuneratioñeꝫ virtutiſi quantulumcũq; contemplationis ei⁹ acies deuiauerit.

## Q monachus ſcđm olimpiaci certaminis morem non poſſit ſpiritales conficere pugnas. niſi obtinuerit bella carnalia.

### Cap· xvi.

Itaq; ventri ꝛ gule ꝯcũpiaſ habituitu ſupata· nec hui⁹ carniſ· nec infames viciorum nota ꝓnunciati· velut in olimpiacis diſciplinis iudicabimur ſuperiorũ quoq; certaminũ digni eſſe conflictu· premiſſiſq; huiuſcemodi documentis· ſpiritalib; quoq; nequitijs cõgredi poſſe credemur· que nõ niſi victoribus tantum ꝛ his qui merẽtur in ſpiritali agone contendere· cõcertare dignantur. Illud enim eſt cunctorum luctaminum velut quoddam ſolidiſſimum fundamentum· vt primit⁹ carnalium deſiderioꝝ incentiua perimãtur. Nam nullus carne propria nõ deuicta legitime decertare poterit. Et q̇ legitime non decertat· ſine dubio nec in agone confligere· nec corone gloriã victorie gratia poterit promereri. Q ſi.

hoc fuerimus vicio ſuperati· velut ſer-
ui carnalis concupiſcentie comprobati·
7 per hoc nec libertatis nec roboris inſi
gnia preferentes· a ſpiritaliū congreſſio
num conflictu· vt indigni ſerui nō ſine
confuſionis nota ꝓtinus repellemꝰ. Om
nis enim qui facit peccatū ſeruus eſt pec
cati. Diceturq; nobis ꝑ beatum apl'm
cum his inter quos fornicatio nominat'
Temptatio vos non apprehendit· niſi
humana. Non enim merebimur mētis
robore conquiſito graviores pugnas ne
quitiarum celeſtiū experiri· qui carnem
fragilem reſiſtentem ſpūi noſtro· ſubiu-
gare nequiuimus. Qđ apoſtoli teſtimo
nium nō intelligentes quidam· poſuerūt
ꝓ indicatiuo optatiuū modū· id eſt tem
ptatio vos non apprehendat, niſi huma
na. Quod ab ipō magis dici manifeſtū
eſt: non optantis ſed pronunciantis vel
exprobrantis affectu.

## Q fundamentum ac baſis ſpiritalis agonis ī caſtrimargie ſit certamine collocata Cap. xvij.

Vis audire verum athletā chri
ſti legitimo agonis iure certātē:
Ego igit' inquit ſic curro· non
quaſi in incertum· ſic pugno non quaſi
aerem verberans· ſed caſtigo corpꝰ meuz
et ſeruituti ſubijcio· ne alijs predicās ip
ſe reprobus efficiar. Uides vt in ſemet-
ipō id eſt ī carnē ſua collucationū ſum-
mam velut in baſe quadam firmiſſima
ſtatuerat· 7 ꝓuentum pugne in ſola ca-
ſtigatione carnis 7 in ſubiectiōe ſui cor-
poris collocarat. Ego itaq; ſic curro nō
quaſi in incertum. Non currit in incer-
tum· qui celeſtem hieruſalem ꝯſpiciens
defixum habet quo ſibi cordis ſui inde-
flexibilis ſit dirigenda pernicitas. Non
currit in incertum qui obliuiſcēs poſte-
riora· ad ea que ꝑora ſunt extendit ſe· ad
deſtinatum ꝑſequens brauium ſuperne
vocationis dei in chriſto ieſu· quo ſꝑ di
rigens ſue mentis obtutum· 7 ad eū om
ni cordis preparatione feſtinans· cum fi
ducia proclamat. Bonum agonem cer
taui. curſum cōſummaui· fidez ſeruaui
Et quia ſe nouerat poſt odorem vnguē-
torum chriſti prompti cōſcientie deuotio
ne infatigabiliter cucurriſſe· 7 ſpiritalis
agonis certamen carnis caſtigatione vi
ciſſe· cum fiducia infert 7 dicit. De cete-
ro repoſita eſt mihi corona iuſticie· quā
reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex
Et vt nobis q̊z ſimilem ſpem retributio
nis aſpiret· ſi in agone curſus iſtiꝰ imita-
ri eum velimus· adiecit· nō ſolum autez
mihi ſed 7 omnibꝫ qui diligunt aduen-
tum eius· participēs nos corone ſue in
die iudicij fore ꝓnuncians· ſi diligentes
aduentum chriſti. non illuz tm̄ qui etiā
nolentibus apparebit. ſed etiam hūc q̄
quotidie ī ſanctis cōmeat aīabus· vi-
ctoriam certaminis caſtigatione corpo-
ris acquiramus. De quo aduentu dñs
in euangelio. Ego inquit 7 pater meꝰ ve
niemus ad eum· 7 manſionem apud eū
faciemus. Et iterū Ecce ſto ad oſtium 7
pulſo· ſi quis audierit vocem meam et
aperuerit ianuam· introibo ad illū et ce
nabo cum illo· 7 ipſe mecum

## Per quot genera certaminum atq; palmaruz beatus apoſtolus ad coronam ſublimiſſimi agonis aſcenderit La. xviij

Nec tamen agonem curſus tan
tummō ſe conſummaſſe deſcri-
bit cum dicit· ſic curro non q̄ſi
in incertum· quod ſpecialiter refertur ad
intentionem mentis 7 feruorem ſpiritus
ſui· quo toto chriſtum ſequebat' ardore
cum ſponſa decantans· poſt te in odo-
re vnguentorū tuorū curremus· et iterū·
adheſit anima mea poſt te· ſed etiā aliđ
collucationis genus ſe viciſſe teſtat' di
cens. Sic pugno non quaſi aerem ver-
rans. ſed caſtigo corpus meum et ſerui-
tuti ſubijcio. Quod ꝓprie ad continētie
dolores 7 corporale ieiunium atq; affli-
ctionem carnis pertinet· per hanc ſe pu-
gilē quēdam ſtrenuū ſue carnis eſſe de-
ſcribens· nec inuanum aduerſus eā ictꝰ
ꝯtinētie exercuiſſe deſignās· ſꝫ triumphū

pugne mortificatione ſui corporis acq-
ſiſſe. quo verberibꝫ continentię caſtiga-
to. ⁊ ieiuniorꝫ ceſtibus eliſo. victori ſpūi
immortalitatis coronam ⁊ incorruptio
nis contulit palmam Uides legitimum
collucationis ordinem. ⁊ ſpiritaliū cer-
taminum cōtemplaris euentum. quēad
moduꝫ athleta chriſti adeptus de rebel-
latrice carne victoriam. ſbiecta illa quo-
dammō pedibus ſuis. vt ſublimis triū-
phator inuehitur Et idcirco non currit
in incertum. quia confidebat vrbem ſan
ctam hieruſalē cęleſtem ſe ꝓtinus ingreſ
ſurum. Sic pugnat ieiunijs ſcilicet ⁊ af
flictione carnali. non quaſi aerem verbe
rans. id eſt inuanum ictus continentię
porrigens. ꝑ quos non aerem vacuū ſed
illos ſpūs qui in eo verſantur caſtigatio
ne ſui corporis verberabat. Qui enī di-
cit. nō quaſi aerem ꝟberans. oſtendit ſe
tam ⁊ ſi non aerem vacuum ⁊ inanem.
aliquos tamen in aere verberare. Et qͣ
hec certaminum genera ſuperat. ⁊ dita-
tus multarum coronarꝫ ſtipendijs īcede
bat. non immerito robuſtiorū incipit ho
ſtium ſubire luctamina. ac prioribꝫ emū
lis triūphatis cū fiducia ꝓclamat et di-
cit. Jam nō nobis eſt collucatio aduer
ſus carnem ⁊ ſanguinem. ſed aduerſus
ꝑ̇ncipatꝰ. aduerſus ptātes. adūſus mū
di rectores tenebrarum harum. contra
ſpiritalia nequitię in cęleſtibus.

**Q athlete chriſti donec in cor
pore commoratur pugna non
deſit. Cap̄. xix.**

Athlete chriſti in corpore cōmo
ranti nunq̄ꝫ deſit collucatio-
num palma. ſed quanto magis
triumphorū ſucceſſibus creuerit. tāto ei
etiam collucationuꝫ robuſtior ordo ſuc
cedit. Subiugata etenim carne atqꝫ de
uicta. quantę aduerſariorum cohortes.
quanta hoſtiū agmina aduerſum victo
rem militem chriſti triumphis eius inſti
gata cōſurgunt. ſcꝫ ne pacis ocio miles
chriſti lenteſcēs incipiat obliuiſci collu-
ctationum ſuarū glorioſa certamina. ac
ſecuritatis inertia diſſolutus. premiorū
ſtipendijs ac triumphorū meritꝭ defrau-
detur. Jtaqꝫ ſi ad hos triumphorū gra-
dus cupimus creſcente virtute conſcen
dere. eodem nos qꝫ ordine oportet p̄lio-
rum inire certamina. ⁊ primū cum apl̄o
dicere. Sic pugno non quaſi aerem ver
berans. ſed caſtigo corpus meum et ſui-
tuti ſubijcio. vt hoc cōflictu ſuꝑato. rur
ſus cum eo dicere poſſimus. Non eſt no
bis collucatio aduerſus carnem et ſan-
guinem. ſed aduerſus ꝑ̇ncipatus. adū-
ſus poteſtates. aduerſus mundi rectores.
tenebrarum harū. contra ſpiritalia neq̇
cię in cęleſtibus. Aliter enī congredi cuꝫ
illis nullo mō poterimus. nec ſpiritales
pugnas merebimur experiri. carnali deie-
cti conflictu. ⁊ collucatione ventris eli-
ſi. meritoqꝫ nobis ab apoſtolo cū expro-
bratione dicet. Temptatio vos non ap
prehendit niſi humana.

**Q non debeat monachus ſu
mendi cibi tempus excedere. ſi
vult ad pugnas interiorum cer
taminum peruenire
Cap̄. xx**

Tendit monachus ad pugnas
interiorū certaminum cupiens
ꝑuenire. hanc in ꝑ̇mis cautionē ſibimet
indicat. vt nō potus quicq̄ꝫ. non eſus vl
la oblectatione deuictus. ante ſtationeꝫ
legitimam cōmunemqꝫ refectionis ho-
ram. extra menſam ꝑcipe ſibimet ꝓrſus
indulgeat. ſed ne refectione quidem trā
acta. ex his preſumere ſibi quātuluncū
qꝫ permittat. ſimiliter qꝫ canonicū ſom-
ni tempus menſuramqꝫ cuſtodiat. Eo-
dem nanqꝫ ſtudio iſte ſunt mentꝭ ampu
tande laſciuię. quo meretricationis vi-
tium deſecandum. Qui enim gulę ſuꝑ-
fluos appetitus īhibere nō potuit. quo-
modo eſtus carnalis ꝯcupiſcentie vale-
bit extinguere. Et qui nō quiuit paſſio-
nes in ꝓpatulo ſitas paruaſqꝫ compeſce
re. quemadmodū occultas. nulloqꝫ ho-
minum teſte prurientes. moderatrice di-
ſcretione poterit debellare. Et idcirco ꝑ

ſingulos motus ⁊ in quolibet deſiderio
robur anime comprobatur. que ſi in
minimis apertiſqꝫ cupiditatibꝫ ſupat᷑.
quid in maximis ac fortioribꝫ occultiſqꝫ
ſuſtineat. vnicuiqꝫ ſua conſcientia teſtis
eſt.

## De interiori monachi pace et abſtinentia ſpiritali. Ca. xxi.

Non enim eſt nobis aduerſariꝰ
extrinſecus formidādus. in no-
biſmetipſis hoſtis incluſus eſt.
Inteſtinum nobis quotidie gerit᷑ bel-
lum. deuicto eo omnia que forinſecus
ſunt reddentur infirma. ac militi chriſti
vniuerſa pacata erunt et ſubdita. Nō
habebimus aduerſariū nobis extrinſecꝰ
metuendum. ſi ea que intra nos ſunt ſpi-
ritui deuicta ſubdant᷑. Nec ſoluꝫ nobis
iſtud ieiuniū viſibiliū ciborū ad pfectio-
nem cordis ⁊ corporis puritatem ſuffice-
re poſſe credamus. niſi fuerit huic aīe
qꝫ ieiuniū copulatum. Habet nāqꝫ ⁊ il-
la ſuos noxios cibos. quibꝫ impinguata
etiam ſine eſcaruꝫ abundantia ad luxu-
rie prerupta deuoluitur. Detractio cibꝫ
eius eſt et quidem perſuauis. Ira etiam
cibus eius eſt licet minime leuis. ad ho-
ram tamen infelici eā eſu paſcens. ac pa-
riter letali ſapore proſternens. Inuidia
cibus eſt mentis. virulentis eā ſucis cor-
rumpens. ⁊ proſperitatis aliene ſucceſſi-
bus iugiter miſeram excruciare non de-
ſinens. Cenodoxia id eſt vana gloria ci-
bus eius eſt. qui delectabili eam eſca per-
mulcet ad tempꝰ. poſt vero vacuam om-
niqꝫ virtute ſpoliatam reddet ac nudā.
cunctis eam ſpiritalibus fructibꝫ ſterilē
inanemqꝫ dimittens. ita vt non ſolum
immanium laborū faciat merita deperire.
verumetiā ſupplicia maiora conquirat.
Omnis concupiſcentia ⁊ puagatio cor-
dis inſtabil᷑ paſtus q̇daꝫ eſt aīe. noxijs
eſcis eam nutriens. expertem vero cele-
ſtis panis ac ſolidi cibi in poſterum de-
relinquens. Ab his itaqꝫ quanta nobis
eſt virtus ſacratiſſimo ieiunio continen-
tes. vtilem habebimus cōmodāqꝫ obſer-
uantiam ieiunij corporalis. Labor nāqꝫ
carnalis ſpūs cōtritioni coniunctus. ac-
ceptiſſimum deo ſacrificiū dignūqꝫ ſan-
ctitatis habitaculū puris mundiſqꝫ re-
ceſſibus exhibebit. Ceterū ſi corporaliter
ieiunātes pniciosiſſimis aīe vitijs im-
plicemur. nihil nobis proderit carnalis
afflictio pcioſiore parte polluta. per eaꝫ
ſcꝫ ſubſtantiā delinquentibꝫ nobis qua
efficimur habitaculū ſpūſſancti. Nō eī
tam corruptibilis caro. qꝫ cor mundum
habitaculū deo templūqꝫ ſpūſſancti effi-
citur. Oportet ergo exteriore hoīe ieiunā-
te. interiorem qꝫ ſimilit᷑ a cibis noxijs tē-
perare. quem pcipue exhiberi mundum
deo. vt hoſpitē in ſe chriſtū recipe mereā-
tur. beatus aplus monet his verbis. in-
teriorem inquiēs hominēꝫ habitare chri-
ſtum per fidem in cordibus veſtris.

## Quid idcirco nos oporteat exercere cōtinentiam corporalem. vt p ipſam perueniamus ad ſpiritale ieiunium. Cap. xxij.

Non querimꝰ itaqꝫ nos idcirco la-
borem cōtinentie corporal᷑ im-
pendere. vt ad puritateꝫ cordis
hoc poſſimus ieiunio puenire. Ceterum
labor a nobis impendit᷑ in caſſum. ſi hūc
quidem contemplatione finis infatiga-
biliter ſuſtētemus. finem vero ppt᷑ queꝫ
tolerauimus afflictiones tantas obtine-
re nequeamus. meliuſqꝫ fuit interdictis
eſcis aīe temperaſſe. qꝫ voluntarijs mi-
nuſqꝫ noxijs corporaliter ieiunaſſe. In
his eīi ſimplex ⁊ innoxia creature dei p-
ceptio eſt. nihil p ſemetipſam habēs pec-
cati. in illa vero primitus fratꝝ pernicio-
ſa deuoratio. de qua dicit᷑. Noli dilige-
re detrahere. ne eradiceris. Et de ira atꝫ
inuidia beatus iob dicit. Etenī ſtultum
interficit iracundia. ⁊ paruulum occidit
inuidia. Simulqꝫ notandum. qꝫ qui ira-
ſcitur ſtultus. ⁊ qui inuidet paruulus in-
dicetur. Ille nanqꝫ non immerito ſtultꝰ
iudicatur. voluntarie ſibi mortem ire ſti-
mulis incitatus inducens. ⁊ hic dum li-
uet. paruulum minoremqꝫ ſe probat. Dū

enim inuidet· teſtatur maiorem eſſe eum in cuius proſperitate cruciatur.

## Qualis eſſe monachi cibus debeat Cap̄.xxiij.

Igitur eſt cibus eligendus non tantum qui concupiſcentie flagrantis eſtus temperet· minuſq; ſuccendat· verum etiā qui ad parādum ſit facil'· ⁊ quē ad comedēdū oportuniorez viliori precij cōpendiuz preſtet· quiq; ſit conuerſationi fratrū vſuiq; communis. Triplex ei natura eſt caſtrimargie. Una que canonicā refectionis horā preuenire cōpellit· alia q̄ tantūmodo ventri ingluuie ⁊ ſaturitate quarūlibet gaudet eſcarū· tertia que accuratioribꝫ epulis et eſculētioribꝫ oblectat'. Idoq; aduerſus eam neceſſe eſt monachum obſuantiaz triplicem cuſtodire· id eſt vt primū legitimum tempus abſolutionis expectet· deinde vt caſtiget ⁊ refrenet deſideriū carnis· tertio vt qualibuſcunq; eſcis vilioribuſq; contentus ſit. Quicq̄d enī extra conſuetudinem p̄ſumitur vſum q; communē· vt vanitatis ⁊ glorie atq; oſtētatiōis morbo pollutū. antiquiſſima patꝝ traditio notat· nec quenq̄; ex his q̄s merito ſcientie ac diſcretionis enituiſſe peruidimus. vel quos ad imitandum ḡtia chriſti velut ſplēdidiſſima lumīaria omnibus p̄locauit· eſu panis qui apud eos vilis habetur ac facilis· abſtinuiſſe cognouimus· nec eorū quēpiam q̄ hanc regulam declinantes· pretermiſſo panis vſu. leguminum vel olerum ſeu pomoꝝ refectionem ſectati ſunt· inter probatiſſimos habituz aliq̄n conſpeximus· ſed nec diſcretionis quidem aut ſcientie gratiā conſecutum. Non ſolum enī ceteras inuſitatas eſcas expetere monachum non debere decernunt· ne videlicet curſus eiꝰ velut in ꝓpatulo cunctis expoſitus· inanis factus ac vacuus cenodoxie morbo depereat· ſed ne ipām q̄z ieiuniorū z caſtigationem cōmunem cuiq; facile pateſieri oportere pnunciant· verum quantum fieri poteſt contegi pariter et abſcondi.

Aduentātibus aūt fratribus magiſ humanitatiſ ac dilectionis offerri debere virtutem· quā cōtinentie diſtrictionem ⁊ q̄tidiani ꝓpoſiti rigorem manifeſtari pbabilius cenſuerūt· nec quid volūtas vtilitaſq; noſtra ſeu deſiderij ardor expoſcat attendere· ſed q̄d adueniētis requies vel infirmitas exigit preponere ⁊ gratanter implere

## Qꝛ in egypto indifferenter vidimus ſub aduentu noſtro ſolui quotidiana ieiunia. Ca.xxiiij.

Cum de ſyrie partibus ſeniorū ſcita diſcere cupientes egypti ꝓuintiam petiſſemus· ibiq; tāta cordis alacritate nos ſuſcipi miraremur. vt nulla prſus ſicut fueramꝰ in paleſtine monaſterijs inſtituti vſq; ad p̄ſtitutam ieiunij horam refectionis regula ſeruaret'· ſed abſq; legitimis quarte ſexteq; ferie· quocunq; pergebamus quotidiana ſtatio ſolueretur. quidam ſenioꝝ percunctantibꝫ nobis· cur ita indifferenter apud eos preterirent' quotidiana ieiunia· reſpondit. Ieiuniū ſemꝑ eſt mecū. Uos aūt continuo dimiſſurus mecū iugiter tenere non poſſum. Et ieiuniū quidem licet vtile ſit ac iugiter neceſſariuz· tamen voluntarij muneris eſt oblatio. Opus autē charitatis impleri· exigit p̄cepti neceſſitas. Itaq; ſuſcipiens in vobis chriſtum· reficere eum debeo· deducens aūt vos humanitatem eius obtentu prebitā· diſtrictiore ieiunio in memetipſo potero compenſare. Non enim poſſunt filij ſponſi ieiunare· donec cum illis eſt ſponſus. Cum autem diſceſſerit. tūc illi ieiunabunt·

## De cōtinentia ſenis qui ita ſexies cibuz ſumpſit vt ſeruaret eſuriem Cap̄.xxv.

Quidam ſeniorum cum reſicientem me. vt adhuc paululum quid ederem hortaretur· iamq; me dixiſſem non poſſe· reſpōdit. Ego iā

ſexties diuerſis aduenientibus fratribꝫ menſam poſui· hortatuſq; ſingulos cū omnibus cibum ſumpſi. et adhuc eſurio · et tu primitus nūc reficiens· iam te dic nō poſſe.

## De eo ſene qui in cella ſua eſcā nūq; ſolus accepit Cap. xxvi.

Vidimus alium in ſolitudīe cōmorantem qui nunq; ſe ſibi ſoli indulſiſſe cibum teſtatus eſt · ſed etiam ſi ꝑ totos quinq; dies ad eius cellulam nullus e fratribus aduenisset refectionē iugiꝰ diſtuliſſe· donec ſabbatorum vel dnīco die deuote cōgregationis obtentu ꝓcedens ad eccl'aꝫ. ꝑegrinorum quempiam repperiſſet· quē exinde reducēs ad cellulā· conſorte eo refectionē corporis non tam ſue neceſſitatis obtentu· q; humanitatis gratia cauſaq; fratris aſſumeret. Itaq; vt norunt in aduētu fratrum indifferēter ſoluere quotidiana ieiunia· ita diſcedentibꝫ eis refectioneꝫ ob illos indultam continentia maiore compenſant ꝑceptioneꝫ cibi paruiſſimi acriore caſtigatione non ſola panis ſꝫ etiaꝫ ſomni ipſius diminutione duriꝰ exigētes

## Quid d' fructu ſtudij ꝓfeſſi ſint abbas peſius ꝛ iohānes.

Apud ſenem peſium in heremo vaſtiſſima cōmorātem· cū ſenex iohānes magno cenobio ac multitudini fratrū prepoſitus aduenisset· ꝛ ab eo velut antiquiſſimo ſodale ꝑquireret· quidnaꝫ ꝑ oēs q̄draginta annos quibus ab eodem ſeparatus in ſolitudine minime a fratribus interpellatus egiſſet· nunq; me ait ſol reficientē vidit. et ille· nec me inquit iratū.

## Quam exempli ſui ꝓfeſſionem abbas iohānes diſcipulis reliquerit diſceſſurus Ca. xxviij

Eundem ſenem cū alacrem tanq; ad ꝓpria tranſmigrantē· in extremo iam anhelitū poſitum anxij fratres circūuallantes ſuppliciter precarentꝰ· vt aliqd' eis memoriale mandatum velut hereditariū quoddaꝫ legatum relinqueret· ꝑ quod poſſent ad perfectionis culmē precepti cōpendio faciliꝰ ꝑuenire· ingemiſcens ille· nunq; ait meā feci voluntatem· nec quēq; docui qd' priꝰ ipſe non feci.

## De abbate machete inter collationes ſpiritales nunq; dormitāte et ſemper inter terrenas fabulas obdormiente Ca. xxix.

Vidimus ſenem machetē nomine a turbis fratrū eminꝰ cōmorantem· banc a dnō gratiaꝫ diutinis ꝑcibꝫ impetraſſe. vt q̄tq̄t diebꝫ ac noctibꝫ agitaretꝰ collatio ſpiritalꝰ nunq; ſomni tempore penitus laxaretꝰ. Si qs vero detractionis verbum ſeu ocioſum temptaſſet inferre· in ſomnuꝫ ꝓtinus concidebat· ac ſic ne vſq; ad aurium quidē eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire

## Eiuſdem ſenis de nemine iudicando. Ca. xxx.

Hic idem ſenex cū inſtitueret nos neminem diiudicare debere· intulit tria fuiſſe in quibꝫ diſcuſſerit vel reprehenderit fratres · q; ſcilicet vuam ſibi nonnulli paterentꝰ abſcidi· q; haberētꝰ in cellulꝰ ſagū · q; oleū bn̄dicētes expoſcētibꝫ ſecularibꝫ darēt · ꝛ hec oīma ſe incurriſſe dicebat. Nam egritudineꝫ vue contrahens· tamdiu inquit eius lāguore diſtabui· donec tam doloris neceſſitate q; ſeniorū omniū adhortatione cōpulſus abſcidi eam ꝑmitterē. Cuiꝰ etiā infirmitatis obtentu ſagum q̄ꝫ hr̄e coactꝰ ſum. Oleum etiam benedicere ac ſupplicantibus dare. quod pre omnibus execrabar· vt potē iudicans illd' ex magna cordis preſumptione deſcendere· circūdātibus me repente ſecularibus multis. ita conſtrictus ſum· vt aliter eos nullatenus euadere poſſem. niſi a me ſumma vi ꝛ obteſtatiōibus extorſiſſent· vt oblato ab eis vaſculo manum meam impreſſo crucis ſignaculo ſupponerē. itaq; ſe credentes benedictionis oleum conſecutos· tandem me aliqn̄ relaxarunt. Quibꝫ in

manifeſte compertum eſt· iſdem cauſis ac vicijs monachum obligari· in quibꝫ de alijs iudicare preſumpſerit. Oportet ergo vnumquemqȝ ſemetipm̄ iudicare tā‑tummodo· ⁊ circūſpecte cauteqȝ cuſtodire in omnibꝫ. nō alioꝝ conuerſationem: vitamqȝ diſcutere· ſcd̄m illd̄ apl'i precep‑tum. Tu aūt quid iudicas fratrē tuū: ſuo dn̄o ſtat aut cadit. Et nolite iudica‑re ante tempus. Et illud. Nolite iudica‑re vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini· Preter hanc enī quam diximus cauſam etiam ob hoc iudicare de alijs periculoſum eſt. quod ignorantes vel neceſſitatem vel rationē qua illi hec in quibus offendimꝰ aut recte coram deo aut venialiter agūt· inuenimur eos temere iudicaſſe. et per hoc admittimus non leue peccatū. ſecus qȝ oportet de fratribus noſtris aliqd ſē‑tientes.

## Increpatio eiuſdem ſenis cū fratres inter ſpiritales collationes dormitātes ad narrationē ocioſe fabule vidiſſet experge factos Ca. xxxi.

Hic idem ſenex ocioſarum fabularum diabolum eſſe fautorē· ac ſpiritalium collationum impugnatorem ſemper exiſtere. his declarauit indicijs. Nam cum fratribꝫ quibuſdā de rebꝫ neceſſarijs ac ſpiritalibꝫ diſputaret· eoſqȝ videret lethéo quodā ſopore demergi· nec poſſe ab oculis ſuis pōdus ſomni depellere· ocioſam repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilaſſe confeſtī atqȝ erectas aures ſuas habere vidiſſet· ingemiſcens ait. Nunc vſqȝ dū de ſpiritalibus loquebamur· oīm veſtrū oculi letali dormitione dep̄mebantur. at cum ocioſa fabula intromiſſa eſt· omnes expergefacti torporem ſomni dominantꝭ excuſſimus· Uel ex hoc ergo perpendite quiſnā collationis illius ſpiritalis fuerit impugnator· aut quis huius infructuoſe atqȝ carnalis inſinuator exiſtat. Ille etenim eſſe māifeſtiſſime deprehēdit· qui malis adgaudens vel iſtā fouere vel illam impugnare nō deſinit

## De epiſtolis priuſqȝ legerētur incenſis Ca. xxxij.

Nec minus qȝ hoc opus fratris erga puritatem ſui cordis intēti. ⁊ erga contemplationem diuinam valde ſolliciti· cōmemorari neceſſarium reor· qui cū ei poſt annos quīdecim patris ac matris amicorūqȝ multorum de ꝓuincia ponti complures epiſtole delate fuiſſent· accipiens grandē faſciculum literarū· diuqȝ apud ſemetipſum voluens· quantaꝝ inquit cogitationū cauſa erit mihi hoꝝ lectio· que me vl' ad inane gaudium vel ad triſticias īfructuoſas impellēt. quot diebꝫ horū recordatione qui ſcripſerunt intentionē pectoris mei a ꝓpoſita cōtemplatione reuocabūt. Poſt quantum temporis digerenda ē·h̄ mentis concepta confuſio. quantoqȝ labore rurſus iſte tranquillitatis reparandus eſt ſtatus· ſi ſemel animus literarū permotus affectu· eorūmqȝ recenſendo ſermones ac vultus quos tanto tempore dereliquit· iterum eos reuiſere· ipſiſqȝ cohabitare ⁊ animo ac mente ceperit intereſſe· Quos profecto corporaliter deſeruiſſe nihil ꝓderit. ſi corde eos incipiat intueri· ac memoriā quā ſeculo huic renuncians quiſqȝ velut mortuus abdicauit· reuiuiſcens eandem rurſus admiſerit. Hec voluens in corde ſuo· nō ſolū nullam reſoluere epiſtolam deſiniuit· ſꝫ ne ipm̄ quidem faſciculum reſignare· ne ſcꝫ eorūm qui ſcripſerant vel nomina recenſendo vel vultus recordando a ſpiritus ſui intentione ceſſaret. Itaqȝ vt eū conſtrictum ſuſceperat. igni tradidit cōburendum. Ite inqēs cogitationes patrie pariter concremamini· ne me vlteriꝰ ad illa que fugi reuocare temptetis

## De abſolutione queſtionis quam abbas theodorus orando promeruit Cap. xxxiij.

Vidimus etiã abbatẽ theodoꝝ ſũma ſctĩtate ⁊ pfecta ſciẽtia p̃ditũ nõ ſolũ in actuali vita · ſ3 etiã noticia ſcripturaꝝ· quã ei non tam ſtudiũ lectionis vel literatura mũdi cõtulerat · ꝙ ſola puritas cordis: ſiquidem vix ipſius q̃3 grecę linguę perpauca verba vel intelligere poſſet vel ꝓloqui. Hic cum explanationem cuiuſdam obſcuriſſime queſtionis inquireret· ſepte3 diebꝫ ac noctibus in oratione infatigabilis ꝑſtitit· donec ſolutionem ꝓpoſitę queſtionis dño reuelante cognoſceret.

## De ſententia eiuſdem ſenis q̃ docuit quo ſtudio monachus poſſit aſſequi ſciẽtiã ſcripturarum. Cap̃. xxxiiij.

Hinc ergo quibuſdã fr̃ibus admirantibus tam preclarũ ſcientię eiꝰ lumen, et ab eodem quoſdam ſcripturarũ ſenſus inquirentibꝫ· ait· monachũ ad ſcripturarũ noticiam ꝑtigere cupiẽtem. nequaq̃3 debere labores ſuos erga cõmentariorum libros impendere· ſed potius omnem mentis induſtriam ⁊ intentionem cordis erga emẽdationem viciorum carnaliũ detinere. Quibus expulſis cõfeſtim cordis oculi ſublato velamine paſſionũ ſacramenta ſcripturarum velut naturalit᷑ incipient ꝯtemplari. Siquide3 nobis nõ vt eſſent incognita vel obſcura ſancti ſpũs gratia ꝓmulgata ſunt· ſed nr̃o vicio velamine peccatorum cordis oculos obnubente reddantur obſcura · quibꝫ rurſu3 naturali redditis ſanitati· ip̃a ſcripturarũ ſanctarũ lectio ad contemplationem verę ſcientię abunde etiam ſola ſufficiat· nec eos cõmentariorũ inſtitutionibus indigere· ſicut oculi iſti carnales ad videndum nullius egent doctrina, ſi modo fuerint a ſuffuſione vel caligine cecitatis immunes. Idõ nãq3 ⁊ tãta varietas erroreſq3 inter tractatores ip̃os exorti ſũt. ꝙ plerique minime erga purgationẽ mẽtis adhibita diligentia, ꝓſilientes ad interp̃tandũ eas pro pinguedine vel immundicia cordis ſui diuerſa atq3 contraria vel fidei vel ſibimet ſentientes· veritatis lumen comprehendere nequiuerunt

## Increpatio eiuſdem ſenis cũ ad meam cellulam media nocte veniſſet Cap̃. xxxv.

Hic idẽ theodorꝰ cũ inopinatus ad meã cellulã ĩtempeſta nocte veniſſet· q̇dnã3 rudis adhuc anachoreta ſolꝰ agerẽ paterna curioſitate latenter explorãs· meq3 ilico finita veſpertina ſolennitate incipientem feſſum corpus iam reficere· ⁊ incubantem pſiathio reperiſſ3· ꝓtrahẽs imo corde ſuſpiria· meoq3 me vocitãs noĩe· quanti inq̇t o iohẽs hora hac deo colloquũt· eumq3 in ſemetip̃is amplectuntur ac retinent· ⁊ tu fraudaris tanto lumine· inerti ſopore reſolutꝰ. Et quoniã nos ad huiuſcemodi narrationem diuertere patrũ v̓tutes ⁊ gratia ꝓuocarunt· neceſſariũ reor memorabile opus charitatis quã ſumi viri archebij humanitate ſumus experti · ĩ hoc volumine cõmendare· quo puritas continentię operi charitatis inſerta propenſius eniteſcat pulcra varietate diſtincta. Etenim tũc gratum deo ieiunij munus efficitur· cum hoc fructibꝫ charitatis fuerit conſummatum.

## Deſcriptio heremi quę eſt in diolco in qua anachoretę commorantur. Ca. xxxvi.

Itaq3 cũ de paleſtinę mõaſterijs ad opidum egypti qđ diolcos appellatur· rudes adhuc veniſſemus· ibiq3 plurimam turbã cenobij diſciplina cõſtrictam· ⁊ optimo ordine monachorum qui etiam primus eſt inſtitutam mirifice videremus: aliu3 quoq3 ordinem qui excellẽtior habetur id eſt anachoretarum cunctorum preconijs inſtigati ſagaciſſimo corde videre properauimus. Hi nanq3 in cenobijs primum diutiſſime commorantes, omĩ patientię ac diſcretionis regula diligenter edocti· ⁊ humilitatis pariter ac nuditatis v̓tute poſſeſſa · atq3 ad puꝝ vicioꝝ

vniuerſitate conſumpta. diriſſimis de-
monum prelijs congreſſuri· penetrāt he-
remi profunda ſecreta. Huius igitur ꝓ-
poſiti viros comperientes citra nili flu-
minis alueū commorari in loco q̇ vno
latere eodem flumine, alio maris vaſti-
tate circūdatus inſulam reddit· nullis
alijs q̄ꝫ monachis ſecreta expetentibꝫ ha-
bitabilem· nec enim cuiq̄ꝫ culture aptaꝫ
eſſe eam ſalſitas ſoli ac ſterilitas patitur
arenarūꝫ· ad hos in q̄ꝫ ſummo deſiderio
feſtinantes vltra modū ſumus labores
eorū quos contemplatione virtutum et
amore ſolitudīs tolerāt admirati. Naꝫ
ipſius aque tanta penuria cōſtringunt·
vt tali eam diligentia ſcrupuloq̄ꝫ diſpē-
ſent, quali nemo frugaliſſimorū ſpeciem
precioſiſſimi vini cōſeruat ⁊ parcit. Tri-
bus nanq̄ꝫ milibus vl' eo amplius eā de
predicti fluminis alueo neceſſarijs vſi-
bus aduehunt· qđ tam̄ interuallum ha-
renoſis diuiſum montibꝫ· laboris diffi-
cultate grauiſſima duplicatur.

## De traditis nobis ab abbate archebio cum inſtructu ſuo cellis.

Cap· xxxvij·

His igitur viſis cum imitatiōis
eorū nos ardor accenderet· pre-
dict⁹ q̄ꝫ archebius ꝓbatiſſimus
inter eos humanitatꝭ gratia nos ad ſuā
cellulam ꝯtraxiſſet· explorato deſiderio
noſtro confinxit ſe de eodē loco velle diſ-
cedere, ac nobis cellulam ſuā velut exin-
de migraturus offerre· ſeſe id facturum
etiā ſi minime affuiſſem⁹ affirmās. Quā
rem nos ⁊ deſiderio cōmoratiōis accēſi,
⁊ aſſertionibus tanti viri indubitatā ac-
cōmodantes fidem libenter amplexi· cel-
lulam cuꝫ omni ſupellectili vtenſilibꝫ q̄ꝫ
ſuſcepimus. Itaq̄ꝫ religioſa potitus cir-
cūuentione· paucis diebꝫ quibꝫ conſtru-
ende celle pararet impendia de loco diſ-
cedens· reuerſus poſt hec aliam ſibi ſum-
mo labore cōſtruxit. Quam rurſum nō
longo poſt tempore alijs ſuꝑuenientibꝫ
fratribꝫ· eodēq̄ꝫ deſiderio cupientibꝫ ibi-
dem cōmorari· ſimili charitatis menda-
cio circūuentis, cum vniuerſo tradidit in-
ſtrumento. Ipſe vero erga opus charita-
tis infatigabilis ꝑſeuerans· tertiam ſibi
cellulam in qua cōmaneret extruxit.

## De debito quod abbas archebius manuum ſuarū labore ꝓ matre diſſoluit.

Ca· xxxviij.

Operepreciū mihi videt' aliđ
q̄ꝫ eiuſdem viri charitatꝭ opus
memorie tradere· quo noſtrarū
partium monachi non ſolum continētie
rigorem· verumetiam ſinceriſſimum reti-
nere dilectionis affectū· vnius eiuſdēq̄ꝫ
viri inſtituantur exemplo. Hic nāq̄ꝫ nō
ignobili oriundus familia· ad monaſte-
rium quod a predicto opido ferme qua-
tuor milibus diſtat· mundi huius ac pa-
rentum affectione contempta· a pueri-
libus annis aufugit. Ubi ita vite ſue om-
nem exegit etatem, vt nunq̄ꝫ prorſus per
totos quinquaginta annos non ſolum
vicum ex quo egreſſus eſt nec fuerit in-
greſſus nec viderit· ſed ne cuiuſq̄ꝫ q̇dem
femine vel ipſius matris ſue conſpexe-
rit vultum. Interea pater morte preuen-
tus· centum ſolidorūꝫ debitum reliquit.
Cūq̄ꝫ hic eſſet omni inquietudine peni-
tus alienus· vtpote qui vniuerſis pater-
nis facultatibus eſſet extorris· a credito-
ribus tamen inquietari vehemēter com-
perit matrem. Tunc hic ab euangelico il-
lo rigore quo ante hac in ſtatu proſpero
parentibus conſtitutis, nec patrē in ter-
ra ſe norat habuiſſe nec matrem· pieta-
tis conſideratione mollitus, ita ſe habe-
re credidit matrem· eiq̄ꝫ ſubuenire fe-
ſtinauit oppreſſe· vt nihil a propoſita di-
ſtrictione laxaret. Intra monaſterij nan-
q̄ꝫ clauſtra perdurans, ſoliti operis pen-
ſum ſibimet triplicari popoſcit. Et ibi ꝑ
totum anni ſpacium diebus pariter no-
ctibuſq̄ꝫ deſudans· debiti modum ope-
ris ſudore partim creditoribus ſoluens

matrem oīum inquietudinis iniuria li- berauit. ita eruens eaꝫ debiti ſarcina. vt nihil de propoſiti rigore pie neceſſitatis obtentu pateretur imminui. Ita diſtri ctionem ſolitam cuſtodiuit. vt nequaqꝫ pietatis opus maternis viſceribus de- negaret. ⁊ quā pro chriſti charitate prius deſpexerat. p eius rurſus pietate cogno ſceret

## Qua ſimulatione cuiuſdam ſe nis abbati Simeoni cum ocio ſus eſſet opus manuum ſit pro uiſum

### Cap. xxxix

Cum frater nobis optime car⁹ nomine ſymeon. penitus greci ſermonis ignarus. e partibꝫ ita lie commeaſſet. quidam ſeniorꝝ erga euꝫ vtpote peregrinum charitatis op⁹ quo- dam redibitionis colore cupiens exhibe re. inquirit ab eo cur ocioſus ſederet ī cel la. per hoc conjiciens euꝫ tam ocij perua gatione qꝫ penuria neceſſarium reꝝ diu tius in ea durare non poſſe. certus nemi nem poſſe impugnationes ſolitudīs to- lerare. niſi eum qui ꝓprijs manibꝫ victuꝫ ſibimet fuerit parare contentus. Quo re ſpondente nihil ſe nec noſſe nec preuale- re ex bis que illic exercebantur a fratribꝫ operari preter librariam manum. ſi tamē vllus in egypti regione latinum codicē vſui eſſet habiturus. tunc ille tandē na- ctus occaſionem qua poſſet deſideratuꝫ pietatis opus velut debiti colore merca ri. ex deo hec inuenta eſt inquit occaſio. Nam olim querebaꝫ qui apoſtolū latīa mihi māu pſcriberet. Eteni habeo fratrē militie laqueis obligatum. ⁊ apprime la tinis inſtructum. cui de ſcripturis ſanctꝫ aliquid ad legendum edificationis eius obtentu tranſmittere cupio. Itaqꝫ Sy- meone banc occaſionem velut a deo ob- latam ſibi gratāter ſuſcipiente. ſenex qꝫ colorem ſub cuius pretextu pietatꝫ opus libere poſſet implere. libenti⁹ amplexus. confeſtim nō ſolum vniuerſas ei neceſ- ſitates ſub obtentu mercedum toti⁹ an- ni contexit. verumetiam membranas ⁊ vtenſilia que ad ſcribendum neceſſaria erant comportans. recepit poſt codicem ſcriptum nullis vſibus vel cōmodis p- futurum. quippe vniuerſis in illa regiōe noticia lingue huius penitus ignarꝫ pre ter id quod hac ſubtilitate ſumptu qꝫ p lixiore mercat⁹ eſt. quemadmoduꝫ et ille ſine confuſionis verecundia. merito la- boris et operis ſui neceſſaria victus ali- menta perciperet. ⁊ ipſe munificentie ſue pietateꝫ tanqꝫ debiti neceſſitate comple ret. eo abundantius mercedem ſibi con quirens. quo ambitu maiore peregrino fratri non ſolum victus neceſſaria. verū etiam operis inſtrumenta ⁊ operandi oc caſionem pariter contuliſſet

## De pueris qui deferentes ad egrotantem ficus non deguſta tis eiſdeꝫ fame in heremo defe- cerunt.

### Cap. xl.

Sed quoniā in loco vbi de ſeni oꝝ et continentie rigore dice re aliquid ꝓpoſuimus. affectio ⁊ opera charitatis videtur admixta. rur ſum ad ꝓpoſitum reuertentes quoddaꝫ puerorū etate non ſenſu factum memo- rabile opuſculo huic inſeremus. Nam cum vltra omnem admirationem ficus quidam de amareotelibie partibꝫ velut rem ante in loco non viſam abbati Jo- hāni economo in heremo ſcythij detuliſ ſet. qui diſpenſationem ipſius eccleſie tem- poribꝫ beati pafuntij pſbiteri ab eodem ſibi creditā gubernabat. hic confeſtī eas ad ſenē quēdā qui in interioribus deſer ti mala valitudine laborabat per duos adoleſcentulos miſit. Siquidem decem ⁊ octo milibus longe ab eccleſia comma nebat. Qui pomis acceptis. cum ad pre dicti ſenis tenderent cellam. quod ibi p facile ſolet etiaꝫ ſeniorībꝫ euenire. infuſa repente denſiſſima nebula tramitē recti itineris pdiderunt. Cūqꝫ tota die et no cte diſcurrentes pauiam heremi vaſtita

tem. nequa q̃z potuiſſent egrotan⁊ cellu-
lam reperire· tam itineris laſſitudine q̃z
inedia ſitiq̃z confecti· fixis genibus ī ora
tiōis officio ſpūm dño reddiderūt Qui
poſt hec veſtigiorū ſuorum indicijs diu-
tiſſime perquiſiti. que in locis illis hare-
noſis tanq̃z niuibus impreſſa ſignātur.
donec ea vel leui ventoꝝ flatu tenuis ha-
rena diſcurrens rurſus operiat· inuenti
ſunt ficus intactas vt acceperant reſer-
uaſſe· eligentes ſcʒ animam magis q̃z fi-
dem depoſiti ꝑdere. vitamq̃z potius a-
mittere temporalem q̃z ſenioris violare
mandatum·

## Sententia abbatis macharij de obſeruantia monachi vel tā q̃ʒ diutiſſime victuri vel tanq̃z quotidie morituri

### Cap̄. xli.

Adhuc vnum beati macharij ꝓ
fertur nobis ſalutare manda-
tum· vt libellum ieiunioꝝ ⁊ con
tinentie tanti viri claudat ſentētia. Ita
inquit debere monachuʒ ieiunijs operā
dare vt centum annis in corpore cōmo-
raturuʒ· ita motus animi refrenare· ⁊ in-
iuriarum obliuiſci· triſticiaſq̃z reſpuere.
dolores quoq̃z ac detrimenta contemne
re tanq̃z quotidie moriturum In illo nā
q̃z vtilis eſt prudenſq̃z diſcretio· eq̄li mo
nachum diſtrictione faciens ſemper īce-
dere· nec permittens ſub occaſione debi-
litati corporis de arduis ad pernicioſiſſi
ma ꝑrupta deuolui· in hoc vero magna
nimitas ſalutaris· que valeat non ſoluʒ
que videntur proſpera mundi preſentis
deſpicere· verumetiā aduerſis triſtibuſq̃z
non frangi· ⁊ ea velut parua nullaq̃z cō
temnere· illic habens iugiter fixum ſue
mentis intuituʒ· quo quotidie ſingul'q̃z
momentis accerſiendum eſſe ſe credit.

## Explicit de ſpiritu caſtrimargie liber quintus.

## Incipiūt capitula libri ſexti de ſpiritu fornicationis.

Proemium
ij De principali correctione aduſus ſpiritum fornicatiōis.
iij Quantum ad ſupandum forni-cationis vitium remedij confe rat continentie ſolitudo.
iiij Quid interſit inter continentiaʒ ⁊ caſtitatem· ⁊ an vtraq̃z ſimul ſemper habeatur
v Qꝫ impugnatio fornicationis ſo lo humano ſtudio non poſſit e-uinci
vi De peculiari gratia ī munere ca ſtitatis
vij Exemplum de agone mundiali ſcd̄m ſermonem apoſtoli.
viij De comparatione purificatiōis eorum qui in terreno agone cer tamen habituri ſunt
ix Quantam ſemper cordis purita tem parare dei oculis debeam⁹
x Quod ſit indicium ꝑfecte et inte gre puritatis
xi Quo vicio illuſio nocturna pro cedat
xij Qꝫ carnis puritas ſine mundicia cordis nequeat obtineri.
xiij Que ſit purgationis carnalis prima cuſtodia
xiiij Qꝫ non laudem ſtudeamus texe-re caſtitatis ſed effectum ei⁹ ex-ponere
xv Qꝫ ſpecialiter caſtitatꝭ virtus ab apoſtolo ſanctimonia nuncu-petur.
xvi De alio apoſtoli teſtimonio ſuꝑ eadem ſanctimonia
xvij Qꝫ ſpes ſublimioris premij debe-at cuſtodiam caſtitatis augere
xviij Qꝫ ſicut abſq̃z humilitate caſtitaſ obtineri non poteſt. ita ſine ca-ſtitate ſcientia
xix Sententia ſancti Baſilij epiſco pi de qualitate virginitatꝭ ſue.

xx Qui finis vere integritatis ac pu-
ritatis ſit.
xxi Quemadmodum perfecte puri-
tatis ſtatum retinere poſſimus.
xxij Uſq3 ad quem modum poſſit in-
tegritas corporis noſtri perdu-
ci. vel quod indicium ſit ad pu-
rum mentis excocte.
xxiij Remedia curationis quibus ꝑ-
fecta poſſit cordis et corporis nō
ſtri puritas ꝑmanere.

Expliciunt capitula

## Incipit liber ſextus de ſpiritu fornicationis.

### Cap. primum.

SEcundū nobis certamen eſt tra
ditione patrum adu̅
ſus ſpūm fornicatio
nis. longum ꝑ ceteris
ac diuturnū ⁊ ꝓpau
cis ad purum deuictum immane bellū.
⁊ q̄d cum a primo tempore pubertatis im
pugnare incipiat hominū genus. nō ni-
ſi prius cetera vicia ſupentur extinguit.
Duplex nanq3 eſt oppugnatio gemino
armata vicio conſurgens ad prelium. et
idcirco ſimiliter ei gemīa eſt acie reſiſten-
dum. Siquidem vt morbus carnis aīeq3
cōcretū vires acq̄rit. ita niſi vtriſq3 pa-
riter dimicantibus nequit debellari. Nec
enim ſufficit ſolum corporale ieiunium
ad conquirendam vel poſſidendā ꝑfecte
caſtimonie puritatē. niſi ꝓceſſerit contri
tio ſpūs ⁊ oratio cōtra huncimmundiſ-
ſimum ſpūm ꝑſeuerans. dein continua-
ta meditatio ſcripturarum. huicq3 fuerit
ſcientia ſpiritalis adiuncta. labor etiam
opuſq3 manuum inſtabiles cordis ꝑua
gationes coercens ac reuocās. ⁊ an̄ om-
nia fundata fuerit humilitas vera. ſine
qua nullius penitus vicij poterit vnq3
triumphus acquiri.

### De principali correctione aduerſus ſpūm fornicationis Cap. ij.

PRincipaliter enim vicij huius
correctio de cordis perfectione
deſcendit. ex quo etiā hui⁹ mor
bi virus domini voce prodire ſignatur.
De corde inquit exeunt cogitatiōes ma
le. homicidia. adulteria. fornicatiōes. fur
ta. falſa teſtimonia ⁊c. Illud ergo eſt ꝓ-
mitus expiādum. vnde fons vite ⁊ mor-
tis manare cognoſcitur. dicente Salo-
mone. Omni cuſtodia ſerua cor tuum.
Ex his enim ſunt exitus vite. Caro enim
eius arbitrio atq3 imperio famulatur. ⁊
idcirco ſummo ſtudio parſimonia ieiu-
niorum ſectanda eſt. ne eſcarum abūdā-
tia refecta caro preceptis anime ſalutari
bus aduerſata. rectorem ſuum ſpiritum
deijciat inſoleſcens. Ceterum ſi omnem
ſummam in caſtigatione tantū corporis
collocemus. anima non ſimiliter a ceteris
vicijs ieiunāte. nec meditatione diuina
et ſpiritalibus ſtudijs occupata. neq̄q3
ad illud ſublimiſſimū vere integritatis fa
ſtigium poterimus aſcendere. illo quod
in nobis eſt principale. puritatem corꝑis
noſtri infeſtante. Oportet ergo nos mun
dare prius iuxta ſententiam domini. id
quod intus eſt calicis ⁊ parabſidis. vt fi
at ⁊ id quod deforis eſt mundum.

### Quantum ad ſupandum fornicatiōis vitium remedij cōferat continentie ſolitudo Cap. iij.

DEniq3 cetera vicia etiam vſu ho
minum ⁊ exercitio quotidiano
purgari ſolent. et quodammō
ipſius lapſus offenſione curari. vt puta
ire. triſticie. impatientie. languor. medi-
tatione cordis ac peruigili ſollicitudine.
fratrum etiam frequentia et aſſidua pro
uocatione ſanantur. Dumq3 commota
manifeſtantur ſepius et crebrius argu-
untur. quantocius perueniunt ad ſalu-
tem. Hic vero morbus. cum corporis

afflictione ⁊ contritione cordis. ſolitudine quoqꝫ ac remotione indiget. vt poſſit ad integrum ſanitatis ſtatum pernicioſa eſtu um febri depoſita peruenire. Sicut plerunqꝫ certa egritudine laborantibus vtile eſt· vt cibi noxij nec oculorum quidem ipſorum obtutibus offerantur· ne quod aſpectus occaſione deſiderium eis letale gignatur· ita plurimum confert ad depellendum hunc ſpecialiter morbū quies ac ſolitudo· vt mens egra minime diuerſis figuris interpellata ad puriorem perueniens contemplationis intuitum· facilius peſtiferum concupiſcentie fomitē radicitus poſſit ernere.

## Quid interſit inter caſtitatem ⁊ cõtinentiã. et an vtraqꝫ ſimul ſemper habeatur. Cap. iiij.

Nemo tamen ex hoc negare nos putet etiam in congregatione fratrū poſitos inueniri cõtinentes· quod perfacile fieri poſſe confitemur. Aliud enim eſt continētem eſſe· id eſt enkraten· aliud caſtum· ⁊ vt ita dicam in affectum integritatis vel incorruptiõis tranſire· quod dicitur acon. Que virtus illis ſolis tribuitur maxime qui virgines vel mente vel carne perdurant. vt vterqꝫ iohannes in nouo teſtamento· in veteri quoqꝫ helias hieremias daniel fuiſſe noſcūtur In quorum gradu hi quoqꝫ non immerito reputabūtur. qui poſt experimenta corruptionis ad ſimilem puritatis ſtatū per laborem longum ⁊ induſtriam integritate mentis ⁊ corporis peruenerunt· ⁊ aculeos carnis non tam impugnatione concupiſcētie turpis quam nature tantummodo motu ſentiunt· Quē ſtatum dicimus difficillime poſſe inter hominū turbas apprehendi. vtrum vero ⁊ hoc poſſibile ſit vnuſquiſqꝫ non nr̄a ſententia expectet agnoſcere. ſed conſcientie ſue rimetur examine. Ceterum continētes multos exiſtere nō dubitamus· qui impugnationē carnis. quā vel raro vel quotidie ſuſtinent· ſeu metu gehenne ſeu deſiderio regni celorū extinguūt atqꝫ compeſcūt. Quos ſeniores ſicut pronunciant poſſe non penitus incentiuis obrui vitiorum· ita ſecuros et inſauciatos ſemper exiſtere non poſſe definiunt. Neceſſe eſt enim vnumquemqꝫ in colluctatione poſitum· quamuis frequenter aduerſarium vincat ac ſuperet. ipſum tamen aliquando turbari

## Quod impugnatio fornicationis ſolo humano ſtudio nō poſſit euinci. Cap. v.

Qua propter ſi nobis cordi eſt· agonem ſpiritalem cum apoſtolo legitime decertare· hūc immundiſſimum ſpiritum ſuperare· omni mentis intentiõe. non noſtris viribus confidentes· hoc enim induſtria humana perficere nō preualet. ſed opitulatione domini feſtinemus· Tam diu namqꝫ hoc vicio animam neceſſe eſt impugnari· donec ſe bellū gerere ſupra vires ſuas agnoſcat· nec labore vel ſtudio proprio victoriam obtinere ſe poſſe· niſi domini fuerit auxilio ac protectione ſuffulta

## De peculiari gratia in munere caſtitatis. Cap. vi.

Et reuera cum in omnibus virtutum profectibus· ⁊ cunctorum expugnatione viciorum. domini ſit gratia atqꝫ victoria. in hoc precipue peculiare beneficium dei ac ſpeciale donum· ⁊ patrum ſententia ⁊ experimento purgationis ipſius manifeſtiſſime declaratur his· qui eam meruerint poſſidere. Quodammodo enim exire de carne eſt· in corpore cõmorantem· ⁊ vltra naturam eſt fragili carne circūdatū· carnis aculeos non ſentire. Et idcirco impoſſibile eſt hominem ſuis (vt ita dixerim) pennis ad tam precelſum celeſteqꝫ premium ſubuolare· niſi eum gratia domini de terre ceno munere eduxerit caſtitatis. Nulla etenim virtute tam proprie carnales homines ſpiritalibus angelis imitatione conuerſationis equantur· quam merito ⁊ gratia caſtitatis per quam adhuc in terra degentes habent ſecundum apoſtolum municipatum in celis· quod depoſita corruptela carnali habituros

ſanctos ꝑmittit in futurum. hic iam in carne fragili poſſidentes

**Exemplum de agone mundiali ſcd'm ſermonē apoſtoli. C. vij.**

MOyſes. Sicut non ſunt omnes iuuenes pari modo vel feruentes ſpiritu vel diſciplinis ac moribꝰ optimis inſtituti. ita nec ſenes quidem cuncti vno modo vel perfecti poſſunt vel probatiſſimi reperiri. Diuitie enī ſenum nō ſunt canicie capitis ſed induſtria iuuētutis ac preteritorum laborum ſtipendijs metiende. Que enim non congregaſti inquit in iuuentute· quomodo inuenies in ſenectute tua. Senectus enim venerabilis eſt nō diuturna neqꝫ numero annorꝝ computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis ⁊ ſenectus honorabilis vita īmaculata. Et idcirco non omnium ſeniorū quorū capita canicies tegit. quoſqꝫ vite longeuitas ſola commendat· nob ſūt imitanda veſtigia vel ſectanda ſeu traditiones ac monita ſuſcipienda. ſed eorum quos laudabiliter vitam ſuam ac probatiſſime comperimus in iuuentute ſignaſſe· nec preſumptionibus proprijs ſed maiorum traditionibus inſtitutos. Sunt enim nonnulli quorum etiā qđ eſt lugubrius maior pars ſine dubio reperitur· qui in tēpore ſuo quem ab adoleſcentia ſua ꝯceperūt atqꝫ ignauia ſeneſcentes auctoritatem ſibi non maturitate morum ſed annorum nūeroſitate conquirūt. De quibus exprobratio illa domini proprie ſatis dirigitur per prophetam. Et comederunt alieni robur eius ⁊ ipſe neſciuit· ſed et cani effuſi ſunt in eo· et ipſe ignorauit. Hos inquam in exemplum iunioribus· nō eorꝝ vite probitas nec vlla propoſiti huius laudabilis atqꝫ imitanda diſtrictio ſed annoſitas ſola prouexit. Quorum caniciē callidiſſimꝰ inimicus. ad deceptionem iuniorum in preiudicata auctoritate proponens· etiam illos qui ad viam perfectionis vł ſuis vel aliorum potuerunt monitis incitari· ſubuertere ac decipere exemplis eorum fraudulēta ſubtilitate feſtinat· vel in teporem ſcilicet noxium vel in letalē deſperationem eorum doctrinis inſtitutiſqꝫ perducens. Cuius rei volens proferre vobis exemplum auctoris nomine pretermiſſo· ne nos quoqꝫ illius qui patefacta ſibi fratris vicia publicauit ſile aliquid admittamus· rem tantū geſtā que inſtructionem neceſſariā vobis cōferat paucis exponam. Cum igitur ad ſenem quendam nobis optime cognitū quidam non ignauiſſimorum iuuenū profectus ſui et curationis gratia perrexiſſet· et carnalibus incentiuis ac fornicationis ſpiritu ſemetipſum inquietari ſimpliciter ꝑdidiſſet· conſolationem credens laboribus ſuis oratione ſenis et remedia conceptis vulneribus reperturū: ille amariſſimis eum verbis excipiēs· ita ſuis ecōtrario correptionibꝰ aſperauit· miſerabilem pronuncians et indignū nec monachi nomine ac religione cēſen-

duꝫ qui potuerit huiuſmodi vicio ⁊ cō
cupiſcentia titillari· ita ſuis econtrario
correptionibus vulnerauit· vt eum ſum
ma deſperatione deiectuꝫ meſtumqꝫ ad
modum ac letali triſticia penitus obru
ptum e ſua dimitteret cella. Cūqꝫ ei in
tali merore depreſſo· nec iam de remedio
paſſionis ſed de expletione concepte cō
cupiſcentie profunda cogitatiōe tractā
ti· abbas appollo protinus occurriſſet·
et vim laboris eius et oppugnationis ve
hementiam que in corde eius tacite vol
uebatur· de contemplatione vultus· et
intuitus ipſius deiectione cōiectās· cau
ſam tante perturbationis inquireret· at
qꝫ ille molliter ſe compellanti ſeni ne re
ſponſum quidem vllū poſſet referre· ma
gis ac magis eum ſentiens ſenex non in
aniter cauſam tante triſticie ſilentio vel
le contegere· q̄m nec vultu quidem diſſi
mulare quiuiſſet· intētius ab eo cauſas
occulti doloris cepit inquirere. Quibꝰ
ille conſtrictus pergere ſe ad vicum con
fitetur· vt quia ḃm ſententiam illius ſe
nis monachus eſſe non poſſet· nec refre
nare ſtimulos carnis et impugnationis
remedia conſequi preualeret· vxoreꝫ du
ceret· ac relicto monaſterio reuerteretur
ad ſeculum. Quem ſenex appollo blan
da conſolatione demulcens. ſeſeqꝫ aſſe
rens iſdem quotidie incentiuorū ſtimu
lis atqꝫ eſtibus agitari· et idcirco nō de
bere eum prorſus in deſperationem con
cidere· nec mirari ſuper impugnationis
ardore· qui non tam laboris ſtudio q̄ꝫ mi
ſericordia dn̄i et gratia vinceretur· vni
us tantum diei ſuper dilatiōe ruine diſ
poſite· ab eodem popoſcit inducias· ⁊ vt
reuerteretur ad ſuam cellulam depreca
tur· ad monaſterium predicti ſenis ilico
tota feſtinatione perrexit. Cum qꝫ eidꝫ
proximaſſet· expanſis manibus oratio
nem cum lachrymis fundens· conuerte

ait domine qui occultarū virium et in
firmitatis humane ſolus arbiter pius
ac ſecretus es medicus· impugnationē
illius iuuenis in ſenem iſtum vt ꝯdeſcē
dere infirmitatibus laborantium et cō
pati fragilitati iuniorum vel in ſenectu
te doceatur. Cum qꝫ ille hanc precem cū
gemitu concluſiſſet· cernit ethiopem te
trum contra illius cellulam ſtantem· at
qꝫ aduerſus eum ignita iacula dirigen
tem· Quibus cum fuiſſet ille protinus
ſauciatus· progreſſus e cella· ⁊ huc illuc
qꝫ velut amens et ebrius curſitaret· atqꝫ
egrediens ⁊ ingrediens iam continere ſe
in ea non poſſet· eadeꝫ via concitus per
gere cepit· qua meſtus iuuenis ille diſceſ
ſerat. Quem abbas appollo velut amē
tem factum ac quibuſdam furijs agita
ri conſpiciens· intellexit ignitum diabo
li telum quod viderat ab illo directum
in eius corde fuiſſe defixum· illamqꝫ in
eo confuſionem mentis ac perturbatio
nem ſenſuum intolerandis eſtibus ope
rari. accedenſqꝫ ad euꝫ quo inquit pro
peras· aut que naꝫ te cauſe ſenilis illius
atqꝫ ſolite grauitatis oblitum ita pueri
liter inquietāt ac mobiliter curſitare cō
pellunt. Cum qꝫ ille pro conſcientie ſue
reatu· ac turpi exagitatione confuſus·
crederet ardorem ſui pectoris deprehen
ſuꝫ· ac retectis ſeni ſui cordis archanis·
nullam reſponſionē percunctanti ſe red
dere prorſus auderet· reuertere īquit ad
cellaꝫ· tandēqꝫ te intellige vel ignoratū
hactenus a diabolo vel deſpectum· nec
in eorum numero reputatuꝫ· quibus il
le quotidie confligere et colluctari pro
fectibus eorum ac ſtudijs inſtigatur· q̄
vnum eius in te directū iaculuꝫ poſt tā
tam annorꝫ ſeriem quā in hac profeſſio
ne triuiſti· nō dicam reſpuere· ſed ne dif
ferre quidem vel vno die ac tolerare qui
uiſti· q̄ te ſauciari dominus idcirco per

miſit vt ſaltem in ſenecta diſceres compati infirmitatibus alienis· et fragilitati ꝯdeſcendere iuniorum· tuis exemplis atq; experientia doceretis· qui ſu ſcipiēs iuuenem infeſtatione diabolica laborantem· non modo nulla conſolatione fouiſti· ſed etiam pernicioſa deſperatione deiectum inimici manibus tradidiſti· quātum in te eſt· ab eodem lugubriter deuorandum· quem ſine dubio nequaq; attemptaſſet tā vehementi conflictu quo te nunc vſq; eſt appetere dedignatus· niſi forte profectui eius inuidens inimicꝰ illam virtutem quā animis eius ineſſe cernebat anticipare ac peruertere ſuis ignitis iaculis feſtinaſſet· proculdubio iudicans fortiorē cui tanta vehementia confligere operepreciū iudicauit. Diſce itaq; tuis exemplis laborantibus cōdolere· et periclitantes nequaq; pernicioſa deſperatione deterrere· nec duriſſimis ſermonibus aſperare· ſed potius leui blandaq; conſolatiōe refouere· ꝛ ſcḋm preceptū ſapientiſſimi Salomonis eruere eos qui ducuntur ad mortem· et redimere eos qui interficiuntur· noſtriq; ſaluatoris exemplo harundinem quaſſatam non conterere· et linum fumigās nō extinguere· illamq; a domino gratiā poſtulare· vt ipſe quoq; fiducialiter valeas opere ac veritate dicere· dominus dedit mihi linguam eruditam vt ſciam ſuſtentare eū qui lapſus eſt verbo. Nullus enim poſſet inſidias inimici ſufferre ſeu carnales eſtus naturali quodammodo igne flagrantes vel extinguere vel reprimere· niſi gratia dei vel iuuaret fragilitatem noſtram vel protegeret vel ſua miſericordia cōmuniret. Et idcirco ſalutaris huius diſpenſationis ratione finita· qua vel illum iuuenem pernicioſis eſtibus dominus liberare vel de impugnationis vehementia et compatiendi affectu te voluit erudire· cōmunibus cū precibus imploremus· quo flagellū iſtō quod vtilitatis gratia dominus inferre dignatus ē hactenꝰ iubeat tēperari· ipſe enim dolorem facit et rurſum medetur· percutit et manus eius ſanant· ipſe humiliat et exaltat· ipſe occidit ꝛ viuificat· deducit ad infernum ꝛ reducit· ꝛ ignita diaboli iacula que me arbitro tibi pmiſit infligi: redundante diuino ſpiritus ſui rore reſtinguat. Quā temptationē licet eadē celeritate qua inferri eā dominus paſſus eſt ad vnam ſenis orationē ſua pietate rurſus abſtulerit· hoc tamen euidenter experimento docuit non modo nō exprobrari patefacta cuiuſq; vicia debere ſed ne diſſimulare quidem laborantis dolorem ſeu leuiter preterire. Et idcirco nequaq; nos vnius ſenis ſiue paucorū vel imperitia vel leuitas ab illa ſalutari quā prediximꝰ via· et traditione maiorū deterreat ꝛ excludat· quorum canicie ad deceptionem iuniorum callidiſſimꝰ abutitur inimicus· ſed abſq; vllo confuſionis operimento omnia debent ſeniorib; reuelari· atq; ab eis vel remedia noſtris vulnerib; vel exempla cōuerſationis ac vite fiducialiter ſumi· in quibus parem opem et ſimilem experiemur effectum· ſi nihil penitus affectare noſtro iudicio ac preſumptione temptemus.

## De vocatione Samuelis. Cap· xiiij.

Denique in tantū placita deo hec ſententia comprobatur vt etiam ſcriptura ſancta hanc eandem inſtitutionem non ocioſe reperiamus inſertam· ita vt puerum Samuelem iudicio domini ꝑelectum· ſuā nollet per ſemetipſum diui-

ni colloquij diſciplina dominus erudire
ſed recurrere ſemel ⁊ iteruꝫ pateretur ad
ſenem· eumqꝫ quem ad ſuum vocabat
alloquium· etiam illius qui offenderat
deum duminodo ſenioris doctrina vel-
let inſtitui· et quē ſua vocatiōe diguiſſi-
mū iudicaret· ſeniorũ mallet īſtitutōe for-
mari· vt ſcꝫ et illiꝰ q̄ ad diuinū miſteriū
vocabatur probaretur humilitas. et iu-
nioribus forma ſubiectionis huius pro-
poneretur exemplo.

## De vocatione pauli apoſtoli. Cap̄. xv.

Paulum quoqꝫ per ſemet-
ipſum vocans et alloquens
chriſtus· cum poſſet ei perfe-
ctionis viam reſerare confe-
ſtim· nequaq̄ꝫ facit· ſed dirigit illum ad
Ananiam et ab eo iubet viam veritatis
agnoſcere dicens. Surge et ingredere
ciuitatē· et ibi tibi dicetur quid te opor-
teat facere. Mittit itaqꝫ et hunc ad ſeni-
orem· eūqꝫ illius potius doctrina q̄ꝫ ſua
cenſet inſtitui ne ſcilicet qd̄ recte geſtum
fuiſſet in paulo· poſteris malum preſum-
ptionis preberet exemplum· dum vnus
quiſqꝫ ſibimet pſuaderet· ſimili modo
ſe quoqꝫ debere dei ſolius magiſterio at-
qꝫ doctrina potius q̄ꝫ ſeniorum inſtitu-
tione formari· Quam preſumptionem
omnimodis deteſtandam etiā ipſe apo-
ſtolus non ſolum literis ſed etiam opere
atqꝫ exemplo docet· ob hoc ſolummodo
ſe aſſerens hieroſolimā ꝯſcēdiſſe· vt euā-
gelium quod comitante gratia ſpiritus
ſancti cum poteſtate ſignorum et prodi-
giorum· gentibus predicabat· cum ſuis
coapoſtolis et ātecеſſoribus priuata qd̄-
ammodo ac domeſtica examinatione
conferret· et contuli inquiens cum illis
euangelium quod predico inter gentes
ne forte in vacuum currerem aut cucur-
riſſem. Quis ergo tam preſumptor et ce-
cus ſit qui ſe audeat ſuo iudicio ac diſ-
cretioni committere· cuꝫ vas electionis
indiguiſſe coapoſtolorum ſuorum ſe col-
latione teſtetur. Unde maniſeſtiſſime
comprobatur: ne a domino quidem vi-
am perfectionis quempiam promereri·
qui habens vnde valeat erudiri· doctri-
nam ſeniorum· vel inſtituta contempſe-
rit· paruipēdēs illd̄ eloquiū quod opor-
tet diligentiſſime cuſtodiri. Interroga
patrem tuum et annunciabit tibi· ſenio-
res tuos et dicent tibi.



## De appetenda diſcretione.

### Cap.xvi.

Omni igitur conatu debet diſcretionis bonum virtute humilitatis acquiri· que nos illeſos ab vtraqꝫ poteſt nimietate ſeruare. Vetus nanqꝫ ſententia eſt.

id eſt· nimietates equales ſunt. Ad vnū enim finem nimietas ieiunij et voracitas peruenit· eodemqꝫ diſpendio vigiliarum immoderata continuatio monachum· quo ſomni grauiſſimi torpor inuoluit. Nam per exceſſum continentie debilitatum quemqꝫ ad illum ſtatū reuocari neceſſe eſt in quo negligens quiſqꝫ per incuriam detinetur. ita vt frequenter quos per caſtrimargiam decipi non potuiſſe cōſpeximus· per immoderationem ieiuniorum viderimus fuiſſe deceptos· atqꝫ ad eandem quā vicerant paſſionem infirmitatis occaſione fuiſſe collapſos· Vigilie quoqꝫ ⁊ pernoctatiōes irrationabiles deiecerunt· quos ſomnꝰ ſuperare non potuit. Qua propter ſḋm apoſtolum per arma iuſticie que a dextris ſunt ⁊ a ſiniſtris recto moderamine trāſeundum eſt· et ita inter vtraſqꝫ nimietates diſcretione moderāte gradiendū eſt· vt nec traditum continentie tramitē acquieſcamus excedere· nec rurſum remiſſione noxia in gule ventriſqꝫ deſideria concidamus.

### De immoderatis ieiunijs et vigilijs. Cap.xvij.

Et enim memini me frequenter ita appetitum cibi penitus reſpuiſſe vt duobus diebus ac tribus refectione dilata· ne memoria quidem vllius edulij meam interpellauerit mentē· et rurſus ab oculis meis ita ſomnum diaboli impugnatione ſubtractū vt plures noctes ac dies paululū quid ſomni meis oculis a domino precarer īfundi· grauiuſqꝫ me periclitatum ſomni cibiqꝫ faſtidio qꝫ ſoporis ⁊ caſtrimargie colluctatione perſenſi. Itaqꝫ ſicut feſtinandum nobis eſt ne appetitu corporee voluptatis in diſſolutionem noxiam delabamur· ⁊ ante preſtitutū tempus vel cibo nos indulgere vel modum eius ſinamus excedere· ita eſt eſce ſomniqꝫ refectio hora legittima etiam ſi horreat ingerenda. Vtrumqꝫ enim bellum aduerſarij factione conſurgit· et pernicioſius cōtinentia immoderata qꝫ ſaturitas remiſſa ſupplantat. Ab hac namqꝫ ad menſuram diſtrictionis intercedente compūctione ſalubri conſcēdi poteſt· ab illa nō poteſt.

### Interrogatio de cōtinentia vel refectionis menſura. Cap.xviij.

Germanus. Quis igitˀ eſt continentie modus quē eq̄ moderamine retinentes inter vtramqꝫ nimietatem illeſi tranſire poſſimus.

### De optīo cibi quotidiani modo. Cap.xix.

Moyſes. Super hac re inter maiores noſtros frequenter noui nos habitum fuiſſe ſermonem atqꝫ magnope tractatum. Nā diſcutientes continentias diuerſorum qui vel ſolis leguminibus vel oleribꝰ tā tū vel pomis vitā iugitˀ exigebāt· p̄ponere cunctis illis refectionē ſicci panis cuius equiſſimum modum in duobus paximacijs ſtatuerūt· quos paruulos panes vix libre vnius pondus habere certiſſimū eſt.

**Obiectio de facilitate cõtinẽtie que duobus parimacijs ſuſtinetur. Cap̄.xx.**

Germanus. Qđ nos gratanter amplexi: reſpondim⁹ hunc modum nos minime pro cõtinentia reputare. q̄ ꝑ ꝓ qui integrum eum nequaq̄ꝫ poſſem⁹ inſumere.

**Reſponſio de virtute et menſura ex parte continentie. Cap̄.xxi.**

Moyſes. Si vultis experiri vim ſtatuti huius: modum iſtũ iugiter retinete. adiectionem nullam die dominico vel ſabbato indulgentes. neqꝫ interduꝫ quoddam coctionis pulmentũ ſub aliqua aduenientium fratrum occaſione ſumentes. quibus refecta caro non ſolũ minore quantitate diebus reſiduis poterit ſuſtentari: verumetiam totam refectioneꝫ ſine labore differre. illorum ſcilicet ciborum quos extrinſecus ſumpſerit adiectione ſuffulta. Quod nullomodo facere nec refectionem panis differre in diem poſterum preualebit. quiſqꝫ fuerit ſemper predicte menſure quantitate contentus. Eteniꝫ memini ſeniores noſtros qđ nos quoqꝫ retineo frequenter fuiſſe perpeſſos: cuꝫ tanto labore ac difficultate hanc parſimoniam ſuſtentaſſe. tanta qꝫ vi atqꝫ inedia predictã cuſtodiſſe mẽſuram: vt inuiti quodammodo nec ſine gemitu atqꝫ triſticia hunc finem ſibi refectionis imponerẽt.

**Qui nam generalis continentie ac refectionis modus ſit. Cap̄.xxij.**

Generalis tamen hic continentie modus eſt vt ſꝫm capacitatem virium vel corporis vel etatis tantuꝫ ſibimet cibi vnuſquiſqꝫ concedat: quantum ſuſtentatio carnis non quantum deſiderium ſaturitatis expoſcit. In vtraqꝫ eniꝫ parte ſuſtinebit maximũ detrimentum: quiſquis inequalitatem tenens nũc ventrem ieiuniorũ ariditate conſtringit nũc eſcarũ nimietate diſtendit. Ut eni mẽs cibi inanitate laſſata perdit orationum vigorem: dum carnis laſſitudine nimia pregrauata condormitare compellitur. ita rurſuꝫ nimietate voracitatis oppreſſa emittere ſuas preces ad deum puras leueſqꝫ non poterit. Sed nec caſtimonie quidem ipſius puritateꝫ indirupta valebit iugitate ſeruare. dum ei etiam diebus illis quibus carnem acriore videt᷑ continentia caſtigare. preterita cibi materia quãuis ad preſens defecto ſit corpore ignem carnalis concupiſcentię ſubminiſtrat.

**Quemadmodum abundantie humorum genitalium caſtigentur. Cap̄.xxiij.**

Nam quod ſemel per eſcaruꝫ abundantiam concretuꝫ fuerit in medullis: neceſſe ẽ egeri atqꝫ ab ipſa nature lege ꝓpelli. que exuberantiam cuiuſlibet hũoris ſuperflui velut noxiam ſibi atqꝫ contrariam in ſemetipſa reſidere nõ patitur. Ideoqꝫ rationabilis ſemper et equalis impẽdenda eſt caſtigatio: vt ſi naturali hac neceſſitate cõmorantes in carne omnimodis carere non poſſumus: ſalteꝫ rarius nos et non amplius q̄ꝫ trina vice reſperſos iſto deliquio totius anni curſus inueniat. Quod tamẽ ſine vllo pruritu quietus egerat ſopor. nõ fallax imago index occl'te voluptatꝭ eliceat. Quãobrẽ hẽ eſt tẽpata quã diximus cõtinẽtie eq̄litas atꝫ m̄ſurata q̄ patrũ q̄ꝫ iudicio cõprobat᷑: vt q̄tidianã panis refectionẽ q̄tidiana comitet᷑ eſuries. ĩ vno eodẽqꝫ ſtatu aĩam ꝑiter corpuſqꝫ ꝯſuãs. nec ieiunij fatigatiõe ꝯcidere. nec ḡuari mẽteꝫ ſaturitate ꝑmittens. Tanta nãqꝫ frugalitate finitur vt interdũ ſe poſt veſperaꝫ nec ſentiat aut meminerit refeciſſe.

**De labore equalis refectiõis et de fratris beniamin edacitate. Cap̄.xxiiij.**

*exēplū de viro uocato benyamin*

Et in tantū hō nō ſine labore perficitur · vt malint hi q̄ perfectione diſcretionis ignorāt · etiā biduo ꝓtelare ieiunia · id qȝ qđ hodie ſumpturi fuerāt ī craſtinū reſuare · dūmodo ad refectionē ꝑuenietes deſiderata ſaciete potiāt. Qđ nuꝑ benyamin ciuē vr̄m ꝑtinaciter tenuiſſe ꝯgnoſcitꝭ · q̄ ne q̄tidie paximacia duo percipiens equali caſtigatione continuatam parcitatem iugit̄ retentaret · maluit biduana ieiunia ſemper continuare · dūmodo ad refectionem veniens duplicata menſura repleret vētris ingluuiem. Nam id qđ biduo fuerat percepturus differēs · vno die abſolutionem ieiunij poſt biduū pariter inſumebat · vt quattuor paximacia comedens deſiderata ſaturitate gauderet · et expletionē ventris ſui biduano ieiunio quodāmodo compararet. Qui obſtinatione ꝛ pertinacia mentis ſue diffinitionibus potius ꝓprijs q̄m ſeniorū traditionibus acquieſcens · quali fine ſuum ꝓpoſitum terminaret · procul dubio meminiſtis. Siquidem relicta heremo · rurſus ad inanem philoſophiā mundi huius ac vanitatē ſeculi deuolutus · predictā ſententiam ſeniorum ſui caſus ſignet exemplo · ruinaqȝ ſua cūctos doceat · neminem ſuis moribus deditū · vł proprio iudicio confidentē · ꝑfectionis culmen aliquando poſſe conſcendere · ſed nec diaboli quidē ꝑnicioſas illuſiōes euadere.

*nemo ſuo iudicio nō fidat*

## Interrogatio quō vna ſemper eademqȝ menſura ſeruetur.

### Cap. xxv.

Germanus. Quomodo igit̄ a nobis hic modus indiuiſe valebit cuſtodiri. Nam nōnūqȝ hora nona ſoluta iam ſtatione ieiunij ſuperuenientibus fratribus neceſſe ē eorū obtentu · aut adijci aliquid ad ſtatutā ſolitamqȝ menſurā · aut certe humanitatem q̄m iubemur omnibus exhibere penitus abdicari.

## Reſponſio de nō excedendo refectionis modo. c. xxvi.

Moyſes. Utraqȝ vno modo ac ſollicitudine pari conuenit obſeruari. Nam et menſuram cibi cauſa continentie ac puritatis cū omni ſcrupulo cuſtodire debemus · ꝛ humanitatem atqȝ adhortationē aduenientibus fratribus charitatis obtentu ſimiliter exhibere · quia ſatis abſurdum ē vt fratri imo chriſto menſam offerēs nō cum eo cibum pariter ſumas · aut ab ei⁹ refectione te facias alienū. Itaqȝ in neutra parte reprehenſibiles inueniemur · ſi hec a nobis conſuetudo teneatur · vt hora nona de duobus paximacijs que nobis canonica mēſura iure debent̄ · vno paximacio prelibato · alium huius expectationis gratia in veſperam reſeruem⁹ · quē ſi ſuperuenerit quiſpiam fratrū cū ipſo pariter inſumamus · nihil conſuetudini ſolite amplius adiūgentes · et hac diſpēſatiōe neq̄qȝ fratris nos ꝯtriſtabit aduentus qui nobis debet eſſe gratulabilis. Siquidem ita humanitatis exhibemus obſequelam · vt nihil a rigore continentie relaxemus. Si vero nullus aduenerit hunc quoqȝ velut de canonico modo debitum nobis libere preſumemus · qua parcitate nec ſtomach⁹ veſpere poterit aggrauari · quippe hora nona vno paximacio iam premiſſo · qđ plerūqȝ his qui diſtrictiorem abſtinentiā ſe tenere credentes · totam refectionem ad veſperam differunt · euenire conſueuit. Nam recens eſce perceptio tam in veſꝑtinis q̄ in nocturnis orationibus tenuem leuemqȝ ſenſum non ſinit inueniri. Ideoqȝ cōmodum ſatis ꝛ vtile hora nona refectionis tempus indultū eſt. in q̊ rficiēs mōach⁹ nō ſolū ī noct̄nis vigilijs leuis ac vacu⁹ reꝑetiā ī ipſis veſꝑtinis ſolēnitatib⁹ digeſto iā cibo īuenit̄ aptiſſim⁹. Talibus nos beat⁹ moyſes verbis erudiens hoc nobis precipuū gemina inſtitutione ꝯtulit · vt nō ſolū diſcretionis virtutem et gratiā ſed ipſius quoqȝ abrenunciationis rationē quā penit⁹ ignorantes feruore tantūmodo ſpiritus nr̄i

ac cęlo dei arripuiſſe videbantur incipientes agnoſcere. deinceps intelligerem⁹ quantū a puritate cordis et directionis linea fuiſſemus in id temporis euacuati abſqꝫ vlla dumtaxat deſtinatione vł ſine tendentes. et quid pncipaliter tenere nos opteret. q̇d ve cauere ſimiliter ecōtrario deberem⁹ omnimodis ignorātes illamqꝫ pre omnibus definitionē ſenis veriſſimā ꝫ cōprobauimus. nulli⁹ artis ſeu diſciplinę periciam poſſe ſine deſtinatiōis ratione ſubſiſtere. nec ſine contemplatione certi finis attingi.

**Explicit collatio ſecūda Abbatis moyſi de diſcretione. Incipiūt capitula collationis abbatis pafuntij de tribus abrenūciationibus. Cap. i.**


De conuerſatione ac vita abbatis pafuntij.
ij De ſermone eiuſdē ſenis ac reſponſione nr̄a.
iij Propoſitio abbatis pafuntij đ tribus vocationū generibus et de tribus renūciationibus.
iiij Expoſitio triū vocationū.
v Qr et deſidioſo vocatio prīa non proſit ꝛ ſtrenuo poſtrema non obſit.
vi Expoſitio trium renūciationū.
vij Quēadmodum ſingularum renunciationum ſit apprehendēda perfectio.
viij De proprijs diuitijs in quibus cōſtat animę pulchritudo vel feditas.
ix De tripartito genere diuitiarum
x Non poſſe quenquā primo tantum renunciationis gradu eē perfectum.
xi Interrogatio de libero arbitrio hominis ꝛ gratia dei.
xij Reſponſio de diſpenſatione diuine gratię manente arbitrij libertate.
xiij Qđ directio vie noſtre ex deo ſit
xiiij Qđ ſcia legis magiſterio ꝛ illūinatione dn̄i conferatur.
xv Qđ intellectus quo mādata dei poſſimus agnoſcere ꝛ bone voluntatis effect⁹ a dn̄o ꝯdonet.
xvi Qđ ipā fides a dn̄o concedatur.
xvij Qđ moderatio et tolerātia temptationum nobis a domino tribuantur.
xviij Qđ perpetuitas timoris dn̄i nobis a dn̄o conferat.
xix Qđ initiū volūtatis bone ꝛ conſummatio eius a dn̄o ſit
xx Qđ nihil in hoc mūdo ſine deo geratur.
xxi Obiectio ſuper liberi arbitrij poteſtate.
xxij Reſpōſio ꝙ liberū arbitriū nr̄m adiutorio dn̄i ſp indigeat.


**Expliciunt capitula. Incipit collatio Abbatis pafūtij de tribus abrenūciationibus. ca. i.**

IN illo choro ſanctorū qui velut aſtra puriſſima in nocte mundi iſtius reſulgebant. vidimus ſanctū pafuntiū vice luminaris magni claritate ſciē choruſcantē. Hic nanqꝫ preſbiter congregationis noſtre. id eſt illius que ī heremo ſchyti morabatur fuit. in q̄ ita vſqꝫ ad extremā durauit etatē vt nūqꝫ e cella quā iunior ceperat habitare. q̄qꝫ ab eccleſia milibus qnqꝫ diſtabat. ſaltē ad viciniora migrauerit. nec feſſus ānis tanti itineris ſpacio. die ſabbati vel dn̄ico venturus ad eccleſiā vexaret. ſed nec vacuus q̇dem reuerti exinde contentus vas aq̄ quā p totā erat ebdomadā ſumpturus ceruicib⁹ ſuis onerans reportabat ad cellam. Cunqꝫ nonagenariam exceſſiſſet etatem. nunqꝫ paſſus eſt eam iuniorum ſibi labore deferri. Hic itaqꝫ ab adoleſcētia ſua ſcole cenobij tanto ardore ſe tradidit vt in ea paruo tem-

poꝛe commoꝛatus tam ſubiectionis bo-
no q̃ vniuerſaꝝ virtutum ſcientia pit' ditaret.
Humilitatis nanq̃ ꝛ obedientie diſcipli
na omnes ſuas moꝛtificans volūtates
et per hāc extinctis vniuerſis vicijs cun
ctiſq̃ virtutibus ꝯſummatis quas monaſterioꝝ inſtituta vel antiquiſſimoꝛuꝫ
patrū doctrina fundauit ſublimioꝛis ꝑ
fectus ardoꝛe ſuccenſus heremi feſtina-
uit ſecreta penetrare vt domino cui int'
fratrum turbas poſitus ſitiebat inſepa
rabiliter inherere nullo deinceps ab ei9
cōtemplatione hūano conſoꝛtio vel ima
gine ſe retrahente facilius vniret'. Ubi
rurſum tanto feruoꝛe etiā ipſoꝝ anacho-
retarū virtutes ſuperās deſiderio ꝛ intē
tione iugis ac diuine illius theoꝛie euit
ctoꝛū deuitabat aſpectus vaſtioꝛa ꝛ in
acceſſibilia ſolitudinis penetrans loca
multo q̃ in eis tpe deliteſcens vt ab ip-
ſis quoq̃ anachoꝛetis difficulter ac ra-
riſſime deprehenſus angeloꝝ q̄tidiano
conſoꝛtio delectari ac perfrui crederetur
atq̃ ei merito virtutis huius ab ipis in
ditū fuerit bubali cognomentū.

De ſermone eiuſdem ſenis, ac reſponſione noſtra. Ca. ij.

Cuius igitur magiſterio inſtitui
cupiētes cogitationū etiam ſti-
mulis agitati ad cellam ei9 iaꝫ
die adueſperaſcēte peruenim9. Qui ha
bito aliquātiſper ſilentio cū ꝓpoſitū no
ſtrū predicare cepiſſet qḋ ſcꝫ patriā reli-
quētes tot ꝓuincijs ꝑ amoꝛe dn̄i perlu-
ſtratis egeſtateꝫ ac vaſtitatē heremi tole
rare ꝛ imitari rigoꝛē cōuerſationis illoꝝ
tantope niterem̄ quē vix ipi qui ī eadē
neceſſitate atq̃ inopia nati educatiq̃
ſunt ſuſtinerēt reſpondimus nos ob id
ad eius doctrinā ac magiſteriū tetēdiſſe
vt imbui aliquatenus doctrina tāti vi-
ri poſſimus quā innumeris documentis
ineſſe eidem ſenſeramus nō vt illi9 que
tamen in nobis non eſſent laudib9 gra-
uaremur aut in elatione animi q̄ in no-
ſtris quoq̃ cellulis nōnunq̃ ſuggeſtio
ne titillabamur inimici ipius quoq̃ ſer
monibus inflaremur. Quāobrem illa
nobis potius precabamur infundi qui
bus cōpungi vel hūiliari nō quib9 nob
metipis blandiri extolliq̃ poſſimus.

Ꝓpoſitio abbatis paſuntij d̄ tribus vocationū generibus et de tribus abrenūciatioibus Cap. iij.

Paſuntius. Tres īquit voca
tionū ſunt oꝛdines tres quoq̃
renunciationes monacho in q̄
cunq̃ vocationis oꝛdine conſtituto ne
ceſſarias nouerimus. Et primā quideꝫ
cauſam quā tres eſſe vocationū oꝛdīes
diximus opoꝛtet nos diligenter inquire
re vt cū agnouerimus nos ad dei cultū
primo gradu vocationis aſcitos ſm ei9
ſublimitatem conuerſationis q̄ꝫ noſtre
congruentiam temperemus. Nihil eniꝫ
ꝓderit ſublimiter inchoaſſe ſi ſimilē ꝓn
cipijs nō exhibuerimus et finē. Q2 ſi eti
am vltimo oꝛdine nos a ꝯuerſatione ſe
culi extractos fuiſſe cognoſcimus quan
to min9 probabili ad religionē ꝓncipio
videmur inniti tanto actrius noſmetip
ſos ad melioꝛē finem ſpiritali feruoꝛe in
citare curemus. Secūdam q̄q̃ cauſam
triū abrenūtiatōis omīmodis noſſe nos
cōuenit quia nullo modo perfectionem
poterimus attigere ſi eam vel ignoꝛaue
rimus vel ſcientes nō ꝯtenderimus ope
re conſūmare.

Expoſitio triū vocationū. iiij.

Et igitur tres hi vocationum
modi ſpeciali diſtinctione pan
dantur. Primus ex deo eſt ſe
cundus per hominē tertius ex neceſſita
te. Ex deo quidem eſt quotiens inſpira-
tio quedam immiſſa in coꝛ noſtrū nōnū
q̃ etiā doꝛmientes nos ad deſideriū eter
ne vite ac ſalutis exuſcitat deumq̃ ſe-
q̄ ꝛ ei9 inherere ꝓceptis cōpunctione ſa
luberrima coboꝛtatur vt ī ſcripturis ſan
tis abrahā voce dn̄ica de genitali ſolo
ꝛ toti9 ꝯgnatiōis ſue affectib9 ꝑriſq̃ do
mo legim9 euocatū dicēte dn̄o Exi d̄ t̄ra
tua ꝛ d̄ ꝯgnatiōe tua ꝛ d̄ domo pr̄is tui

# De tribus abrenunciationibus

Quo etiam modo beatū Antoniū acci
tū eſſe cognouimus· qui occaſionē ſue
cōuerſionis a ſola diuinitate percepit·
Ingreſſus nāq; eccliā ibiq; audiēs in
euāgelio dñm ꝑdicātē q̄ nō odit prē ⁊ ma
trē ⁊ filios ⁊ vxorē ⁊ agros· inſup ⁊ ani
mā ſuā nō pt meꝰ eſſe diſcipulꝰ· et ſi vis
ꝑfectꝰ eē vade ⁊ vēde q̄ habes· ⁊ da pau
pib⁊ ⁊ hēb theſauꝝ ī celo ⁊ veī ſeq̄re me·
Preceptū hoc dñi velut ſpecialiter ad
ſe directū cum ſumma cordis compun
ctione ſuſcepit· confeſtimq; renuncians
cunctis ſecutus eſt chriſtum· nulla exhor
tatione neq; doctrina hominum prouo
catus. Secundus vocationis modus
eſt quē fieri per hominē diximus· cū vl
exemplis quorundam ſanctorū vel mo
nitis inſtigati ad deſideriū ſalutis accē
dimur. Quo nos q̄q; gratia domini re
tinemus aſcitos· qui predicti viri moni
tis ac virtutib⁊ incitati huic nos ſtudio
profeſſioniq; tradidimus· quo ordine
etiā in ſcripturis ſanctis per moyſen fili
os iſrael de afflictione egipti legimus li
beratos. Tertius vero vocatiōis modꝰ
eſt qui ex neceſſitate deſcendit· cū nos di
uitijs mūdi huius vel voluptatibus ob
ligati· ingruētibus repente temptationi
bus que vel mortis pericula cōminātur
vel amiſſione bonoꝝ ac ꝓſcriptione ꝑ
cutiūt vel caroꝝ morte cōpungunt· ad
dñm quē ſequi in rerū ꝓſperitate ɔtem
pſimus ſaltem inuiti ꝓꝑerare cōpellimꝰ.
Cuius vocationis neceſſitatē in ſcriptu
ris quoq; ſepiſſime reperimus· cū filios
iſrael ob merita peccatoꝝ ſuoꝝ legimꝰ
a domino traditos hoſtibus ſuis· ob q̄ꝝ
dñationem crudelitatēq; ſeuiſſimā rur
ſus conuerſos ad dñm ꝓclamaſſe ⁊ mi
ſit eis inquit dominus ſaluatorē aoth
filiū gera· filium gemini· qui vtraq; ma
nu vtebatur ꝓ dextera. Et rurſum Cla
mauerunt inquit ad dominū qui ſuſci
tauit eis ſaluatorē· et liberauit eos otho
niel filiū cheneç fratrē caleph iuniorē. Et
de talibus in pſalmo dicitur. Cum occi
deret eos tūc querebāt eum et reuertebā
tur et diluculo veniebant ad eū· et recor
dati ſunt quia deus adiutor eorum eſt·
et deus excelſus redemptor eoꝝ ē. Rur
ſum q;. Et clamauerūt ad dñm cum tri
bularētur ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ libera
uit eos.

## Q𝔡 ⁊ deſidioſo vocatio p̄ria ñ ꝓſit et ſtrenuo poſtrema ñ obſit Cap. v.

Ex his itaq; tribus modis licet
priores duo melioribus inniti
ꝑncipijs videātur· nonnūq; ta
men inuenimus etiam de tertio gradu
qui infimus videtur ac tepidus perfe
ctos viros ac ſpiritu feruentiſſimos ex
titiſſe illiſq; conſimiles qui optimo ꝑn
cipio aggreſſi domini famulatū reliq̄m
quoq; vitam laudabili feruore ſpiritus
exegerunt· et iterum de illo ſuperiori gra
du plurimos tabefactos ad vituperabi
lem finem ſepiſſime recidiſſe ac perinde
ſicut illis nihil obfuit ꝙ non ſuo viderē
tur arbitrio ſed neceſſitatis compulſiōe
conuerſi· quippe quibus hāc ipām occa
ſionem qua compungerētur domini be
nignitas procurauit· ita etiam iſtis om
nino nihil profuit ſubliniora conuerſi
onis habuiſſe principia· quia nō ſtudu
erunt reliquā vitam fine congruo termi
nare. Nec enī abbati moyſi qui habita
uit in loco iſtius heremi cui calamꝰ nū
cupatio eſt· quicq; defuit ad perfecte be
atitudinis meritum· ꝙ metu mortis q̄
ei ꝓpter homicidij crimē intentabatur ī
pulſꝰ ad monaſteriū decucurrit· quā ita
neceſſitate ɔuerſionis arripuit vt eam ī
volūtatē ꝓmpta animi virtute conuer
tens ad perfectionis faſtigia ſumma per
uenerit· ſicut etiā e contrario plurimis
quos nominatim memorare nō debeō
nihil profuit domini ſeruitutē meliore
arripuiſſe principio· qui deinceps cordis
ignauia ac duricia ſubſequente qua ſe
nioꝝ traditiōib⁊ acq̄eſcere noluerūt· in te
porē noxiū ac in ꝓfundū mortis baratꝝ
conciderunt. Quam rem in apl'oꝝ q̄ꝝ
vocatione videmus euidēter expreſſā.

# Collatio tertia Abbatis paſuntij

Quid enī ꝓfuit inde apl'at⁹ ſublimiſſi
mū gradum eodem ordine quo petr⁹ ce
teriq̄ʒ apoſtoli aſciti ſunt voluntarie ſu
ſcepiſſe·qui vocationis ſue preclara ꝑn
cipia cupiditatꝭ ac filargirie peſtifero fi-
ne conſūmās· vſqʒ ad traditionē domi
ni crudeliſſim⁹ parricida ꝓrupit. Aut
quid obfuit paulo ꝯrepēte cecatus ad
viā ſalutis velut inuitus videtur attra
ctus·qui poſtea dn̄m tota animi deuoti
one ſectatus·initium neceſſitatis volun
tate cōſūmans·glorioſam tantis virtu
tibus vitā inmutabili fine concluſit. To
tū ergo in fine conſiſtit in quo p̄t quis et
optime cōuerſionis initijs dedicat⁹ in-
ferior per negligētiā reperiri·et neceſſita
te attractus ad nomē monachi profiten
dum effici per timorem dei diligentiāq̄ʒ
perfectus. (Cap.vi.

## Expoſitio triū abrenūciationū

Nunc de abrenūciationib⁹ diſſe
rendum eſt quas tres eſſe et pa
trum traditio et ſcripturarum
ſanctaruʒ demōſtrat autoritas·quaſq̄ʒ
vnūquēq̄ʒ noſtrū omni ſtudio optet im
plere. Prima eſt qua corporaliter vniu̅-
ſas diuitias mundi facultateſq̄ʒ cōtēni-
mus·ſecūda q̄ mores ac vicia affectuſq̄ʒ
priſtinos animi carniſq̄ʒ reſpuimus· ter
tia qua mentē noſtrā de preſentib⁹ vniu̅
ſis ac viſibilibus euocātes· futura tan-
tūmodo ꝯtemplamur·et ea que ſunt in-
uiſibilia concupiſcimus. Que tria vt ſi
mul perficiātur·ad abrahaʒ legimus a
domino fuiſſe precepta cum dicit ad eū·
Exi de terra tua·et de cognatione tua· et
de domo patris tui. Primum dixit de
terra tua·id eſt de facultatibus mundi
huius·opibuſq̄ʒ terrenis·ſecūdo de co-
gnatione tua·id eſt de cōuerſatiōe et mo
ribus vicijſq̄ʒ prioribus q̄ nob a noſtra
natiuitate coherētia velut affinitate q̄daʒ
et conſanguinitate videntur eſſe cogna
ta·tertio de domo patris tui·id eſt omni
memoria mundi huius que oculorū oc-
currit obtutibus. De duobus etiā patri
bus·id eſt ſiue de illo quē deſerere ſiue d
eo quē debemus expetere. ita per Dauid
ex perſona dei cātur. Audi filia et vide·
et inclina aurē tuā et obliuiſcere populū
tuū et domuʒ patris tui. Nam qui dicit
audi filia pater vtiq̄ʒ eſt·et illum cui⁹ do
mū vel populum monet obliuioni dari
patrem nihilominus ſue filie fuiſſe te-
ſtatur· Qz ita fit cū mortificati cum chri-
ſto ab elementis huius mundi ꝯtempla
mur ſm apoſtolum. Jam nō ea que vi-
dentur·ſed que nō vidētur·que eniʒ vi-
dentur temporalia ſunt·que aūt non vi-
dentur eterna. Et exeuntes corde de hac
tꝑali ac viſibili domo in illā domū in q̄
iugiter erimus permanſuri·noſtros ocu
los mentemq̄ʒ dirigamus. Qđ tunc im
plebimus·cū in carne ambulantes non
ſm carnē militare dn̄o ceperimus·illam
beati apoſtoli ſententiā opere ac virtute
nos quoq̄ʒ clamātes·noſter autē mūici-
patus in celis eſt. His tribus abrenun
ciationib⁹ ꝓprie tres libri ſalomonis ap
tantur. Nam prouerbia prime abrenū-
ciationi cōueniunt·quibus mores emē-
dantur incipientiū·aut terrena vicia re
ſecātur. Secūde abrenūciatiōi eccleſia-
ſtes· vbi vniuerſa que aguntur ſub ſole
vanitas pronunciātur· Tertie canticū
cāticorū ·in q̄ mēs viſibilia cūcta trāſcē
dens verbo iam dei et celeſtiū rerū contē
plationi coniūgitur.

## Queadmodū ſingularū renū-ciationū ſit apprehendēda perfectio. Cap.vij.

Quapropter nō multuʒ ꝓderit
primā nos abrenūciationē ar-
dore fidei ſuſcepiſſe·ſi ſecundā
nō eodem feruore ac ſtudio feſtinaueri-
mus implere. Et ita cum etiam hāc fue
rimus indepti·ad illam quoq̄ʒ tertiā ꝑ-
uenire poterimus q̄ de domo prioris no-
ſtri parentis egreſſi·quē ab exordio nati
uitatis noſtre ſm veterem hominē ac pri
ſtinā conuerſationē quādo eramus na
tura filij ire ſicut et ceteri·patrem nobis
fuiſſe meminimus·omnē mētis intuitū
ad celeſtia deflectem⁹. De quo etiaʒ pa-

tre ad hierusalem que verum patrem deum contempserat dicitur. pater tuus amorre' ⁊ mater tua cethea. Et in euā-gelio. Uos ex patre diabolo estis et de-sideria patris vestri vultis facere. Quez cū dimiserimus de visibilibus ad inuisi bilia transmigrantes. cū apostolo dice re poterimus. Scim' autē qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dis-soluatur. ꝙ habitationem habeamus a deo. domū non manufactā eternam in celis. Et illud qd' pauloante cōmemora uimus. Nostra aūt cōuersatio in celis ē Unde et saluatorē expectamus dn̄m ie-sum christū. qui reformabit corpus hūi litatis nostre conforme corpori claritatis sue. Et illud beati Dauid. q2 īcola ego sum in terra et peregrinus. sicut oēs pa-tres mei. vt s'm dn̄i vocē tales efficiamur quales illi de quibus hec dn̄s ad patrez in euangelio loquebatur. De mūdo hoc nō sunt. sicut ⁊ ego nō sum de hoc mun do. Et rursum ad ipos apostolos. Si d' hoc mūdo essetis: mūdus qd' suū est vti-q̄ diligeret. sed quia de hoc mūdo non estis sed ego elegi vos de hoc mundo. p-pterea odit vos mūdus. Huius ergo re nūciationis tercie verā perfectionē tūc merebimur obtinere. quādo mēs nostra nullo carnee pinguedinis hebetata con tagio. sed peritissimis elimationibus ex polita ab omni affectu et qualitate terre na per indesinentē diuinorum meditati-onem. spiritalesq̄ theorias. ad illa que ī uisibilia sunt eousq̄ transierit. vt circū-datā se fragilitate carnis ac situ corpis supnis et īcorpeis intenta non sentiat. atq̄ in huiusmodi rapiatur excessus vt nō solū nullas voces auditu corpali re-cipiat. nec intuendis pretereuntiū homi nū imaginibus occupetur. sed nec astan-tes quidem arborū moles. et ingētes ma terias subiectas oculis carnis aspiciat. Cuius rei fidem atq̄ virtutē nemo nisi is capiet solus qui hec que dicūtur expe rientia magistra percepit. cuius videlicet ita dn̄s oculos cordis de vniuersis pre-sentibus auocarit vt ea nō tanq̄ transi tura sed iā quasi nō existentia reputans ⁊ velut inanē fumū in nihilū resoluta cō spiciat. ambulansq̄ vt enoch ⁊ ipse cū deo. ac de hūana conuersatiōe moribusq̄ trāslatus. nullatenus possit a quoq̄ in vanitate presentiū reperiri. Qd' in illo etiā corporaliter factum. lectio geneseos ita cōmemorat. Ambulauitq̄ enoch cū deo et nō inueniebatur. q2 transtulit eū deus. Apostolus quoq̄ ita cōmemorat Fide enoch translatus ē vt nō videret mortē. et nō inueniebat' quia transtulit illum deus. De qua morte dn̄s in euan-gelio. Qui viuit inquit ⁊ credit in me nō morietur in eternū. Quapropter festina re debemus si perfectionē verā desidera-mus attingere vt quēadmodū corpe pa-rentes patriā diuitias mundi. volunta tesq̄ despexim'. ita etiā corde hec oīa relinquētes nulla rursus ad ea q̄ dimisim' cōcupiscentia reuertamur. ne sicut de il-lis scriptura cōmemorat. q̄ educti p mo-ysen cū minime redisse corpore videātur corde tamē reuersi dicūtur ī egyptū. re-licto scz. deo. qui eos eduxerat cū tanta virtute signorum. idola egipti que cōtem pserāt venerantes. sic scriptura cōmēo rat. Et reuersi sunt cordibus suis in egy ptū. dicētes ad aaron. Fac nobis deos qui precedant nos. cum illis etiam pari ter condemnemur. qui in heremo cōmo rantes. post escā manne celestis deside-rauerūt viciorū fetidos. ac sordide vilitatis cibos. nosq̄ cum eis similiter pclamare videamur. Bene nobis erat in egypto. vbi sedebamus super ollas carniū et co medebamus cepas ⁊ allia. et cucumeres et pepones. Que figura licet in illo pre-cesserit ppl'o. tamē nūc quoq̄ eam quoti-die in nostro ordine ac professione vide-mus impleri. Omnis enī quicunq̄ post renūciationē mūdi huius ad antiqua re uertitur studia. et ad pristina desideria reuocatur. hec eadem cum illis opere ac virtute pclamat dicēs. Bene mihi erat in egypto. Quorum vereor ne tanta in-

nenienda ſit multitudo · quantas tunc
ſub moyſe preuaricantiū turbas legim⁹
extitiſſe. Nam cū ſexcenta milia arma
torum de egypto dinumerentur egreſſa·
ex his nō ſunt amplius q̄m duo tantū
terram repromiſſionis ingreſſi. Unde
feſtinandum nobis eſt· vt a paucis ac
rariſſimis ſumamus exempla virtu-
tū· quia ſm illā quā diximus figurā·
in euangelio quoq; multi vocati· pauci
aūt dicuntur electi. Nihil ergo nobis ꝓ
derit abrenūciatio corporalis· et localis
ex egypto tranſmigratio· ſi renunciatio
nem cordis que ſublimior ⁊ vtilior ē nō
valuerimus ſimiliter obtinere· De illa
enī qua diximus abrenunciatione corpo
rali ita pronunciauit apoſtolus. Si diſ
tribuero omnes facultates meas ī cibos
pauperū· et tradidero corpus meum vt
ardeam· charitatem aūt nō habuero· ni
chil mihi prodeſt. Quod beatus apoſto
lus nunq̄ dixiſſet niſi fieri hoc poſſe ſpū
preuidiſſet· vt aliqui facultatibus vniu̾
ſis in pauperū alimenta diſperſis· ad ꝑ
fectionem euangelicam et charitatis ar
duū culmen peruenire nō poſſint· quia
ſcilicet priſtina vicia morum q; inconti-
nentiā vel ſuperbiam· vel impatientiā
dn̄antem in ſuis cordibus retinētes· ne-
quaq̄ ſe ab illis expurgare curauerint·
et ob id ad charitatem dei q̄ nunq̄ ca-
dit minime valeant peruenire· quiq; in-
feriores effecti· hoc ſecūdo renūciationis
gradu, multo minus illum tertiū qui ꝑ-
culdubio eſt ſublimior apprehendūt Di
ligentius tamen etiam hoc mente perpen
dite q nō ſimpliciter dixerit· ſi diſtribu-
ero facultates meas. videret̄ enī de illo
forte dixiſſe qui nec dn̄ euangelicum im
plens mandatū· ſibi ex eis ſicut nōnulli
tepidorum faciūt aliquid reſeruaſſet·
ſed ſi diſtribuero inquit omnes facultā
tes meas in cibos pauperū· id eſt etiā ſi
perfecte abrenūciauero diuitijs iſtis ter
renis. Huic quoq; renūciationi aliud
maius adiunxit· et tradidero corp⁹ meū
vt ardeam· charitatē vero nō habuero

nihil ſum· Ac ſi alijs verbis dixiſſet. Si
diſtribuero in cibos pauperū omnes fa-
cultates meas ſm euangelicū illud mā-
datum quo dicit̄· ſi vis perfectus eſſe va
de vende omnia que habes ⁊ da pauꝑe-
ribus· et habebis theſaurū in celo · et ve
ni ſequere me· ita ſcilicet abrenūciās vt
ex his nihil penitus mihi reſeruem· et hu-
ic erogationi martiriū qd̄ quotidie ſuſti
neo· exuſtionē mee carnis adiunxero· ita
vt corpus meū tradam pro chriſto· et tn̄
vel impatiens· vel iracundus· vel inuid⁹
vel ſuperbus ſim· vel aliorum inflāmer
iniurijs· vel queram que mea ſunt· vl̄ ea
q̄ mala ſunt cogitem· vel vniuerſa q̄ mi-
hi poſſunt inferri· nō patiēter libenterq;
ſuſtineam· nihil mihi proderit exterioris
hominis abrenūciatio atq; cōbuſtio· in
teriore adhuc vicijs priſtinis inuoluto·
eo q ſimplicē ſubſtantiam mūdi huius
prime conuerſionis feruore contemnēs
que nec bona eſſe nec mala· ſꝫ media diffi
nit̄· vicioſi cordis noxias facultates ſi-
milit̄ abijcere nō curarim· nec attigi do-
minicam charitatem que patiens q̄ be-
nigna eſt· que nō emulat̄· non inflamat̄
nō irritatur· nō agit̄ perperā· nō querit
que ſua ſunt· nō cogitat malū que oīa
ſuffert· omnia ſuſtinet· poſtremo q̄ ſecta
torē ſuum nunq̄ cadere ſinit ſupplātati
one peccati.

## De proprijs diuitijs in quibus cōſtat anime pulcritudo vel feditas. Cap. viij.

Feſtinare igitur debemus omī
inſtantia vt interior quoq; no-
ſter homo viciorū ſuorum diui
tias quas in anteriore conuerſatione cō
traxit· vniu̾ſas abijciāt atq; diſpergat.
que corpori atq; anime iugiter coheren-
tes ꝓprie noſtre ſunt· ac niſi adhuc in hoc
corpore conſtitutis nobis abiecte fuerīt
et abſciſe· etiā poſt exceſſum nos nō deſi
nēt comitari· vt enī virtutes vel ipā cha
ritas que earum fons ē in hoc ſeculo cō-
quiſite· poſt finē quoq; huius vite pul-
chrum ac ſplendidū amatorem ſuū red-

dunt· ita vicia obfuſcātā ꝗdammodō mentē colorib⁹ tetris· ad illā perennem cōmorationē infectāmq̄ tranſmittunt. Pulchritudo enī vel feditas aīe virtutum ſeu vicioꝝ gignitur qualitate. Ex quib⁹ quidā attractis color· aut ſplendidam eā deo reddit ac pulchrā· ita vt a ꝓpheta mereat' audire. Et cōcupiſcet rex decorem tuū. Aut certe atrā fetidam atq̄ deformē· ita vt ipſū fetorē ꝓprie feditatis ipa confiteatur ꝛ dicat. Cōputruerūt et corrupte ſunt cicatrices mee· a facie īſipiētie mee· Ipē q̄z dn̄s ad eā. Quare inquit nō eſt obducta cicatrix filie populi mei. Et idcirco he ſunt ꝓprie noſtre diuitie· q̄ cū aīa iugiter cōmorātur· q̄s nobis nullus regū· nullus hoſtiū nec cōferre poterit nec auferre. He ſunt ꝓprie diuitie noſtre quas ne ipa quidē mors valebit ab animo ſepare· quibus vel renūciantes ad perfectionē poſſumus ꝑuenire illigati· vl' implicati eterna morte ꝑcelli·

## De tripartito genere diuitiarū. Cap. ix.

TRipartito enī modo in ſcripturis ſanctis intelligūtur diuitie id eſt· male· bone· medie· Male quidē ſunt de quibus dicitur. Diuites eguerūt ꝛ eſurierunt· Et ve vobis diuites quia recepiſtis conſolationē veſtrā. Quas etiā diuitias peccatorum abiecisse ſumma perfectio eſt· Ad quarū diſtinctionē ſunt paupes illi qui in euāgelio domini voce laudantur. Beati pauperes ſpiritu· q̄m ipoꝝ eſt regnū celoꝝ Et in pſalmo. Iſte pauper clamauit· ꝛ dn̄s exaudiuit eū. Et iterū Pauper ꝛ inops laudabit nomē tuū. Sunt etiā bone q̄s acquiſiſſe magne virtutis ac meriti ē· q̄s vir iuſtus poſſidens collaudat'· dicente Dauid. Generatio rectoꝝ benedicetur· Gloria ꝛ diuitie in domo eius· ꝛ iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Et iterū. Redemptio anime viri ꝓprie diuitie ei⁹. De quibus diuitijs ſpiritalib⁹ in apocalipſi dicit' illi qui eas nō habēs vituperabiliter pauper ꝛ nudus eſt. Incipiā te inquit euomere ex ore meo· quia dicis· ꝙ diues ſum ꝛ locuples· et nullius egeo· et neſcis quia tu es miſer et miſerabilis et pauper ꝛ cecus et nudus· ſuadeo tibi a me emere aurū ignitū ꝓbatū vt locuples fias· et veſtimentis albis induaris· et non appareat confuſio nuditatis tue. Sunt quoq̄ medie· id ē que poſſunt vel bone eſſe vel male. Ad vtranq̄ enī ꝑtem pro arbitrio vel qualitate vtentiū transferunt'. De quib⁹ b. ap'ls. Diuitibus ait mūdi huius precipe non ſublime ſapere· nec ſperare in incerto diuitiaꝝ· ſed in deo qui preſtat nobis abunde oīa ad fruendum bene facere· facile tribuere· cōmunicare· theſaurizare ſibi fundamentum bonū in futurū· vt apprehendāt veram vitā. Quas iterū diues ille in euāgelio retinēs ac neq̄q̄ indigentibus ſubminiſtrās· de cuius micis ſaturari pauper Lazarus ante fores eius expoſit⁹ cupiebat· intolerandis gehenne ignibus· et eterno deputatur ardori.

## Nō poſſe quēquā primo tantū renūciationis gradu eſſe perfectū. Cap. x.

HAs igitur viſibiles mundi diuitias relinquētes· nō n̄ras ſed alienas abijcimus facultates· q̄uis eas gloriemur vel noſtro labore q̄ſitas· vel parentū ad nos hereditate trāſmiſſas· Nihil enī vt dixi noſtrū eſt niſi hoc tantū qd corde poſſeſſum· atq̄ anime noſtre coherens· a nemine pt ꝓrſus auferri. De quibus viſibilibus diuitijs ad eos qui illas tanq̄ ꝓprias retentātes cōicare indigentibus nolūt· increpās loquitur chriſtus. Si in alienis fideles nō fuiſtis· qd veſtrū eſt quis dabit vobis. Euidenter igitur has diuitias alienas eſſe nō ſolum quotidiana experiētia docet· verū etiā ſententia dn̄i ipa appellatione qua eas ſignificauit expreſſit. De viliſſimis veriſq̄ diuitijs loquit' petr⁹ ad dn̄m. Ecce nos reliquimus omnia· ꝛ ſecuti ſumus te· quid ergo erit nob. Qui

vtiq̨ nihil aplı̄ q̄n viliſſia ꝯciſſaq̨ re
tia dimiſiſſe noſcunt. Nuc oīa niſi in
hac abrenūciatione viciorꝝ· q̄ vere mag
na ⁊ ſumma eſt fuerint intellecta·nec pre
cioſum aliquid inuenimus apľos reli/
quiſſe·nec dn̄m habuiſſe·ꝓpter qđ illis
tantā btı̄tudinis gloriā largiret· vt ab
eodē mererētur audire·in regn̄atiōe cuz
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis
ſue·ſedebitis et vos ſuper ſedes duode·
cim·iudicātes duodecim tribꝰ iſrael. Si
igitᷣ hi qui perfecte terrenas iſtas ac vi/
ſibiles abdicāt facultates·certis ex cau/
ſis ad illam apľicam charitatem perue·
nire nō poſſunt·nec illū ſublimiorē pau
corumq̨ admodū renūciatiōis gradū
tertiū attingere queūt·quid illi de ſemet
ip̄is iudicare debeāt·q̄ nec primā q̄dē q̄
perfacilis eſt perfecte arripiētes·atq̨ an
tiquas pecuniarū ſuarū ſordes cū infi·
delitate priſtina retentātes·nudo tantū
ſibimet autumāt monachorꝝ vocabulo
gloriandū. Ergo prima quā dixiꝰ ab·
renūciatio rerū alienarū eſt·ideoq̨ per ſe
ſolam perfectionē renūcianti cōferre nō
ſufficit niſi peruenerit ad ſcđam· q̄ vere
abrenūciatio rerū noſtrarꝝ ē·q̄n adepti
expulſione oīm vicioꝝ·tertie quoq̨ ab
renūciationis faſtigia conſcendimus·ꝑ
quā nō ſolū oīa q̄ in hoc mūdo gerūtur·
vel particulatim ab hominibus poſſidē·
tur·verūetiā ip̄am cunctorꝝ elementorꝝ
plenitudinem·q̄ putatur eſſe magnifica
tanq̨ vanitati ſubiectam·et mox tranſi
turā tranſcendentes animo ac mēte de
ſpicimus·intuentes dumtaxat ſm apo/
ſtolū nō ea que videntᷣ ſꝫ que nō videntᷣ
q̄ enī videntur tp̄alia ſunt·que aūt non
videntur eterna·vt ita demū illud ſup̄
mū mereamur audire·qđ dicitᷣ ad abra
hā·et veni in terrā quā tibi mōſtrauero
Per qđ euidenter oſtenditur·ꝙ niſi q̄s
tres ſuperiores illas abrenūciationes ī
pleuerit·ad quartū hoc ꝑuenire n̄ poſſit·
qđ remunerationis ac premij vice taliter
renūciāti tribuitur·id eſt vt terrā repro·
miſſionis mereatur intrare·nequaq̨ ſi,

bi iam viciorꝝ ſpinas ac tribulos germi
nantē·q̄ poſt expulſionē paſſionū cūcta
rū puritate cordis in hoc corꝑe poſſidetᷣ
q̄n nō virtus vel induſtria laborantis
monſtrabit ei·ſꝫ ip̄e dn̄s oſtenſurū ſe eſſe
ꝓmittit·et veni inquiēs in terrā quā tibi
mōſtrauero. Per qđ manifeſte probatᷣ
et initium noſtre ſalutis domini vocati·
one fieri dicentis·exi de terra tua·et con·
ſūmationē ꝑfectiōis ac puritatis ab eodē
ſilr tribui·cū dicit·et veni in terrā quaz
tibi mōſtrauero·id ē·nō quā tu ex temet
ip̄o noſſe·vel induſtria tua pōteris repe·
rire·ſꝫ quā ego tibi nō ſolum ignorāti·ſꝫ
etiā n̄ iquirēti mōſtrauero. Ex quo ma
nifeſte colligitur ꝙ quēadmodū inſpira
tione dn̄i ꝓuocati ad viā ſalutis accur·
rimus·ita etiā magiſterio ip̄ius ⁊ illumi
natione deducti·ad perfectionē ſumme
beatitudinis peruenimus.

**Interrogatio đ libero arbitrio hominis et gratia dei. Cap. xi.**

Germanus. In quo ergo li·
berū cōſiſtit arbitriū·n̄ ꝑeq̨ ꝙ
laudabiles ſumus reputātᷣ in·
duſtrie·ſi deus in nobis oīa q̄ ad noſtrā
perfectionē tēdūt ⁊ icipit ⁊ cōſummat.

**Reſponſio de diſpenſatione di uine gratie manente arbitrij li bertate. Cap. xij.**

Paſūtius. Hoc vos recte mo
uiſſet ſi in omi ope vel diſcipli·
na principiū tantū eſſet ac finis
et nō etiā quedā medietas intereſſet Ita
q̨ ſicut occaſiones ſalutis diuerſis mo
dis deū cognoſcimus operari·ita noſtrū
eſt occaſionibꝰ a diuinitate conceſſis·vl
enixius vel remiſſius famulari. Nam ſi
cut dei fuit vocātis oblatio·exi de terra
tua·ita abrahe fuit exeūtis obedientia·et
quēadmodū illud qđ dicitᷣ·et veni ī ter·
ram·vt faciat obtēꝑantis eſt opus·ita
illud qđ additur·q̄n tibi monſtrauero·
iubentis dei vel ꝓmittentis eſt gr̄a. Cer
tos tamen nos eſſe conuenit ꝙ omnem
virtutē indefeſſis conatibꝰ exercētes neq̄
q̨ diligentia vľ ſtudio noſtro ꝑfectiōeȝ

cisse sine culpa sit· et nō idcirco preciosio
res abiecerimus materias· vt facili⁹ dis/

cerem⁹ viliora ɔtẽnere. Quid enĩ differt vtrũ quis perturbationẽ cupiditatis erga opes amplas atq͛ magnificas. an erga viliores exerceat ſpecies· niſi q̄ ĩ eo reprehẽſibilior iudicãdus eſt· ſq̄ qui maxima ſpreuerit in minimis obligetur: Jō perfectionẽ cordis abrenũciatio iſta nõ obtinet· q̄ cũ cenſum habeat pauperis· nõ abijcit diuitis voluntatem.

**Explicit collatio abbatis danielis de concupiſcentia carnis ⁊ ſpiritus. Incipiũt capitula collationis ſerapionis abbatis d̄ octo p̄ricipalibus vicijs. Ca. i.**


Aduentus noſter ad abbatis ſerapionis cellã· et inq̇ſitio de generib⁹ ⁊ impugnatiõe vicioꝝ.
ij Narratio abbatis ſerapiõis de octo principalib⁹ vicijs.
iij De duob⁹ vicioꝝ generib⁹ ⁊ efficientia eoꝝ quadripartita.
iiij Recapitulatio de caſtrimargie ⁊ fornicatiõis paſſiõe ⁊ curatione earum.
v Quõ dñs nr̄ ſolus abſq͛ peccato temptatus ſit.
vi De rõe tẽptatiõis qua a diabolo tẽptatus eſt dñs.
vij De cõſummatione cenodoxie et ſupbie ſine miſterio corpali.
viij De filargiria q̄ extra naturã ſit· ⁊ q̇d intẽſit inter ipſam ⁊ naturalia vicia.
ix De ira atq͛ triſticia q̄ inter accidentia vicia plerumq͛ inueniantur.
x De ſex vicioꝝ ɔcordia ⁊ duorũ ab eis diſſidentiũ cognatiõe.
xi De origine ⁊ qualitate vniuſcuiuſq͛ vicij.
xij In q̊ ſit vtilis cenodoxia.
xiij De varia oppugnatõe oĩꝫ vicioꝝ.
xiiij De inſtituẽdo aduerſuꝫ vicia certamĩe ſcḋm ipoꝝ infeſtationẽ.
xv Nihil nos poſſe aduerſum vicia ſine auxilio dei nec debere nos ĩ coꝝ extolli victoria.
xvi De ſigificatiõe ſeptẽ gẽtiũ q̄s iſrael accepit t̃ras· ⁊ q̄re alibi ſeptẽ alibi mlt̃e gẽtes eẽ dicãtur.
xvij Interrogatio de cõpatiõe ſepteꝫ gentiũ ⁊ octo vicioꝝ.
xviij Reſpõſio quõ ſcḋm octo vicia octo gentiũ numerus ipleat̃.
xix Cur vna gẽs q̇ dẽ deſeri ſeptẽ vero iubẽtur extingui.
xx De natura caſtrimargie ad ſimilitudinẽ aq̇le cõparãde.
xxi De perſeuerãtia caſtrimargie ad ũſus philoſophos diſputata.
xxij Cur abrahe predixerit deus decẽ gentes expugnandas a pp̄lo iſrael.
xxiij Quomodo vtile nobis ſit viciorum terras poſſidere.
xxiiij Q̄ terre de q̇b⁹ expulſi ſunt populi chananeoꝝ ſemini ſem fuerĩt deputate.
xxv Teſtimonia diuerſa ſuper ſignificatione octo vicioꝝ.
xxvi Q̄ deuicta paſſiõe gule ĩpendẽdus ſit labor ad ꝟtutes ceteras obtinendas.
xxvij Q̄ nõ idẽ ordo preliorũ ſit q̇ ponitur in cathalogo vicioꝝ.


**Expliciũt capitula. Incipit collatio ſerapionis de octo Principalibus vicijs. Cap. i.**

IN illo cetu antiquiſſimoꝝ ſenum fuit vir noĩe ſerapion adp̄me gratia diſcretiõis ornat⁹· cui⁹ collationẽ operepciũ reor lr̄is ĩdere. Ambiẽtib⁹ enĩ nob̄ vt de impugnatiõe vicioꝝ aliq̄ diſputaret. q̇b⁹ origines eoꝝ ⁊ cauſe manifeſtius pãderẽtur· ita exorſus eſt.

**Narratio abbatis ſerapiõis de octo p̄ricipalibus vicijs. Ca. ij.**

# Collatio quinta Abbatis Serapionis

Octo ſunt pͥncipalia vicia q̄ hu‑
manū infeſtāt genus.i. primū
caſtrimargia q̄d ſonat ventris
ingluuies. Secūdū fornicatio. Tertiū fi‑
largiria.id ē auaricia ſiue amor pecunie
Quartū ira. Quītū triſticia. Sextū acci‑
dia.id ē anxietas ſiue tediū cordis. Sep‑
timū cenodoxia.id ē iactantia ſeu vana‑
gloria. Octauū ſuperbia.

**De duobus viciorū generibus et efficiētia eorū quadripartita Cap.iij.**

Quorū igitur viciorū genera ſunt
duo. Aut enī naturalia ſunt vt
caſtrimargia.aut extra naturā
vt filargiria. Efficientia vero quadrip‑
tita eſt. Quedā enī ſine actōe carnali cō
ſummari nō poſſunt. vt eſt caſtrimargia
⁊ fornicatio.quedā vero etiā ſine vlla cor‑
poris actiōe cōplētur. vt eſt ſupbia ⁊ ce‑
nodoxia. nōnulla cōmotiōis ſue cāſ ex‑
triſecus accipiunt. vt eſt filargiria ⁊ ira.
alia vero inteſtīs motibꝫ excitant. vt eſt
accidia atq̄ triſticia.

**Recapitulatio de caſtrimargie et fornicationis paſſione et curatione earū. Cap.iiij.**

Et vt hec eadē diſputatiōe q̄n‑
tū poſſumus nō ſolū breui ſ; eti‑
am ſcripturarū teſtimonijs ma‑
niſeſtiora reddamꝰ. caſtrimargia ⁊ forni‑
catio cū naturaliter nobis inſint. nā nō‑
nūq̄ etiā ſine vllo aīe incitamēto ſoliuſ
inſtigatione ac prurītu carnis oriūtur.
materia tn̄ vt cōſummētur egent extrin‑
ſecus.et ita in effectū corporali actione p‑
ueniūt. Unuſquiſq̄ eī tēptat a ꝓpria
cōcupiā. deinde cōcupiſcētia cū fuerit
cōcepta pariet peccatū. Peccatū vero cū
fuerit cōſummatū generat mortē. Nam
nec pͥmus adā per caſtrimargiā decipi
potuit niſi eſce materiā habēs in ꝓmptu
abuſus ea fuiſſet illicite. nec ſcd̄s ſine cu‑
iuſdā materie illicitatiōe temptatur cū
dicitur ei. ſi filiꝰ dei es dic vt lapides iſti
panes fiāt. Fornicatio q̄ȝ q̄ nō niſi per
corpꝰ pficiat oībꝫ patet. ita de h̄ ſpū dicē‑
te deo ad btm̄ iob. Et vtꝰ eius in lūbis
⁊ ptās eiꝰ ſup vmbilicū ventris. Ideo q̄
h̄ ſpālit duo q̄ miſterio carnis explet ex‑
tra illā ſpiritalē aīe curā eget peculiariꝰ
etiā ꝯtinētia corpali. Siq̄dē ad retūden‑
dos horū ſtimulos nō ſufficit mētis intē‑
tio. vt nōnū q̄ ſolet adūſus irā ſeu triſti‑
ciā ceteraſq̄ fieri paſſiōes. q̄s etiā ſine
vlla carnis afflictione ſola nouit expug‑
nare mētis īduſtria. niſi etiā caſtigatio
corpalis acceſſerit. q̄ ieiunijs. vigilijs et
opis ꝯtritione pficit. hiſq̄ fuerit remo‑
tio localis adiūcta. q̄ ſicut ābobꝫ vicio
id ē aīe ⁊ corpis generant. ita ſupari niſi
vtriuſq̄ labore nō poterit. Et licet beatꝰ
apl̄s oīa vicia generalit ꝓnūciauerit eē
carnalia. ſiq̄dē inimicitias ⁊ iras atq̄ he‑
reſes inter cetera carnis opa nūerauerit.
nos tn̄ ad illorū curatiōes atq̄ naturas di‑
ligētiꝰ colligendas duplici ea diuiſione
diſtiguimꝰ. Nā ex his q̄dā dicimꝰ eſſe
carnalia. q̄dā vero ſpiritualia. et illa q̄dē
carnalia q̄ ſpālr ad fotū ⁊ ad ſenſū p‑
tinēt carnis. q̄bꝫ illa ita delectat ac paſci‑
tur. vt etiā q̄etas īcitet mētes. inuitaſq̄
eas nōnū q̄ ptrahat ad ſue volūtatiſ aſ‑
ſenſū. De q̄bꝫ btīs aplus. In q̄bꝫ ait et
nos oēs aliq̄n ꝯuſati ſumꝰ in deſiderijs
carnis nr̄e faciētes volūtatē carnis ⁊ co‑
gitationū. ⁊ eramus natura filij ire ſicut
⁊ ceteri. Spiritalia vero dicimus q̄ in‑
ſtinctu anime ſolius orta. nō ſolū nihil
voluptatis conferūt carni. ſed etiā gra‑
uiſſimis eam lāguoribus afficiētia. mi‑
ſerrime iocunditatis paſtu animā tātū
nutriunt egrotantem. Et idcirco hec q̄‑
dem ſimplici cordis indigent medicina.
que autem carnalia ſunt non niſi dupli‑
ci quemadmodum diximus ad ſanita‑
tem curatione perueniūt. Unde purita‑
tē ſtudentibꝫ plurimū confert. vt harum
naturaliū paſſionū ipſas materias ſibi
pͥmitus ſubtrahāt. quibꝫ poteſt vel oc‑
caſio vel recordatio earūdem paſſionū
egrotāti adhuc anime generari. Neceſ‑
ſe eſt enī vt morbo duplici. duplex adhi‑

beatur curatio. Nam corpori ne cõcupi-
ſcentia in effectũ temptet prumpere. ne-
ceſſario effigies ⁊ materia illiciens ſub-
trahenda eſt. ⁊ anime nihilominus ne eã
vel cogitatione cõcipiat. attentior medi-
tatio ſcripturarũ. et ſollicitudo peruigil
ac remotio ſolitudinis apponẽda. In ce-
teris aũt vicijs humana conſortia nihil
obſunt. quinimo etiã plurimũ conferũt
his qui carere eis in veritate deſiderant.
quia frequẽtia hominum magis arguũ-
tur. et dum laceſſita crebrius manifeſtã-
tur. celeri medicina perueniũt ad ſalu-
tem.

## Quomodo dominus noſter ſo-lus abſqꝫ peccato tẽptatus ſit. Cap. v.

Ideoqꝫ dominus noſter ieſus
chriſtus cũ apoſtoli prouũciet
ſententia temptatus fuiſſe per
omnia ſcḋm ſimilitudinẽ noſtrã. dicitur
tamen abſqꝫ peccato. id eſt. abſqꝫ huius
paſſionis cõtagio. neqꝫ ſcꝫ aculeos cõ-
cupiſcentie carnalis expertus. quibus nos
neceſſe eſt etiã ignorãtes inuitoſqꝫ com-
pungi. quippe cui nulla inerat ſimilitu-
do ſeminationis vel cõceptionis huma-
ne. ita rõem conceptus eius archangelo
nũciante. Spiritus ſanctus ſuperueniet in
te. et virtꝰ altiſſimi obũbrabit tibi. Ideo-
qꝫ et qḋ naſcetur ex te ſanctũ: vocabitur
filius dei.

## De ratione temptationis q̃ a di-abolo tẽptatus eſt dñs. Cap. vi

In illis enĩ paſſionibus etiã ip-
ſe temptari debuit. incorruptã
imaginẽ dei ac ſimilitudinem
poſſidens. in quibus ⁊ adam temptatus
eſt. cũ adhuc in illa inuiolata dei imagi-
ne perduraret. hoc eſt caſtrimargia. ceno-
doxia. ſuperbia. nõ in quibus poſt preuari-
cationẽ mandati imagine dei ac ſimili-
tudine violata. ſuo iã vicio deuolutus
inuoluit. Caſtrimargia nãqꝫ eſt qua in-
terdicti ligni preſumit edulium. cenodo-
xia qua dicitur. aperiẽtur oculi vr̃i. ſupbia.
qua dicitur eritis ſicut dij ſciẽtes bo-
nũ ⁊ malũ. In his tribus vicijs etiã domi-
nũ ſaluatorẽ legimus fuiſſe temptatum.
Caſtrimargia cum dicitur ei a diabolo.
Dic vt lapides iſti panes fiãt. Cenodo-
xia. Si filius dei es. mitte te deorſũ. Su-
perbia. cũ oſtendens illi om̃ia regna mũ-
di ⁊ eorũ gloriã dicit. Hec om̃ia tibi da-
bo ſi cadens adoraueris me. vt iſdẽ qui-
bus ille temptationũ lineis ẽ appetitus
nos quoqꝫ queadmodũ temptatorẽ vi-
cere deberemus ſuo doceret exẽplo. Ide-
oqꝫ ⁊ ille adam dicitur. et iſte adam. Il-
le primus ad ruinã et mortẽ. Hic ſcḋus
ad reſurrectionẽ ⁊ vitã. Per illũ omne
genus hominũ cõdemnatur. per iſtũ om-
ne genus hominũ liberatur. Ille de ru-
di atqꝫ intacta fingitur terra. Hic ḋ ma-
ria virgine procreatur. Huius ergo vt ſu-
ſcipere eũ temptationes oportuit. ita ex-
cedere neceſſariũ nõ fuit. Nec enĩ qui ca-
ſtrimargiã vicerat poterat fornicatione
temptari. que ex illius abũdantia ac ra-
dice procedit. qua ne ille quidẽ primus
adam fuiſſet eliſus. niſi ante genitricẽ eiꝰ
paſſionẽ deceptus illecebris diaboli rece-
piſſet. Et ob hoc filius dei nõ abſolute ĩ
carne peccati veniſſe dicitur. ſed in ſimili-
tudine carnis peccati. quia cũ eſſet in eo
vera caro manducãs ſcꝫ ⁊ bibens ⁊ dor-
miens. clauorũ q̃ꝫ confixionẽ in veritate
ſuſcipiens. peccatũ eius qḋ preuaricati-
one contraxit verũ nõ habuit ſed imagi-
nariũ. Nõ enĩ ignitos aculeos concupi-
ſcentie carnalis expertus eſt. qui etiã no-
lentibus nobis natura iam amminiſtran-
te conſurgunt. ſed huius quandã ſimi-
litudinem naturã participãdo ſuſcepit.
Nam cum omnia que officij noſtri ſunt
in veritate compleret. et vniuerſas infir-
mitates geſtaret humanas. conſequen-
ter huic quoqꝫ paſſioni putatus eſt ſub-
iacere. vt per has infirmitates etiã cõdi-
tionem huius quoqꝫ vicij atqꝫ peccati
videretur in ſua carne portare. Deniqꝫ
in his cum tantummodo vicijs diabo-
lus temptat. in quibus etiam illũ primũ
deceperat. conijciens huic quoqꝫ velut

hominē ſiſt in ceteris illudendum· ſi enī
in illis quibꝫ priorē deiecerat ſenſiſſet eli
ſum. Verū ei ſcd̄m iam morbū q̄ de ra/
dice principalis vicij pullularat· primo
certamine cōfutatus inferre nō potuit.
Videbat ēm̄ nullatenus eū initialē cau-
ſam egritudinis huiꝰ ſuſcepiſſe· eratq̄ꝫ
ſuperfluū ſperari ab eo fructū peccati cu
ius eum ſemina vel radices nullomodo
recepiſſe cernebat. Licet ſcd̄m lucam qui
poſtremā temptationē illam ponit· qua
dicitur. Si filius dei es mitte te deorſuꝫ
hec ſuperbie paſſio poſſit intelligi· ita vt
illa ſuꝑior quā matheus tertiā ponit· in
qua iuxta predictū lucam euangeliſtā ꝫ
omnia ei regna mūdi in pūcto temporis
oſtendens diabolus repromittit· accipi-
atur paſſio filargirie ꝙ ſcilicꝫ poſt caſtri-
margie victoriā fornicatione eū tempta
re nō preualens ad filargiriā tranſierit
q̄m radicē maloꝝ oīm nouerat· in q̄ iterꝝ
ſuperatus· nullū ei viciū ex his q̄ ſeque/
bātur eam auſus ē ingerere· quippe quē
nouerat de eius radice ac fomite pullu-
lare· ad extremā ſuperbie tranſierit paſ-
ſionē· quā nouerat etiā perfectos quoſ/
q̄ꝫ deuictis omībus vicijs poſſe pulſari
qua etiā vel ſeipm̄ cum eſſet vt lucifer vl
cōplures alios abſq̄ꝫ vllo incitamento
precedentiū paſſionū de celeſtibꝫ memi-
nerat corruiſſe. Juxta hūc ergo quē pre-
diximus ordinē qui ab euangeliſta luca
deſcribitꝛ· etiā ipā illa illicitatio ꝛ figura
temptationū quibꝫ vel illū primū vl iſtū
ſcd̄m adam callidiſſimꝰ aggreditur in-
imicus elegantiſſime cōgruit. Jlli nāq̄ꝫ
dicit aperiētur oculi veſtri· huic oſtēdit
omīa regna mūdi et gloriā eorū. Jbi di
cit· eritꝭ ſicut dij· hꝫ dicꝭ· ſi filius dei es.

## De conſummatione cenodoxie et ſuperbie ſine miſterio corporali. Cap. vij.

Et vt de efficiētijs ceterarū q̄ꝫ
paſſionū quarū rōnem interci-
dere nos expoſitio caſtrimargie
vel dn̄ice temptationis neceſſario cōpu
lit eodem quo ꝓpoſueramus ordine diſ-
ſeramus· cenodoxia atq̄ꝫ ſuperbia etiaꝫ
ſine vllo conſummari ſolent miniſterio
corporali. Jn quo enī egent actione car/
nali· queꝫ ꝑ concupiſcentia ꝛ voluntate
ſola cōquirende laudis ꝛ hūane glorie
conſequēde abunde ruinā generāt aīe
captiuate. Aut quē effectū habuit cor/
poralem predicti luciferi illius antiqua
ſuperbia· niſi ꝙ eam tantūmodo aīo et
cogitatione ꝯcepit· ita ꝓpheta cōmemo-
rāte. Qui dicebas ī corde tuo· ī celū cō
ſcendam ſuper aſtra dei ponā ſoliū meū
aſcendam ſuper altitudinē nubiū· ero ſi
milis altiſſimo. Qui ſicut huius ſuꝑbie
neminē habuit incentorem· ita ei ꝯſum-
mationē criminis ruineq̄ꝫ perpetue co-
gitatio ſola perfecit· equidem cū affecta-
te tyrannidis nulla fuerint opera ſubſe-
cuta.

## De filargiria ꝙ extra naturā ſit et quid interſit īter ipſam et naturalia vicia. Cap. viij.

Filargiria ꝛ ira licet nō ſint vni
us nature· nā prior extra natu-
rā eſt· ſeq̄tēs vero originale vi-
detur in nobis ſeminariū poſſidere· ſimi
li tamē oriūtur modo· extrinſecus ſiqui/
dem cauſas cōmotionis plerūq̄ꝫ cōcipi-
unt. Etenī frequēter hi qui adhuc infir
miores ſunt· vel irritatione vel inſtinctu
quorundam· in hec ſe corruiſſe vicia con
querūtur· ac precipitatos ſe vl ad iracū
diā· vel ad filargiriā alioꝝ ꝓuocatione
cauſantur. Qꝫ extra naturam ſit filargi-
ria· hinc liquido ꝓuidetur· quia nec ori/
ginale probatur in nobis habere prin/
cipiū· nec de materia concipitur que per-
tingit ad anime vel carnis participatio
nem· viteq̄ꝫ ſubſtantiam. Nihil enīꝫ ad
vſum ac neceſſitatē nature cōmunis pre
ter eſcam quotidianā ac potum certū eſt
peruenire· relique vero vniuerſe materie
q̄ntolibet ſtudio atq̄ꝫ amore ſeruentur.
aliene tm̄ ab hūana indigentia etiaꝫ vſu
vite ipſius approbātur· ideoq̄ꝫ hoc velut
extra naturā exiſtens nō niſi tepidos ac

male fundatos monachos pulſat. Que
aūt naturalia ſunt etiā probatiſſimos
monachorum equidem in ſolitudine cō
morantes attemptare nō deſinūt. Et in-
tantum hoc veriſſimū cōprobatur. vt
etiam gentes nōnullas ab hac paſſione
id eſt filargiria liberas omnimodis agno
ſcamus. quia nequaq̄ vicij huius egri-
tudinem vſu et conſuetudine receperūt
Jllum quoq̄ priorem mundum qui an
te diluuium fuit. diutiſſime concupiſcē
tie huius rabiem credimus ignoraſſe.
Que etiam in vnoquoq̄ noſtrū recte
abrenūciante ſine vllo labore probatur
extingui. cū ſcʒ vniuerſis quis faculta
tibus abiectis. ita expetierit cenobij diſ-
ciplinam. vt ex eis ne vnum quidem de-
narium ſibimet ſupereſſe patiatur. Cu-
ius rei teſtes multa hominum milia poſ-
ſumus inuenire. q̄ cū ſub momento bre
uiſſimo diſperſis omnibus ſubſtantijs
ſuis ita hanc eradicauerunt paſſionem.
vt ne tenuiter quidem ab ea pulſent̄ vl-
terius. nihilominus omni tempore con-
tra caſtrimargiam pugnantes. niſi ingē
ti circumſpectione cordis et abſtinentia
corporis dimicauerint ſecuri eſſe n̄ poſſūt

## De ira atq̄ triſticia q̄ inter acci dentia vicia plerūq̄ inueniā- tur. Cap. ix.

Triſticia et accidia nulla quēad
modū ſuperiora diximus accedē-
te extrinſecus prouocatione ge-
nerari ſolent. Nam ſolitarios quoq̄ et
in heremo conſtitutos. nulliq̄ humano
cōmixtos conſortio. frequēter atq̄ ama
riſſime vexare noſcuntur. qđ eſſe veriſſi-
mū quiſq̄ cum fuerit in ſolitudine com
moratus. et pugnas hominis interioris
expertus. ipſis experimentis perfacile cō
probabit.

## De ſex viciorū cōcordia et duo- rū ab eis diſſidentiū cognatiōe. Cap. x.

Hec igitur octo vicia licet diu̾-
ſos ortus ac diſſimiles efficien-
tias habeant. ſex tamen priora. id eſt ca-
ſtrimargia. fornicatio. filargiria. ira. tri
ſticia. accidia. quadam inter ſe cognati-
one. et vt ita dixerī cōcathenatiōe cōne-
xa ſunt. ita vt prioris exuberātia ſequen
ti efficiatur exordiū. Nam de abundan
tia caſtrimargie fornicationē. de fornica
tione filargiriā. de filargiria iram. de ira
triſticiā. de triſticia accidiā neceſſe ē pul-
lulare. ideoq̄ ſimili cōtra hec modo atq̄
eadem rōne pugnādum eſt. et a precedē
tibꝫ ſemꝑ aduerſus ſequētes oportet nos
inire certamina. Facilius eniʒ cuiuſlibet
arboris noxia latitudo ac proceritas exare-
ſcit. ſi antea radices eiꝰ quibꝫ innitit̄ vel
nudate fuerint vel ſucciſe. Et infeſtan-
tes humores aquarū ꝯtinuo ſiccabūtur
cū generator earū fons ac profluētes ve-
ne ſollerti īduſtria fuerint obturate. Q̄-
obrem vt accidia vincat̄ ante triſticia ſu
perāda eſt. vt triſticia propellatur. ira ꝑ-
us eſt extrudēda. vt extinguat̄ ira. filar-
giria calcāda eſt. vt euellatur filargiria
fornicatio compeſcenda eſt. vt fornica
tio ſubtrahatur. caſtrimargie vitium eſt
caſtigandum. Reſidua vero duo. id eſt.
cenodoxia et ſuperbia. ſibi quidē ſimilit̄
illa qua de ſuperioribus vicijs diximus
ratione iunguntur. ita vt incrementum
prioris ortus efficiatur alterius. Ceno-
doxie enim exuberantia ſuperbie fomiteʒ
parit. Sed ab illis ſex prioribus vicijs
penitus diſſident. nec ſimili cum eis ſoci
etate federantur. Siquidem non ſolum
nullā ex illis occaſionē ſue generationis
accipiunt. ſed etiā contrario modo atq̄
ordine ſuſcitantur. Nam illis euulſis hec
vehementius fructificant. et illoꝝ morte
viuacius pullulant atq̄ ſuccreſcunt.
Unde etiam diuerſo modo ab his duo
bus vicijs impugnamur. Jn vnūquod
q̄ enim illorum ſex viciorū tunc incidi
mus. cum a precedentibꝫ eorum fuerimꝰ
eliſi. in hec ꝟo duo victores ⁊ maxīe poſtꝰ
triumphos periclitamur incurrere. Oīa
igit̄ vicia quēadmodū incremēto prece
dentium generātur. ita illorum diminu
tione purgātur. Et hac rōe vt ſuperbia

poſſit explodi cenodoxia eſt preſocanda. Et ita ſemꝑ priorib⁹ ſuperatis ſequētia cōquieſcēt et extinctione precedentium reſidue paſſiōes abſq3 labore marceſcēt. Et licet hec q̄ prediximus octo vicia illa q̄ cōmemorauimus rōne inuicem ſibi cōnexa atq3 permixta ſint. ſpāliu s tn̄ in q̄ttuor cōiugationes ⁊ copulas diuidūtur. Caſtrimargie namq3 fornicatio peculiari cōſortio federatur. filargirie ira triſticia accidia. cenodoxie ſupbia familiariter coniugatur.

## De origine et qualitate vniuſcuiuſq3 vicij. Cap̄. xi.

Et vt ſingillatim nūc de vniuſcuiuſq3 vicij generib⁹ diſputemus. caſtrimargie genera ſunt tria. Primū qd̄ ad refectionē perurget monachū ante horā ſtatutam ac legittimā feſtiare. Scd̄m qd̄ expletōe ventris ⁊ quarūlibet eſcarū voracitate letat̄. Tertiū q̄ accuratiores ac delicatiſſimos deſiderat cibos. Que tria nō leui diſpendio monachū feriūt. niſi ab omnib⁹ iſtis pari ſtudio atq3 obſuantia ſemetipſū expedire cōtenderit. Nam queādmodū abſolutio ieiunij ante horā canonicam nullatenus preſumēda eſt. ita et vētris ingluuies et eſcarū ſumptuoſa atq3 exq̄ſita preparatio ſilr̄ amputāda. Ex his enī tribus cauſis diuerſe ac peſſime valitudines aīe ꝑcreātur. Naz de p̄ma monaſterij odiū gignit. atq3 exinde horror. et intolerātia eiuſdem cōcreſcit habitaculi. quā ſine dubio mox diſceſſio aut fuga velociſſima ſubſequetur. De ſecūda igniti luxurie et libidinis aculei ſuſcitātur. Tertia etiā inextricabiles filargirie laq̄os nectit ceruicib⁹ captiuoꝝ. nec aliquādo monachū ſinit ꝑfecta chriſti nuditate fundari. Cuius nobis paſſionis ineſſe veſtigia. iſto q̄q3 deprehendimus indicio. cū forte ad reſectionē detenti ab aliquo fratrū. ɔtenti nō ſumus eo ſapore cibos ſumere. quo ab exhibente conditi ſunt. ſed q̄ddā ſuperfundi eis vel adijci importuna atq3 effrenata poſcimus libertate. Qd̄ fieri penitus nō oportet. tribus de cauſis. Primo q2 mēs monachi ſemper debet in omni tolerātie ac parcitatis exercitatione verſari. et ſm̄ apoſtolū diſcere in quib⁹ eſt ſufficiēs eſſe nullatenus enī poterit. vel occulta vel maiora corpis deſideria refrenare. quiſq3 deguſtatione modice inſuauitatis offenſus ne ad momentū quidē delicias gutturis ſui valuerit caſtigare. Secūdo q̄ nonnūq̄3 euenit vt ad horaz deſit illa ſpēs q̄ poſtulatur a nobis. et verecūdiā neceſſitati vel frugalitati ſuſcipiētis incutim⁹. publicātes ſcz pauꝑtatē eius quaz ſoli deo cognitā eſſe maluerat. Tertio q̄ interdū ſolet ſapor ille quē nos adijci poſcimus alijs diſplicere et inuenimur iniuriam multis dum noſtre gule ac deſiderio ſatiſſacere cupimus irrogare. ꝓpter quod omnimodis hec in nobis eſt caſtiganda libertas. Fornicationis genera ſunt tria. Primū qd̄ per cōmixtionē ſexus vtriuſq3 ꝑficitur. Secūdū qd̄ abſq3 feminco tactu. pro quo her patriarche iude filius a dn̄o ꝑcuſſus. legit̄ qd̄ in ſcripturis ſanctis immūdicia nuncupatur. ſuper quo apl̄s. Dico aūt innuptis ⁊ viduis. bonū eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut et ego. q̄ ſi ſe nō cōtinent nubant. melius eſt enī nubere q̄3 vri. Tertium qd̄ animo ac mēte cōcipit̄. De quo dn̄s in euangelio. qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam. iam mechat⁹ eſt eam in corde ſuo. Que tria genera beatus apl̄us pari modo extinguēda pronūcians. Mortificate inquit mēbra veſtra que ſunt ſuper terrā. fornicationez immūdiciā libidinē ⁊c. Et iterū de duobus ad epheſeos. Fornicatio et immūdicia nec noīetur in vobis. Et iteꝝ. Illud aūt ſcitote q̄ omīs fornicator. aut īmūdus. aut auarus qd̄ eſt idolorū ſeruitus non habet hereditatē in regno chriſti et dei. Que tria vt a nobis pari obſeruatione caueantur. ſimili nos eoꝝ a regno chriſti atq3 vna deterret excluſiōe. Filargirie genera ſunt tria. Primū q̄ renūci-

antes diuitijs ac facultatibus ſuis ſpoli
ari n̄ ſinit. Sc̄dm q̄ ea q̄ a nob diſpẽſa
ta ſunt vel indigentibus diſtributa. re-
ſumere nos maiori cupiditate perſuadet
Tertiũ q̄ ea que ne antea quidem poſſe
dimus deſiderare acquiri nos compellit.
Ire genera ſunt tria. Unum qd̄ exarde
ſcit intrĩſecus qd̄ grece thimos dr̄. Aliud
qd̄ ĩ v̄bũ ⁊ op⁹ effectũq̄ prũpit qd̄ or-
ge nũcupat. d̄ q̄ ⁊ apl̄s. Nũc aũt dpo
nite inquit et vos oĩa. irā indignatio
nē. Tertiũ q̄ nō vt illa feruēs ad horā
dirigit̄ ſz p dies ⁊ tp̄a r̄ſuat̄ qd̄ aleis dr̄
Que oĩa eq̄li ſũt a nob horrore dānan-
da. Triſticie gn̄a ſũt duo. Unũ qd̄ vel
iracũdia deſinente. vl̄ de illato dāno ac
deſiderio p̄pedito caſſatoq̄ generatur.
Aliud qd̄ d̄ irrationabili mentis anxieta-
te ſeu deſperatiõe deſcendit. Accidie ge-
nera ſunt duo. Unũ qd̄ ad ſomnũ preci
pitat eſtuantes. aliud qd̄ cellaz deſerere
ac fugere cohortat̄. Cenodoxia licet mul
tiformis ac multiplex ſit. et in diuerſas
ſpecies diuidatur. genera tamē eius ſũt
duo. Primũ qd̄ pro carnalibus ac ma-
nifeſtis extollimur rebus. ſc̄dm q̄ ſpiri-
talibus ⁊ occultis deſiderio vane laudis
inflāmamur.

## In quo ſit vtilis cenodoxia. Cap. xij.

Una re tamen cenodoxia vtilit̄
ab incipientibus aſſumitur. ab
his dũtaxat qui adhuc vicijs
carnalibus inſtigātur vt verbi gratia.
ſi illo tempore quo fornicationis ſpiritu
perurgentur mente cōceperint vel ſacer-
dotalis officij dignitate vel opinionem
cũctorum qua ſancti ⁊ immaculati eſſe
credātur. et ita immũdos cōcupiſcentie
ſtimulos quaſi turpes atq̄ indignos vl̄
extiſtiationi ſue vel illi ordini iudicātes
hac ſaltē cōtemplatione declinēt. mino-
re malo id qd̄ maius eſt retũdētes Sa-
tius eſt cenodoxie vicio queũq̄ pulſari
q̄ incidere in fornicationis ardorē. vnd̄
reparari aut n̄ valeat aut vix valeat p⁹ ru
inā. Quē ſēſũ ex p̄ſona dei vn⁹ p̄phetar̄

eleganter expreſſit dicens. Propter me
longe faciam furorē meũ. et laude mea ĩ-
frenabo te ne intereas. id eſt. vt duz ceno
doxie laudibus cōpediris nequaq̄ ad ĩ-
ferni p̄funda p̄ruas. et irreuocabiliter
mortaliũ peccatorum conſummatione
mergaris. Nec mirũ tantā paſſioni hu
ic ineſſe virtutem. vt irruentē quēpiā in
fornicationis labem valeat refrenare. cũ
ſit multoꝝ experimentis ſepiſſime com-
p̄batũ. q̄ ita eũ quē ſemel veneni ſui pe-
ſte corrupit infatigabilem reddat. vt fa-
ciat ab eo ne biduana quidē ieiunia vel
triduana ſentiri. Q: etiā nōnullos ĩ hac
heremo frequēter nouim⁹ fuiſſe ꝯfeſſos.
ſe in cenobijs ſyrie cōſtitutos quinis die
bus refectionem cibi ſine labore toleraſ-
ſe. nũc aũt tanta ſe fame ab hora tertia p̄
urgeri. vt vſq̄ nonā vix queant differre
ieiunia quotidiana. Super qua re pul-
cre abbas macharius cuidam percũctā
ti cur fame ab hora tertia in heremo pul-
ſaretur. qui in cenobio ebdomadib⁹ in-
tegris refectionē ſepe cōtemnens nō ſen-
ſiſſet eſuriem. reſpondit. Quia null⁹ h̄
eſt ieiunij tui teſtis qui te ſuis laudibus
nutriat atq̄ ſuſtentet. ibi aũt te digitus
hominũ ⁊ cenodoxie refectio ſaginabat.
Huius aũt rei figura qua diximus ſup̄
ueniente cenodoxia vicium fornicatiōis
excludi. pulchre in regum libro ac ſignā-
ter exprimitur. vbi populum iſraelem a
nechao rege egypti captiuatũ aſcendēs
nabuchodonoſor rex aſſirioꝝ de finibus
egypti ad ſuam tranſtulit regionem ſci-
licet vt nō eos libertate priſtine ⁊ genita
li reſtitueret regioni. ſed ad ſuas abduce
ret terras. et longius aſportandos q̄ fu
erant in terra egypti captiui. Que figu-
ra in hoc quoq̄ competenter aptabitur.
licet enĩ tolerabilius ſit cenodoxie q̄ for
nicationis vicio deſeruire. difficilius ta
men a cenodoxie dominatione diſcedit̄.
Quamodo enĩ longiore itineris ſpa
cio captiuus abductus laborioſius ad
genitale ſolũ ⁊ libertatē priſtinā reuẽtetur
meritoq̄ ad eũ increpatio illa p̄phetica

dirigetur. Quare inueteratus es in terra aliena. Recte ſiquidem inueterat⁹ dr̃ in terra aliena quiſquis a terrenis vicijſ nõ innouatur. Supbie genera ſũt duo. Primũ ſ. carnale. Scd̃m ſpiritale qḋ etiam pernicioſius eſt. Illos nanqʒ deſperati⁹ impugnat quos in quibuſdã virtutibus profeciſſe repererit.

## De varia oppugnatione omnium viciorũ. Cap. xiij.

Hec igitur octo vicia cum omne hominum genus pulſent. nõ tamen vno modo impetũt cunctos. In alio namqʒ ſpiritus fornicationis locum obtinet principalem. in alio ſuperequitat furor. ĩ alio cenodoxia vendicat tyrannidem. in alio arcem ſupbia tenet. Et cum conſtet oĩes ab omnibus impugnari. diuerſo tamen modo ⁊ ordine ſinguli laboramus.

## Di inſtituendo aduerſuʒ vicia certamine ẜm ipſorũ infeſtationem. Cap. xiiij.

Quãobrem ita nobis aduerſus hec arripienda ſunt prelia. vt vnuſquiſqʒ vicium quo maxĩe infeſtatur explorans. aduerſus illud arripiat ꝑncipale certamen. omnemʒ curam mentis ac ſollicitudinem erga illius impugnationẽ obſeruationemqʒ defigẽs. aduerſus illud quotidiana ieiuniorum dirigens ſpicula. ꝯtra illud cunctis momentis cordis ſuſpiria crebraqʒ gemituum tela contorquens. aduerſus illḋ vigiliarũ labores ac meditationem ſui cordis impendẽs. ĩdeſinentes quoqʒ orationũ ad deũ fletus fundens. et impugnationis ſue extinctionẽ ab illo ſpãliter ac iugiter poſcens. Impoſſibile namqʒ eſt de qualibet paſſione triũphum quẽpiã promereri. priuſqʒ intellexerit induſtria vel labore proprio victoriã certaminis ſemet obtinere nõ poſſe. cũ tamen vt valeat emundari. neceſſe ſit cũ die noctuqʒ in omni cura ⁊ ſollicitudine permanere. Cumqʒ ſe ab ea ſenſerit abſolutum. rurſum latebras ſui cordis ſimili intentiõe perluſtret. ⁊ excipiat ſibi quam inter reliquas perſpexerit duriorem. atqʒ aduerſus eam ſpãlius omnia ſpiritus arma cõmoueat. et ita ſemper validioribus ſuperatis celerem de reſiduis habebit facilemqʒ victoriam. quia et mens triũphorum proceſſu redditur fortior. ⁊ infirmorum pugna ſuccedens promptiorẽ ei ꝓuentum faciet prelioruʒ. vt fieri ſolet ab his qui coram regibus mundi hui⁹ omnigenis congredi beſtijs premiorum contemplatione conſueuerunt. quod ſpectaculi genus vulgo pancarpũ nũcupatur. Hi inquã feras quaſcunqʒ fortiores robore vel feritatis rabie conſpexerint diriores. aduerſus eas prime congreſſionis certamen arripiunt. quibus extinctis reliquas qui minus terribiles minuſqʒ vehementes ſunt exitu faciliore proſternũt. Ita et vicijs ſemper robuſtioribus ſuperatis. atqʒ infirmioribus ſuccedẽtibus. parabitur nobis abſqʒ vllo diſcrimine perfecta victoria. Nec tamen putanduʒ qꝫ principaliter quis contra vnuʒ dimicans vicium. et velut incautius alioruʒ tela proſpiciẽs. inopinato ictu facilius valeat ſauciari. qḋ neq̃q̃ fiet. Impoſſibile nanqʒ eſt. eũ qui pro cordis ſui emũdatione ſollicitus erga impugnationeʒ vicij cuiuſlibet intentionẽ ſue mentis armauerit. aduſus cetera quoqʒ vitia generalem quendam horrorem ⁊ cuſtodiã ſimilem nõ habere. Quo enĩ modo vel ꝺ illa qua abſolui deſiderat paſſiõe merebitur obtinere victoriaʒ. quẽ indignũ purgationis premio alioruʒ facit contagio viciorum. Sed cum principalis cordis noſtri intentio. velut ſpecialem pugnam aduerſus vnam exceperit paſſiõeʒ pro ipa orabit attentius. peculiari ſollicitudine ac ſtudio ſupplicans. vt eam diligentius obſeruare. et per hec celerẽ mereatur obtinere victoriam. Hunc nãqʒ nos ordinem preliorum exercere debere. nec tamen de noſtra virtute cõfidere. etiam legiſlator his docet verbis. Non timebis eos. quia dominus deus tuus in

# De octo principalibus vitijs

medio tui eſt· deus magnus ⁊ terribilis· ipſe conſumet natiões has in conſpectu tuo paulatim atqꝫ per partes. Non po/teris delere eas pariter ne forte multipli centur cõtra te beſtię terrę. Dabitqꝫ eos dñs deus tuus in conſpectu tuo· et inter ficiet illos donec penitus deleantur.

## Nihil nos poſſe aduerſũ vicia ſine auxilio dei. nec debere nos in eorũ extolli victoria. Cap̃. xv

SEd neqꝫ debere nos in eorũ ex/tolli victoria ſimiliter ãmonet. Ne poſtq̃ꝫ comederis inquit ⁊ ſatiatus fueris· domos pulchras edifica ueris· et habitaueris in eis· habuerisqꝫ armenta et ouium greges· auri ⁊ argẽti cunctarumqꝫ rex copiã· eleuetur cor tu um· et nõ reminiſcaris dñi dei tui q̇ edu/xit te de terra egypti· d̕ domo ſeruitutis· ⁊ ductor tuus fuit in ſolitudine magna atqꝫ terribili· Salomon quoqꝫ in ꝓuer bijs. Si ceciderit inimicus tuus noli g̃/tulari· in ſupplantatione autem eius no li extolli· ne videat dñs ⁊ nõ placeat ei· et auertat iram ſuam ab eo: id eſt· ne per/ſpiciens elationem cordis tui ab eius impugnatione diſcedat· ⁊ incipias dere lictus ab eo rurſus illa quã per dei gra/tiam ante ſuperaueras paſſione vexari. Non enĩ oraſſet ꝓpheta dicens. Ne tra/das dñe beſtijs animã confitentem tibi· niſi ſciſſet ꝓpt̕ inflationẽ cordis quoſdã vt humilientur eiſdem rurſum vicijs q̃ vicerant tradi. Quobrem certos nos eẽ cõuenit· tam ipſis rerũ experimentis q̃ꝫ ĩ numeris ſcripture teſtimonijs eruditos· noſtris nos viribꝫ niſi dei ſolius auxilio fulciamur· tãtos hoſtes ſuperare nõ poſ ſe· et ad ipm̃ quotidie ſummam victorie noſtre referre debere· Ita ſuper h̕ quoqꝫ per moyſen dño cõmonẽte. Ne dicas in corde tuo· cum deleuerit eas dñs de⁹ tu us in conſpectu tuo· ꝓpter iuſticiã meã introduxit me dñs· vt terrã hãc poſſide/rem· cum propter impietates ſuas iſte de lete ſint nationes. Neqꝫ enĩ propter iu/ſticias tuas et equitatem cordis tui tu ĩ/gredieris vt poſſideas terras earum· ſed quia ille egerunt impietatem· te introeũ te delete ſunt. Rogo quid apertius potu it dici contra pernicioſam opinionẽ ꝓ/ſumptionemqꝫ noſtrã· qua totum q̇d agimus· vel libero arbitrio vel noſtre vo lumus induſtrię deputare. Ne dicas in quit in corde tuo· cum deleuerit eas do/minus deus tuus in conſpectu tuo· pro pter iuſticiam meam introduxit me do/minus. vt terram hanc poſſiderem. Nõ ne his qui oculos animę reſeratos ⁊ au res habẽt ad audiendũ euidenter expreſ ſit. Cum tibi proſpere viciorum carnali um bella ſucceſſerint· et videris te de ipõ rum ceno et conuerſatione mundi iſtius liberatum· non tu ę id virtuti nec ſapien/tie prouentum pugnę atqꝫ victorię in fla tus aſcribas· credens te propter labores et ſtudium tuũ· et arbitrij libertatẽ de ſpi ritalibꝫ nequitijs vel carnalibꝫ vitijs ob tinuiſſe victoriam. Quibus proculdu/bio in nullo penitus pręualere potuiſſes niſi te dñi communiſſet ac ꝓtexiſſet au/xilium.

## De ſignificatione ſeptẽ gentiũ quarũ iſrael accepit terras: ⁊ q̃/re alibi ſeptẽ et alibi multe gen/tes eſſe dicantur. Cap̃. xvi.

DE ſunt ſeptem gentes quarum terras egreſſis ex egypto filijs iſ rael daturum ſe domin⁹ repro/mittit. Quę omnia ſm̃ apoſtolum cũ in figura contigerint illis· ad noſtram cõ/monitionem ſcripta debemus accipere. Ita enim dicitur. Cum introduxerit te dominus deus tuus in terram quã poſ/ſeſſurus ingredieris· et deleuerit gentes multas coram te· etheum ⁊ gergeſeum et amorreum ⁊ chananeum ⁊ fereçeum et eueum et iebuſeum· ſeptem gentes mul/to maiorꝭ numeri q̃ꝫ tu es· et robuſtiores te· tradideritqꝫ eas dominus tibi· percu ties eas vſqꝫ ad internetionem. Que vero multo maioris numeri eſſe dicũtur· hec eſt ratio· quia plura ſunt vicia q̃ꝫ virtu tes. Et ideo in cathalogo quidem diuĩ

inerantur ſeptē nationes· in expugnatione vero earum ſine numeri aſcriptionē ponūtur. Ita enī dicitur· et deleuerit gētes multas corā te. Numeroſior enim eſt q̄ȝ iſrael· carnaliū paſſionū populus· de hoc ſeptenario fomite viciorum ac radice procedens. Exinde enim pullulant homicidia· contentiones· hereſes· furta· falſa teſtimonia· blaſſemię· comeſatiōes ebrietates· detractiones· ludicra· turpiloquia· mēdacia· periuria· ſtultiloq̄a· ſcurrilitas· inquietudo· rapacitas· amaritudo· clamor· indignatio· cōtemptus· murmuratio· temptatio· deſperatio· multa q̄ȝ alia quę cōmemorare plōgū ē. Quę cū a nobis leuia iudicent· quid de illis apoſtolus ſenſerit· vel q̄m ſuper his ſententiam intulerit audiamus. Neq̄ȝ murmuraueritis inquit· ſicut quidam illorum murmurauerūt· et ab exterminatore perierūt. Et de temptatiōe· Neq̄ȝ temptemus chriſtum· ſicut quidam illorum tēptauerunt· et a ſerpentibus perierūt. De detractatiōe. Noli diligere detrahere ne eradiceris. Et de deſperatione· Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitię ī opationē oīs erroris· in immundiciam. Quod vero clamor ſicut ira ⁊ indignatio ⁊ blaſſemia condemnet· eiuſdē apoſtoli vocibus manifeſtiſſime perdocetur ita precipientis· Omnis amaritudo ⁊ ira ⁊ indignatio· ⁊ clamor· ⁊ blaſſemia tollatur a vobis· cum omni malicia· alia q̄ȝ cōplura his ſimilia. Quę cum ſint multo maioris numeri q̄ȝ virtutes· deuictis tamen illis octo principalibus vicijs. ex quorum natura eas certum eſt emanare omnes protinus conquieſcunt· ac perpetua pariter cum his internetione delent. De caſtrimargia nanq̄ȝ naſcunt comeſationes· ebrietates. De fornicatiōe turpiloquia· ſcurrilitas· ludicra· ac ſtultiloq̄. De filargiria· mēdaciū· fraudatio· furta· piuria· turpis lucri appetit⁹· falſa teſtimonia· violētia ībūanitas ac rapacitas De ira· homicidiū· clamor ⁊ indignatio De triſtitia· rācor· puſillanimitas· amaritudo· deſperatio. De accidia· ocioſitas ſomnolētia· iportunitas· inquietudo· peruagatio· inſtabilitas mentis et corporis verboſitas. curioſitas. De cenodoxia cōtentiones· hereſes· iactantia· ac preſumptio nouitatum. De ſuperbia· contempt⁹ inuidia· inobediētia· blaſſemia· murmuratio· detractio. Quod aūt hę peſtes etiā robuſtiores ſint· maīfeſte nature ipius impugnatione ſentimus. Fortior enī militat in membris noſtris oblectatio carnalium paſſionū q̄ȝ ſtudia virtutum· q̄ nō niſi ſumma contrititione cordis ⁊ corporis acquiruntur. Si autem ⁊ illas innumerabiles hoſtiū cateruas ſpiritalibus oculis contempleris· quas beatus apl's enumerat dicens· nō eſt nobis colluctatio adūſus carnē ⁊ ſanguinē· ſ adūſus p̄ncipat⁹· adūſus ptātes· adūſus mūdi rectores tenebrarū harū· cōtra ſpiritalia nequitię in cęleſtibus· et illud qd̄ d viro iuſto ī nonageſimo dicitur pſalmo. Cadent a latere tuo mille· et decem milia a dextris tuis· liquido peruidebis· q multo maioris ſint numeri et validiores q̄ȝ nos carnales ſcȝ atq̄ȝ terreni· quippe cū illis ſpiritalis atq̄ȝ aeria conceſſa ſubſtātia ſit.

ex iſtis principalibus viciis alia naſcuntur vitia

## Interrogatio de cōparatione ſeptē gētium ⁊ octo viciorum. Cap. xvij.

Germanus. Quō igitur octo ſunt vicia quę nos impugnāt· cum per moyſen ſeptē dinumerate ſint gentes quę aduerſantur populo iſrael· vel quēadmodum terras viciorum cōmodum nobis eſt poſſidere.

## Reſpōſio quō ſm̄ octo vicia octo gētiū numerus impleatur. Cap̄ xviij.

Serapion. Octo eſſe pr̄ īcipalia vicia quę inpugnāt monachum· cunctorū abſoluta ſententia eſt. Quę figuraliter ſub gentium vocabulo nominata· idcirco nūc omīa nō ponūtur· eo q egreſſis iā de egypto et liberatis ab vna gēte validiſſima· id ē

# De octo principalibus vitiis

egyptiorũ· moyſes vel per ipm dñs in deuteronomio loquebat᷑. Que figura ĩ nobis quoqꝫ rectiſſime ſtare deprehẽditur qui de ſeculi laqueis expediti· caſtrimargie· id eſt· ventris vel gule vicio caruiſſe cognoſcimur· Et habemus iã cõtra has reſiduas ſeptem gentes ſimili rõe conflictum. prima ſcilicet q̃ iam deuicta eſt minime cõputata. Cuius etiã terra in poſſeſſionẽ iſraeli nõ datur. ſ; vt deſerat eã ꝫ perpetuo· ⁊ egrediatur ab ea· dñi p̃cepti one ſancitur. Et idcirco ita ſunt moderãda ieiunia· vt nõ neceſſe ſit per inmoderationẽ cõtinẽtie· q̃ defectione carnis vel infirmitate ꝯtracta ẽ· reuerti rurſus ad egyptioꝝ terrã· id eſt· priſtinã gule et carnis ꝯcupiſcentiã· q̃m cũ mũdo huic abrenũciaremus abiecimus. Quod figuraliter illi perpeſſi ſunt· q̊ egreſſi in ſolitudinẽ virtutũ· rurſus deſiderauerũt ollas carniũ ſuper quas ſedebãt in egypto.

## Cur vna gens quidem deſeri ſeptem vero iubẽtur extingui. Cap. xix.

Quod· aũt illa gens in qua nati ſunt filij iſrael nõ penitus extingui· ſ; tantummodo deſeri eius terra precipit᷑. he vero ſeptẽ vſqꝫ ad ĩternetionẽ iubẽtur extingui· hec rõ eſt· q. q̃ꝫtũlibet ardore ſpũs ſucceſi heremũ virtutũ fuerimus ingreſſi· in ciuitate ac miniſterio caſtrimargie· et quodãmodo quotidiano eius cõmertio neq̃qꝫ carere poterimus. Sanp enĩ in nobis edulij ⁊ eſcarũ vt ingenitus ac naturalis viuit affectus· licet amputare ſuperfluos eius appetitus ac deſideria feſtinemus· q̃ ſicut per oĩa deleri nõ poſſunt· ita debent q̃dam declinatione vitari. De hac enĩ dicit᷑· Et carnis curã ne feceritis in deſiderijs. Dum huius ergo cure quã precipimur non per oĩa abſcidere· ſed abſqꝫ deſiderijs exhibere retinemus affectum· euidenter egypti dñationẽ non extinguimus· ſ; ab ipſa quadã diſcretiõe ſeparamur· nõ de ſupfluis ſeu lautioribꝫ epul᷑ cogitãtes· ſ; ſcḋm apoſtolũ· victu quotidiano indumentoqꝫ ꝯtenti. Quod figuralit᷑ etiã in legem mãdatur Nõ abhominaberis egyptiũ· qr fuiſti incola ĩ terra eius. Neceſſarius eſt victus corpori· nõ ſine vl᷑ ipſius pernicie vel aĩe ſcelere denegatur· Illaꝝ vero ſeptẽ ꝑturbationũ velut omnimodis noxiarũ· de receſſibꝫ aĩe noſtre penitus exterminãdi ſunt motus. De his eñ ita dicit᷑. Oĩs amaritudo ira ⁊ indignatio· ⁊ clamor ⁊ blaſfemia· tollat᷑ a vobis cũ oĩ malicia. Et iterũ. Fornicatio autẽ ⁊ oĩs imũdicia ⁊ auaritia nec noĩet᷑ in vobis· aut turpitudo· aut ſtultiloq̃ũ· aut ſcurrilitas. Poſſumus ergo horũ q̃ nature ſupinducta ſunt radices abſcidere vicioꝝ· vſum vero caſtrimargie nequaqꝫ valebimus amputare. Nõ enĩ poſſumus q̃ntũlibet pfecerimus· id non eſſe qḋ naſcimur. Quod ita eẽ tã nr̃a q̊ ſumus exigui· q̃ꝫ oĩm perfectoꝝ vita ⁊ conuerſatiõe mõſtratur· q̊ cum reliquarum paſſionũ reciderĩt ſtimulos· atꝫ heremũ toto mẽtis feruore ⁊ corporis expetãt nuditate· nihilominus quotidiani victus puidentia ⁊ annui panis p̄paratiõe nequeunt liberari.

## De natura Caſtrimargie ad ſimilitudinẽ aquile comparãde. Cap. xx.

Cuius paſſionis figura qua neceſſe ẽ q̃ꝫuis ſpiritalẽ ſummũqꝫ monachũ coartari· ꝓprie ſatis aq̃le ſimilitudĩe deſignat᷑. Que cũ excelſiſſimo volatu vltra nubiũ fuerit altitudinẽ ſublimata· ſeſeqꝫ ab oculis cũctoꝝ mortaliũ· ac a facie terre totius abſcõderit· rurſus ad valliũ ima ſubmitti· et ad terrena deſcendere· ac morticinis cadaueribꝫ implicari vẽtris neceſſitate cõpellitur. Quibꝫ manifeſtiſſime cõprobatur caſtrimargie ſpiritũ neq̃qꝫ poſſe vt cetera vitia reſecari· vel ꝑ oĩa ſimiliter extingui· ſ; aculeos eius ac ſuperfluos appetitus virtute animi retũdi tm̃ atqꝫ cõhiberi.

## De perſeuerãtia Caſtrimargie aduerſus philoſophos diſputata. Cap. xxi.

N Am huius vitij naturã quidã
ſenũ cũ philoſophis diſputãs
qui eum ꝓ ſimplicitate chriſtia
na velut ruſticũ crederẽt fatigandũ· ſub
hoc ꝓbleumatis figurãs colore elegãter
expreſſit· Multis inq̃t creditoribꝫ pr̃ me
us me dereliquit obnoxiuꝫ.ceteris ad in
tegrũ ſoluẽs·ab omĩ cõuentiõis eoꝝ mo
leſtia liberatus ſum· vni ſatiſfacere quo·
tidie ſoluendo nõ poſſum. Cunqꝫ illi ig
norãtes vim ꝓpoſite queſtionis abſolu·
tionẽ eius precario poſtularẽt· multꝗ ait
vitijs fui naturali cõditiõe ↄſtrictꝰ. ſed
inſpirãte dño deſideriũ libertatis· cũctꝗ
illis tanqꝫ moleſtiſſimis creditoribus re
nũcians huic mũdo· ⁊ omnẽ ſbam q̃ mi
hi ſucceſſiõe patris obuenerat a me pa·
riter abijciẽs ſatiſfeci·atqꝫ ab eis ſũ om
nimodis abſolutus·caſtrimargie vo ſti
mulis nullo modo carere preualui Nec
enĩ qꝫuis eã in paruũ modũ viliſſimã qꝫ
redigerem q̃ꝫtitatẽ· vim quotidiane cõ·
pulſionis euado· ſ; neceſſe eſt me perpetu
is eius cõuentionibꝫ perurgeri·et ĩtermi
nabilẽ quandã ſolutioneꝫ iugi functiõe
depẽdere·atqꝫ inexplebile indictionibus
eius inferre vectigal Cum illi hũc quem
velut ideotã ac ruſticũ ante deſpexerant
ꝓnũciauerũt primas philoſophie ꝑtes·
id eſt·ethicã diſciplinã apprime cõpre·
hendiſſe· mirati admodũ potuiſſe eũ na·
turaliter aſſequi·qꝫ nulla ei ſecularis eru
ditio ↄtuliſſet·cum ipi ſudore multo lõ·
gaqꝫ doctrina hec attingere nequiuiſſet·
Nec ſpãliter de caſtrimargia dixiſſe ſuf
ficiat· Nunc reuertamur ad diſputatio
nẽ quã de generali vicioꝝ cognitione ce
peramus exponere.

## Cur abrae predixerit deus de·cẽ gentes expugnãdas a popu·lo iſrael. Cap. xxij.

C Um ad abrahã dñs de futuris
loqueretꝰ qđ vos minime requi
ſiſtis·nõ ſeptẽ gentes legitꝰ di·
numeraſſe ſ; decẽ·quarũ terra ſemini eiꝰ
danda ꝓmittitꝰ. Qui numerus adiecta
idolatria atqꝫ blaſſemia euidentꝰ imple
tur·q̃bũs ante notitiã dei et gratiaꝫ ba
ptiſmi vel impia gentiliuꝫ vel blaſſema
iudeoꝝ multitudo ſubiecta ẽ. donec in ĩ
tellectuali egypto cõmoratꝰ· Si aũt ab·
renuncians quis ⁊ egreſſus inde per dei
gratiã deuicta pariter caſtrimargia ad
heremũ peruenerit ſpiritalem· de impug
natiõe triũ gentiũ liberatus ↄtra ſeptem
tantuꝫ que per moyſen dinumerantꝰ bel·
la ſuſcipiet.

## Quõ vtile nobis ſit viciorũ ter·ras poſſidere. Cap. xxiij.

Q Uod vero iſtarũ pernicioſarũ
gentiũ regiones ſalubriter poſ·
ſidere precipimur· ita intelligitꝰ
Habet vnũquodqꝫ viciuꝫ in corde nr̃o
ꝓpriã ſtationẽ·quã ſibi vendicãs in aĩe
noſtre receſſu exterminat iſraelem·id eſt·
contemplationẽ rerũ ſummarũ atqꝫ ſan
ctarũ·eiſqꝫ ſemper aduerſari nõ deſinit.
Nõ enĩ poſſunt vtutes cũ vicijs paritꝰ
cõmorari. Que enĩ participatio iuſticie
cuꝫ iniquitate.aut q̃ ſocietas luci ad te
nebras: Sed cũ ab iſraele ꝑplo·id eſt. vir
tutibus contra ſe dimicantibꝫ fuerĩt vi·
cia ſuperata·locuꝫ quẽ ſibi in corde nr̃o
concupiſcentie vel fornicationis ſpiritꝰ
retentabat·deinceps caſtitas obtinebit:
quẽ furor ceperat·patientia vendicabit
quẽ triſtitia mortem operans occupaue
ratꝰ ſalutaris et plena gaudio letitia poſ
ſidebit·quẽ accidia vaſtabat· incipiet ex
colere fortitudo ·quẽ ſuperbia conculca
bat·humilitas honeſtabit. et ita ſingulꝰ
vicijs expulſis·eoꝝ loca. id eſt· affectus
virtutes contrarie poſſidebunt. Que fi·
lij iſraelꝰ id eſt·aĩe videntis deũ·non im·
merito nũcupãtur ·q̇ cuꝫ vniuerſas cor
dis expulerint paſſiones·nõ taꝫ alienas
poſſeſſiones peruaſiſſe qꝫ ꝓprias recupe
raſſe credendi ſunt.

## Q Uterre de quibus expulſi ſunt populi chananeorũ ſemini ſem fuerint deputate. Cap. xxiiij.

E Teni quantuꝫ docet vetus trã·
ditio·has eaſdem terras chana
neorũ in quas ĩtroducũtur filij

iſrael·filij ſem fuerũt quondã in orbis
diuiſione ſortiti·quas deinceps per vim
atqȝ potentiã poſteritas cham p̄uaſiõis
iniq̇tate poſſedit. In q̊ et dei iudiciũ re/
ctiſſimũ cõprobatur·qui ⁊ illos de locis
alienis q̄ male ocupauerant expulit· et
illis antiquã patrũ poſſeſſionẽ·q̄ proſa,
pie eorũ in diuiſione orbis fuerat depu,
tata reſtituit. Que figura in nobis q̊qȝ
ſtare certiſſima ratiõe cognoſcit. Nam
volũtas dñi poſſeſſionẽ cordis noſtri nõ
vicijs ſ; ꝟtutibꝰ naturaliter deputauit.
Que poſt p̄uaricationẽ adeinſoleſcen
tibꝰ vicijs·i·p̄plis chananeis·a ꝓpria re,
gione depulſe·cũ ei rurſum per dei gr̃iã
diligẽtia nr̃a ac labore fuerint reſtitute·ñ
tam alienas occupaſſe terras q̃ꝫ ꝓprias
credende ſunt recepiſſe.

## Teſtimonia diuerſa ſuper ſigni ficatione octo viciorũ. Ca.xxv.

NE his octo vicijs et in euange
lio ita ſignificatur. Cum autẽ
immũdus ſpiritus exierit ab ho
mine·ambulat per loca arida·querẽs re
quiẽ ⁊ nõ inuenit. Tũc dicit: Reuertar ĩ
domũ meã vnde exiui. Et veniens inue
nit vacantẽ·ſcopis mundatã ⁊ ornatã.
Tũc vadit ⁊ aſſumit alios ſeptem neq̇o
res ſe ſpiritus·⁊ intrantes habitãt ibi·⁊
fiunt nouiſſima hominis illius peiora p̄
oribꝰ. Ecce vt ibi ſeptẽ gẽtes legiꝰ exce
pta egyptiorũ· de q̄ egreſſi fuerãt filij iſ,
rael, ita ⁊ hic ſeptẽ reuerti ſpũs dicuntur
immũdi·excepto eo q̇ ab hoĩe p̄us nar
ratur egreſſus. De hoc ſeptenario fomi
te viciorũ ſalomon quoqȝ in prouerbijs
ita deſcribit· Si te rogauerit inimicꝰ vo
ce magna·ne conſenſeris ei·ſeptẽ enĩ neq̇
tie ſunt in aĩa eius·id eſt·ſi ſuperatus ca
ſtrimargie ſpũs ceperit tibi ſua hũiliati,
one blandiri·rogãs quodãmodo vt ali
q̇d relaxãs a cepto feruore impertias ei·
qđ cõtinentie modũ ⁊ menſurã iuſte diſ
cretionis excedat·ne reſoluaris eiꝰ ſubie
ctione·nec arridente impugnationis ſe
curitate quã videris paulũper a carna
libus incentiuis factus quietior·ad p̄ſti
nã remiſſionẽ vel preteritas gule concu
piſcẽtias reuertaris. Per hẽ enĩ dic ſpũs
ille quẽ viceras. Reuertar in domũ meã
vnde exiui. Et procedentes ex eo ꝯfeſtim
ſeptem ſpiritus vicioꝝ erũt tibi acriores
quã illa paſſio q̄ ĩ p̄mordijs fuerat ſupe
rata· q̇ te mox ad deteriora ꝑtrahẽt gñ͂a
peccatorum.

## Quod de victa paſſione gule impẽ dendus ſit labor ad virtutes ce teras obtinendas. Cap.xxvi.

QUa propter ieiunijs et continẽ
tie incũbentibus nobis·feſtinã
dum eſt vt gule paſſione ſupe
rata·protinus aĩam noſtram vacuã eſſe
a neceſſarijs virtutibus non ſinamus·ſ;
eis vniuerſos receſſus cordis noſtri ſtu
dioſius occupemus·ne reuerſus concu
piſcẽtie ſpiritus·inanes nos ab ipſis va
canteſqȝ reperiat·et non ſibi iam ſoli adi
tum parare contentus introducat ſecũ
in animam noſtram ſeptenarium hunc
fomitem viciorum·⁊ faciat noſtra nouiſ
ſima peiora prioribus. Turpior enĩ erit
poſt hec ⁊ immũdior anima·ac ſupplicio
grauiore plectetur·que ſe renũciaſſe hu,
ic ſeculo gloriatur·dominãtibus ſibi oc
to vicijs·quã fuerat q̇ndã ĩ ſeculo ꝯſtitu
ta, cum nec diſciplinã monachi fuiſſet
profeſſa nec nomen. Nam et nequiores
hi ſeptem ſpiritus illo priore qui egreſ,
ſus fuerat idcirco dicũtur·quia deſide,
rium gule·id eſt caſtrimargia per ſe ſe nõ
eſſet noxia· niſi intromitteret grauio,
res alias paſſiones·id eſt· fornicationis
filargirie·ire.triſtitie ſiue ſuꝑbie· q̄ ꝑ ſe
met noxia aĩe ac ꝑẽptoria eẽ nõ dubiũ ẽ.
Et idcirco perfectionis puritatẽ numq̃ꝫ
poterit obtinere·quiſquis eam de hac ſo
la continentia·id eſt ieiunio corꝑali ſpe,
rauerit acq̇rendã·niſi nouerit ob id ſe
hanc exercere debere·vt humiliata carne
ieiunijs facilius poſſit aduerſus alia vi,
cia inire certamen·nõ inſoleſcente carne

ſaturitatis ingluuie.

## Q nō idem ordo preliorū ſit q̄ ponitur in cathalogo viciorū. Cap. xxvij.

Sciendum tamen nō eundē eē in omnibus ordinē prelioꝝ. qꝛ ſicut diximus nō vnomodo impugnamur oēs. et oportet vnūquēqꝫ noſtrū ſm qualitatē belli quo pncipaliter infeſtatur concertationū luctamen arripere. ita vt aliū neceſſe ſit aduerſus vicium qđ tertiū ponitur primū exercere cōflictum. aliū contra quartū ſeu quītū. et ita prout ipſa vicia in nobis obtinent principatum. vtqꝫ impugnatiōis exigit modus. nos quoqꝫ oportet ordinem inſtituere preliorū. ſm quē prouentus q̄ꝫ victorie. triūphiqꝫ ſuccedens. faciet nos ad puritatem cordis ⁊ perfectionis plenitudinē peruenire. Hucuſqꝫ abbas ſerapion de natura octo principaliū viciorum nobis diſſerens. latentiū in corde noſtro paſſionum genera. quarū cauſas atqꝫ affinitates. cum ab ipſis quotidie vaſtaremꝰ. nec cognoſcere poteramꝰ. ita lucide reſerauit. vt eas quodā modo ante oculos poſitas intueri nobis velut in ſpeculo videremur.

## Explicit collatio abbatis ſerapionis. Incipiunt capitula collationis theodori de nece ſanctorum. Cap. i.

Deſcriptio heremi et inquiſitio de nece ſanctorum.
ij Reſponſio abbatis theodori ad ꝓpoſitam queſtionem.
iij De tribus q̄ in hoc mūdo ſunt. i. bonis ⁊ malis ⁊ medijs.
iiij Qđ malum nulli inuito ab alio poſſit inferri.
v Obiectio quēadmodum ipſe deꝰ dicat creare mala.
vi Reſponſio ſuper interrogatione ꝓpoſita.
vij Interrogatio an reus ſit qui iuſto intulit mortem. cum iuſtus habeat de morte mercedem.
viij Rñſio ad precedentē interrogationem.
ix Exemplum beati iob a diabolo temptati ⁊ dñi a iuda traditi. et qꝫ iuſto tam pſpera q̄ꝫ aduerſa pficiant ad ſalutem.
x De virtute viri perfecti qui ambidexter figuraliter nuncupat.
xi De duplici genere temptationū. que triplici modo infetūtur.
xij Quō vir iuſtꝰ nō cere ſꝫ adamātino ſignatorio debeat eſſe conſimilis.
xiij Interrogatio ſi poſſit mens iugiter in vna atqꝫ eadem qualitate durare.
xiiij Rñſio ad interrogātis ꝓpoſitiōē
xv Qđ detrimentum ſit diſcedētis e cella.
xvi De mutabilitate etiā ſupernarū celeſtiumqꝫ virtutū.
xvij Qđ nemo ruina ſubitanea collabatur.

## Expliciūt capitula. Incipit collatio theodori abbatis de nece ſanctorum. Cap. i.

In paleſtine partibus iuxta tecue vicū q̄ amos ꝓphetā meruit procreare. ſolitudo vaſtiſſima e vſqꝫ arabiā ac mare mortuū. q̄ ingreſſa deficiunt fluēta iordanis et alphei ſui faciūt finem. et cineres ſodomorum ampliſſima extenſione porrecta. In hac ſnme vite ac ſanctitatis viri monachi diutiſſime cōmorantes. repēte ſunt a diſcurrentibꝫ ſaracenorū latrunculis interempti. Quoꝝ corpora licet ſciremus tam a pontificibus regionis illius q̄ꝫ ab vniuerſa plebe arabū tanta veneratione prerepta. et inter reliqnias martiꝝ cōdita. vt innumeri ꝓpli e duobꝫ opidis concurrētes grauiſſimū ſibi certamen indixerint. et vſqꝫ ad gladiorum conflictum pro

ſancta rapina ſit eorum progreſſa cōtentio· dum pia inter ſe deuotione decertāt qui nā iuſtius eorum ſepulturam ac reliquias poſſiderent· alijs ſcilicet de vicinia cōmorationis ipſorum· alijs de originis propinquitate gloriantibus· nos tamen vel noſtrorum vel quorundam nō mediocriter ex hac parte ſcādalizantiū fratrū offenſione permoti· inquirētesqꝫ cur tanti meriti ac tātarū virtutū viri ita ſint a latrunculis interfecti· tantū qꝫ dñs paſſus fuerit erga ſuos famulos facinus perpetrari· vt viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorū· meſti ad ſanctū theodorū ſingularem in cōuerſatione actuali perreximus virum. Hic namqꝫ morabatur in cellis· qui locus inter nitriā ac ſcithiā ſitus· et a monaſterijs quidem nitrie quinqꝫ milibus diſtans· octoginta milium ſolitudine ab heremo ſcithi in qua cōmorabamur interueniente diſcernitur. Cui cū de predictorū virorum nece querimoniā fudiſſemus· ammirātes tantā dei patientiā· qꝫ viros ſcꝫ illius meriti taliter perimi permiſiſſet· vt qui alios quoqꝫ ſue ſanctitatis pondere de huiuſmodi liberare temptatione debuerint· ne ſeipſos quidē preripuerint de manibꝫ impiorū· aut cur deus admitti in ſeruos ſuos tantū facinꝰ conſenſiſſet.

### Reſpōſio abbatis theodori ad ꝓpoſitam queſtionem. Cap. ij.

Beatus Theodorus reſpondit Hec q̄ſtio illorū ſolet animos permouere· qui paruū fidei vel ſcientie poſſidentes· merita ſanctorū vel premia q̄ nō in preſenti redduntur. ſed repoſita ſunt in futurum· arbitrātur in huius tēporalis vite breuitate reſtitui. Ceterū nos qui nō ſumus in hac vita tantū ſperantes in chriſto· ne ſm apoſtolū miſerabiliores ſimus omnibus hominibus· quia ſcꝫ in hoc mūdo nihil ꝓmiſſionū recipiētes· etiam in futuro eas ꝑ hac incredulitate perdamꝰ· opinionibꝫ eorū nō debemus errare· ne ignorata vere diffinitionis ſententia titubantes· ac trepidi temptationibꝫ moueamur· cū eiſdem nos quoqꝫ traditos viderimus· vel iniuſticiā ſcꝫ vel incuriā humanarū rerū deo qđ dictu quoqꝫ nefas eſt aſcribentes· qꝫ ſanctos viros recteqꝫ viuētes in temptatione nō protegat· nec bonis ea que bōa ſunt· nec mala malis retribuat in preſenti· et cū illis damnari mereamur· quos ſophonias ꝓpheta caſtigat· qui dicūt in qꝫ in cordibꝫ ſuis nō faciet dñs bene· ſed neqꝫ faciet male· vel certe cum illis inueniamur· q̄ huiuſmodi querimonijs deū blaſfemare dicuntur· oĩs qui facit malum bonus eſt in conſpectu domini· et tales ei placent· aut certe· vbi ē deus iuſticie· illam quoqꝫ blaſfemiā que in ſubſequentibꝫ deſcribitur ſimiliter adiungentes· vanꝰ ē q̄ ſeruit deo· aut qđ emolumētum quia cuſtodiuimus precepta eius· et quia ambulauimus triſtes coram domino· ergo nūc beatos dicimus arrogātes· ſiquidem ditati ſunt facientes impietatem· et temptauerunt deū et ſalui facti ſunt. Quobrem vt hanc ignorationē que prauiſſimi huius erroris radix et cā eſt poſſimus euadere· primū noſſe debemus quid vere ſit bonū· quid malum· et ita demū ſuper his nō falſam vulgi· ſed verā ſcripturarū diffinitionē tenētes· minime infideliū hominū decipiemꝰ errore.

### De tribus que in hoc mūdo ſūt id eſt bonis et malis et medijs. Cap. iij.

Tria ſunt enī que in hoc mūdo ſunt· id eſt· bonū· malū· mediū· Debemus itaqꝫ noſſe q̄d proprie bonū· quid malum· quid ve ſit medium· vt noſtra fides vera ſcientia communita in cunctis temptationibus incōcuſſa perduret· Nihil igitur in rebus dumtaxat humanis principale bonum eē credendū eſt· niſi virtus animi ſola· que ſide ſincera nos ad diuina perducens illi immutabili bono facit iugiter inherere. Et ꝯtrario nihil malū eē dicēdū eſt· niſi peccatū ſolum· qđ a bono deo nos ſeparans·

qđ vere ſit bonū· qđ malū· qđ mediū

bonū

malū

malo facit diabolo cōpſari. Media ſūt que in vtramqꝫ partem ꝑ affectu ⁊ arbitrio vtentis diriuari poſſunt· vtputa diuitie. poteſtas· honor· robur corꝑis· ſanitas· pulchritudo· vita ipā vł mors· paupertas· infirmitas carnis· iniurie· et cetera his ſimilia· que ꝓ qualitate ⁊ affectu vtentis· vel ad bonā poſſunt partē proficere vel ad malā. Nam ⁊ diuitie proficiunt frequēter ad bonū ſm̄ apoſtolū· qui diuitibꝫ huius mundi pcipit vt facile tribuāt· cōmunicēt indigētibꝫ· theſaurizent ſibi fundamentū bonū in futurū· vt per has apprehendāt verā vitā. Et ſm̄ euāgeliū bone ſunt illis qui faciunt ſibi amicos de iniquo māmona. Que rurſum retorquentur ad malum· cū ad recōdendū tantūmodo vel ad luxuriā cōgerūtur et nō ad vſus indigentiū diſpenſantur. Poteſtas quoqꝫ ⁊ honor· corporiſqꝫ robur ac ſanitas· q̄z ſint media et vtrobiqꝫ cōuenientia· etiā ex hoc facile cōprobatur· ꝙ multi ſanctorꝫ ī veteri teſtamento potiti his omnibus· ⁊ in ſummis diuitijs ⁊ culmine dignitatū ac fortitudine corporꝭ conſtituti· deo quoqꝫ acceptiſſimi fuiſſe noſcūtur. Et e diuerſo qui his male abuſi ſunt· et ea ad miniſteriū ſue neq̄tie detorſerūt· non immerito vel puniti ſunt vel extincti· qđ frequenter regnorꝫ lib̄ indicat factū. De ipā etiā morte ac vita quia medie ſint· vel ſancti Johannis vel iude natiuitas proteſtatur. Unius namqꝫ intm̄ ſibimet vita ꝓfuit· vt alijs quoqꝫ gaudiū ortus eius contuliſſe dicatur· ſm̄ illud. Et multi ſuꝑ eius natiuitate gaudebūt. De alterius ꝟo dicit̄ vita· Bonū erat ei: ſi natꝰ nō fuiſſet homo ille. De morte etiā Johānis omniūqꝫ ſanctorꝫ dicitur. Precioſa ē in cōſpectu dn̄i mors ſanctorꝫ eius. De iude aūt ac ſimiliū· Mors peccatorꝫ peſſima. Infirmitas etiā carnis interdum q̄z ſit cōmoda Lazari illius pauꝑis vlceroſi beatitudo demōſtrat. Cuius cum nulla alia virtutum merita ſcriptura commemoret· pro hoc ſolo ꝙ egeſtatem ⁊ infirmitatem corporis patientiſſime tolerauit· ſinus abrahe poſſidere beatiſſima ſorte ꝓmeruit. Egeſtas quoqꝫ ac perſecutiōes ⁊ iniurie que mala eſſe totius vulgi opinione cenſentur· q̄z ſint vtiles ac neceſſarie· etiam ex hoc liquido cōprobatur· ꝙ ſancti viri non ſolum eas nunq̄z vitare voluerunt· verumetiam in virtute ſūma· vel appetentes· vel fortiter tolerantes amici dei effecti· eterne vite ſunt ſtipendia conſecuti· beato apoſtolo concinēte Propter quod placeo mihi in infirmitatibus· in contumelijs· in neceſſitatibꝫ· in perſecutionibus· in āguſtijs pro chriſto· Cum eniꝫ infirmor tūc potens ſum· quia ꝟtus in infirmitate perficitur. Et idcirco illi qui ſummis huius ſeculi diuitijs ⁊ honoribus ac poteſtatibus extolluntur· non ex his principale bonum obtinuiſſe credendi ſunt· qđ in ſolis eſſe virtutibus definitur· ſed medium quiddā q̄z ſic̄ iuſtis recte ac neceſſarie vtentibus vtilia hec eſſe repeniūtur ⁊ cōmoda· occaſionem namqꝫ operis boni fructuſqꝫ in illius vite eternitate parturiunt· ita illis qui male opibus abutuntur inutiles ſunt atqꝫ incōmode· ⁊ occaſionē peccati mortiſqꝫ concinant.

## Qꝫ malum nulli inuito ab alio poſſit inferri. Cap. iiij.

Has itaqꝫ diuiſiones fixas atqꝫ immobiles retinētes· ſcienteſqꝫ nihil eſſe bonum niſi virtutem ſolā· que ex timore dei ac dilectiōe deſcēdit· nec malum quicq̄z eſſe niſi peccatum ſolum et ſeparationem a deo. diligenter nunc diſcutiamus· vtrum deus vnq̄z ſanctis ſuis· aut per ſe· aut per aliū quēpiam inferri permiſerit malum· quod ſine dubio nuſq̄z omnino reperies. Nec enī potuit aliquādo cuiq̄z nolenti ac reſiſtenti malū peccati alter inferre· niſi illi ſoli qui illud in ſeſe cordis ignauia et corrupta volūtate ſuſcepit. Deniqꝫ cū btō iob diabolꝰ adhibitiſ vniūſis neq̄tie ſue machinis malū h̄ peccati voluiſſet

inferre· ac nõ ſolum cunctis eũ facultatibus ſpoliaſſet· verũ etiã poſt illũ de morte ſeptem filioꝝ tam atrocẽ tamq̃ inſperatũ orbitatis dolorẽ· vulnere eum peſſimo a capitis vertice vſq̃ ad plantã pedum· ⁊ itolerãdis cruciatibꝰ oneraſſet· neq̃q̃ ei peccati maculã quiuit infligere· q2 in cũctis imobilis perſeuerãs nullũ blaſſemie accõmodauit aſſenſum.

**Obiectio queãdmodũ ipſe deus dicatur creare mala. Cap. v**

Germanus. Frequenter legimus in ſcripturis ſanctis deuꝫ creaſſe mala· vel hominibꝰ intuliſſe· vt eſt illud· Qm̃ abſq̃ me nõ eſt deus· ego dñs ⁊ nõ eſt alter· formãs lucem et creãs tenebraſ· faciẽs pacẽ ⁊ creãs mala. Et iterũ Si ẽ malicia i ciuitate quaꝫ dñs ñ fec̃. **Reſpõſio ſuper iterrogatione ꝓpoſita. Cap. vi.**

Theodorus. Nõnunq̃ ſolet ſcriptura dĩna abuſiue mala pro afflictionibꝰ ponere· non quia per naturã ꝓprie mala ſint· ſ; ſm ſ; q2 ab his ſentiãtur mala quibꝰ vtilit̃ inferũtur. Hominibꝰ etenĩ diſputãs diuina cenſura· neceſſe eſt vt humanis ꝟbis et affectionibꝰ eloquatur. Eteniꝫ ſectio vel vſtio ſalutaris que illis qui vlceruꝫ contagione putrefacti ſunt pie infertur a medico· mala a tolerantibꝰ credit̃· nec iniquo carcer· nec eq̃ calcar· nec emẽdatio ſuauis eſt delinquẽti. Omnes etiam diſcipline his q̃ erudiũtur amare ſentiũtur ad pñs· ſicut apl's dicit. Omis aũt diſciplina i pñti nõ videt̃ eſſe gaudij ſ; merorꝭ· poſtea ãt fructũ pacatiſſimũ his qui per ſe exercitati ſunt reddet iuſticie. Et quẽ diligit dñs corripit· flagellat ãt omnẽ filiũ quẽ recipit. Quis ei eſt filius quẽ nõ corripit pater. Itaq̃ mala nonnũq̃ poni pro afflictionibus ſolent· ſm illð. Et penituit deũ ſuper maliciã quã locutꝰ eſt vt faceret eis ⁊ nõ fecit. Et iterũ. Quia tu dñe miſericors ⁊ miſerator· patiẽs ⁊ multũ miſericors ⁊ penitens in malicijs· id eſt ſuper tribulationibus et erũnis que nobis pro peccatoꝝ noſtrorũ meritis inferre cõpelleris. Quas ſciens vtiles eſſe nõnullis· ita alius ꝓpheta vtiq̃ nõ inuidens ſaluti eoꝝ ſ; cõſulens imprecatur. Adde illis mala domine· adde mala glorioſis terre. Et ipſe dominus. Ecce inq̃t inducam ſuper eos mala· id eſt dolores ac vaſtitates· q̃bus in preſenti ſalubrit̃ caſtigati ad me quẽ in rebus proſperis contempſerũt· reuerti tandem ac feſtinare cogãtur. Ideoq̃ hec principalia eſſe mala nõ poſſumus definire· multis enĩ ad bonũ proficiunt et cauſas eternorum pariũt gaudiorum. Et idcirco vt ad queſtionem propoſitã recurramus· vniuerſa que putantur mala nobis ab inimicis vel a quibuſcunq̃ alijs irrogari· nõ ſũt credenda mala eẽ ſ; media. Non enĩ talia inuenientur qualia putat eſſe ille qui intulit animo furibundo· ſ; qualia ſenſerit ille qui ſuſtinet. Ideoq̃ cum illata fuerit mors viro ſancto non ei malum illatum eſſe credendũ eſt· ſed medium quiddã. Qð cũ peccatori maluꝫ ſit· iuſto requies ⁊ abſolutio ſit maloꝝ. Mors enĩ viro iuſto reques· cuiꝰ vita abſcõdita ẽ. Et iõ nec vir iuſtꝰ ex hac aliqð ꝑpetit̃ detrimẽtũ· q̃ nihil ꝑtulit noui· ſ; id qð ei acceſſurũ fuerat neceſſitate nature· inimici neq̃tia non ſine ꝓmio vite ꝑẽnis excepit· ac debitũ mortis hũane qð inexcuſabili lege reddẽdũ eſt· cũ fructu vberrimo paſſionis· ac magne remuneratiõis mercede perſoluit.

**Interrogatio an reus ſit qui iniuſto intulit mortẽ cũ iuſtus habeat de morte mercedẽ. Cap. vij.**

Germanus. Ergo ſi iterẽptꝰ iuſtꝰ nõ ſolũ nihil mali ꝑpeſſus eſt· ſ; etiã mercedẽ paſſiõis aſſeq̃tur· quõ in reatũ vocabit̃ q̃ nõ nocuit mortẽ inferẽdo ſ; profuit.

**Reſpõſio ad precedenteꝫ interrogationẽ. Ca. viij.**

Theodorus. Nos de ꝓprietate boni maliq̃ vl' eiꝰ qð dixiꝰ eẽ mediũ diſputamꝰ· nõ de affectu eorũ

qui iſta cōmittūt. Nec enī q̇s impi⁹ vel iniquus idcirco impunitus erit· q꞉ malicia ſua iuſto nocere nō potuit. Tolerantia enī ꝛ ꝯtus iuſti nō illi qui mortē vel ſupplicia intulit· ſed illi proficit ad mercedē qui illata ſibi patiēter excepit. Ideoqꝫ ꝛ hic merito punietur ꝓ crudelitatꝭ ſue vicio qua malū voluit inferre· et ille nihilominus nihil mali perpeſſus eſt· q꞉ virtute animi ſui patiēter tēptationes doloreſqꝫ ſuſtētans· ea q̄ malo ꝓpoſito illata ſunt ad profectū melioris ſtatus· et eterne vite fecit beatitudinem peruenire vel pertinere.

## Exēplū beati iob a diabolo tēptati· et dñi a iuda traditi ꝛ qꝯ iuſto tā ꝓſpera q̄ꝫ aduerſa ꝓficiāt ad ſalutē. Cap̄.ix.

Neqꝫ enī patiētia iob mercedē diabolo q꞉ eū illuſtriorē ſuis tēptationibꝫ reddidit· ſꝫ illi ipi q̄ eas viriliť pertulit acquiſiuit· nec iudas eterni ſupplicij immunitate donabitur· q꞉ ꝓdicio eius ad ſalutē generis ꝓfecit humani. Non enī ꝓuentus ꝯſiderādus eſt opis ſꝫ operātis affectus. Quapꝓpter hec debet in nobis diffinitio imobiliter cuſtodiri· qꝯ nulli malū ab alio poſſit inferri· niſi qui illď ignauia ſui cordis ac puſillanimitate ꝯtraxerit· hāc eandē ſententiā beato apoſtolo vno verſiculo confirmāte. Scimus aūt q̄m diligentibꝫ deū oīa cooperātur ad bonū. Dicēs enī oīa cooperātur ad bonū· vniuerſa nō ſolū q̄ proſpera· verūetiā q̄ putātur aduerſa pariter cōprehendit. Per q̄ et in alio loco idem apl̄us ſe tranſiſſe deſcribit· cum dicit. Per arma iuſticie q̄ a dextris ſunt ꝛ a ſiniſtris· id eſt per gloriā ꝛ ignobilitatē· per infamiā ꝛ bonā famā· vt ſeductores ꝛ veraces· vt triſtes· ſemper aūt gaudentes· vt egentes· multos aūt locupletātes ꝛ cetera. Omnia ergo q̄ ꝓſpera reputantur ꝛ dextre dicūtur partis· q̄ ſanct⁹ apl̄us glorie ꝛ bone fame vocabulo deſignauit· illa etiā q̄ exiſtimātur aduerſa q̄ per ignobilitatē ꝛ infamiā euidenť expreſſit· q̄ qꝫ a ſiniſtris eſſe deſcribit· efficiuntur viro perfecto arma iuſticie ſi illata ſibi magnanimiter ſuſtētauerit· qꝯ videlicet per hec dimicās ꝛ in iſtis ipis quibus impugnari putatur aduerſis tāqꝫ armis vtendo eiſqꝫ velut arcu ꝛ gladio ſcutoqꝫ validiſſimo cōtra illos qui hec ī gerūt cōmunitus· ꝓfectū ſue patiētie ac virtutis acquirat· glorioſiſſimū conſtātie triūphū ex ipis q̄ letaliter inferuntur capiens hoſtiū telis· nec ꝓſperis dumtaxat elatus· nec deiectus aduerſis· ſꝫ itinere plano ac via regia ſemꝑ incedens· ab illo trāquillitatis ſtatu nequaqꝫ leticia ſuperueniēte quaſi in dextrā motus· nec ingruentibus aduerſis triſticiaqꝫ domināte velut ad leuam rurſus impulſus. Pax enī multa diligentibꝫ nomē tuū et nō eſt illis ſcandalū. De illis vero qui per ſingulos incurrentes caſus ꝓ eorum qualitate ac varietate mutātur ita diciť. Stultus aūt ſicut luna mutatur. Ut eī de perfectis ac ſapientibꝫ dicitur· diligētibꝫ deū oīa cooperātur ad bonū· ita ď infirmis ꝓnūciať ac ſtultis. Oīa aduſa viro inſipiēti· nec enī ꝓſperis rebꝫ ꝓficit nec emendatur aduerſis. Eiuſdē nāqꝫ virtutis eſt triſtia fortiter tolerare cuius etiam ſcďa moderari· ꝛ eū qui ī vno eoꝝ ſuperatur neutrū ſufferre certiſſimū eſt. Facilius tamen quis elidi poteſt proſperis q̄ꝫ aduerſis. Hec enī interdū etiā inuitos retinent atqꝫ humiliāt· ꝛ cōpūctione ſaluberrima vł minus peccare faciunt vel emēdant· illa vero mollibꝫ mētem ac pernicioſis extollentia blandimētis· ſecuros felicitatis ſue ꝓuentu ruina maiore proſternunt.

## De virtute viri perfecti qui ābidexter figuraliter nūcupatur. Cap̄.x

Isti ſunt q̄ q̇ figuraliter in ſcripturis ſanctis amfoterodexioi id ē ābidextri nūcupāť· vt ille aoth in libro iudicum fuiſſe deſcribitur· q̇ vtraqꝫ manu vtebatur ꝓ dextera. Quā ꝯtutē

ita poterimꝰ nos quoqꝫ intellectualit̾
poſſidere· ſi ea q̄ ꝓſpera ſunt dexteraqꝫ
cenſent̾·et ea que ꝯ̨diuerſa ſunt ac ſini⸗
ſtra dicunt̾· bono rectoqꝫ vſu ad partē
fecerimꝰ dexterā ꝑtinere·vt q̄cūqꝫ fue⸗
rint illata fiant nob̄ ſm̄ apl̄m arma iu⸗
ſticię· Duabꝫ nāqꝫ partibꝫ(⁊ vt ita dix
erim manibꝫ) interiorem hoīem noſtrū
ſubſiſtere ꝑuidemus:nec q̇ſq̄ꝫ ſanctorū
carere hac ſiniſtra quā dicimꝰ pōt·ſ꜔ in
hoc ꝟtus ꝑfecta diſcernit̾· ſi vtrāqꝫ in
dextrā bn̄ vtendo cōuertat. Et vt ma⸗
nifeſtius hoc quod dicimus poſſit itel⸗
ligi· habet vir ſanctꝰ dexterā ſucceſſus
videlic꜔ ſpiritales·in qua tunc cōſiſtit·
qn̄ feruens ſpū deſiderijs et ꝯcupiſcen⸗
tijs omībꝫ dn̄atur · qn̄ ab omī diaboli⸗
ca impugnatiōe ſecurus abſqꝫ vllo la⸗
bore ac difficultate vicia carnis vel re⸗
ſpuit vel abſcidit· cū ſublimatꝰ a terra
vniuerſa preſentia atqꝫ terrena : velut
inanem fumū vmbrāqꝫ vacuā ꝯtēpla⸗
tur·et mox tranſitura contemnit cū fu⸗
tura ꝑ exceſſum mentis· nō ſolū arden⸗
tiſſime concupiſcit: verūetia꜔ clariꝰ in⸗
tuetur·cū efficacius ſpiritalibꝫ paſcitur
theorijs·cum lucidius ſibi reſerari con⸗
ſpicit celeſtia ſacramenta: cū orationes
purius atqꝫ alacrius emittit ad dn̄m·
cū ita ſpūs ardore ſucceſus ad ea que
inuiſibilia ſunt et eterna tota animi ala⸗
critate tranſmigrat· vt nequaq̄ꝫ ſe iam
credat in carne cōſiſtere. Habet ſimiliter
et ſiniſtrā cum temptatōnum turbinibꝫ
implicatur:cū ad deſideria carnis incē
tiuorum eſtibꝫ inflammat̾·cū ad iracū⸗
die feruorem ꝑturbationū igne ſuccen⸗
ditur. cū ſuperbie ſeu cenodoxie elatōe
pulſatur·cū triſticia morte operāte de⸗
ꝓmitur·cū machinis accidie et īpugna
tione ꝯcutit̾·cūqꝫ oī ſpiritali feruore ſb
tecto q̇dā tepore atqꝫ irratōnabili mero
re torpeſcit : vt nō ſolū cogitatōībꝫ rect̄
ac feruentibꝫ deſeratur:ſed etiā pſalmꝰ
orō· lectio· remotio celle ſimil̾ horreant:⁊
ītolerabili quodā tetroqꝫ faſtidio vni⸗
uerſa ſordeant inſtrumēta virtutum· q̇

bus cū pulſat̾ monachus ſiniſtris ꝑti⸗
bus ſe cognoſcat vrgeri . Quiſq̇s igit̾
in ill̾ que dextre partī eſſe ꝓdiximꝰ minime
fuerit ſubintrāte glīa vanitatis elatus
⁊ in iſtis que ſiniſtre ꝑtis ſunt viriliter
dimicās: nulla deſperatōe ꝯciderit· ac
potius de cōtrarijs arma quedā patię
ad exercitiū ꝟtutis aſſumpſerit. vtraqꝫ
manu vtetur ꝓ dextra·⁊ in vtroqꝫ actu
triūphator effectꝰ tam de ſiniſtro ſtatu
q̄ꝫ de dextro palmā victorię conſequet̾
Qualē btm̄ iob legiꝰ meruiſſe· q̇ vtiqꝫ
ꝑ dexterā coronabat̾ qn̄ ſeptē filiorꝝ pr̄
opulentus ac diues incedens quotidia
na ꝓ eorū purificatōe ſacrificia dn̄o of
ferebat· nō tā ſibi eos q̄ꝫ deo ſuſceptos
ac familiares cupiēs exhibere qn̄ ianua
eius oī aduenienti patebat· qn̄ erat pes
claudorꝝ:et oculus cecorꝝ · qn̄ de velleri
bus ouiū eius humeri calefiebāt infir⸗
morum· qn̄ erat orphanorꝝ pater et vir
viduarū· qn̄ nec in corde quidē ſuo ſuꝑ
inimici ſui ruina gauiſus eſt. Idēqꝫ rur
ſus ꝑ ſiniſtrā partem ſublimiore ꝟtute
de aduerſitatibꝫ triūphabat· cū ſeptem
filijs vno orbatus momēto : non vt pa
ter acerbo luctu cōficiebat̾·ſed vt verus
dei famulus ſuꝑ creatoris ſui volūtate
gaudebat cū ex locuplete paupermꝰ:
nudus ex diuite: ex valido tepidus : ex
inclyto et glorioſo ignobilis atqꝫ deſpe
ctus·incorruptam animi fortitudinē re
tentabat. Cū deniqꝫ omī ſubſtātia atqꝫ
opibꝫ deſtitutus ſterquilinij erat factus
habitator·⁊ velut q̇da꜔ corporꝭ ſui ſeue
riſſimus carnifex teſta radebat ſaniē ꝓ⸗
fluentem· atqꝫ ex omī parte mēbrorꝝ gle
bas ꝟmium merſis in ꝓfunda vulnerꝝ
digitis detrahebat. In q̇bus cunctꝭ in
nullā deſperando ꝓlapſus eſt blaſphe⸗
miam·nec aduerſus creatorē ſuū in ali⸗
quo murmurauit·quinimo neq̄ꝫ tan⸗
ta temptationum mole atqꝫ acerbitate
cōterritus·ipm̄ quoqꝫ qđ ex oī priſtina
facultate ſuo corpori ſuꝑfuerat indumē
tum qđqꝫ ſolū q: ipo veſtiebat̾· a diabo
li potuerat vaſtatiōe ſaluari· reſcīdens

atq; abijciens adiecit ſup illã quã du‑
riſſimus predo intulerat ſpontaneã nu‑
ditatem. Comã quoq; capitis: que ſo‑
la de priorũ glorie reliquijs intacta remã‑
ſerat: vexatori ſuo ꝓiecit abſciſam. ⁊ am‑
putans etiã id qđ ſeuiẽs reliquerat ini‑
micus. illa celeſti aduerſus eum voce tri‑
pudiat ⁊ inſultat. Si bona ſuſcepim⁹
de manu domĩ: mala nõ ſuſtinebimus?
Nudus egreſſus ſum de vtero matris
mee: nudus reuertar illuc. Domin⁹ de‑
dit dñs abſtulit: ꝗ̃ dño placuit ſic fa‑
ctum eſt. ſit nomen domini benedictum.
Ambidextrũ merito dixerim et ioſeph.
q̇ in ꝓſperis gratior patri: religioſior fra‑
tribus: acceptior deo. in aduerſis cauſis
domĩo fidelis. carcerũ mitiſſimus vinctꝰ.
iniuriarũ immemor. beneficus inimicis
inuidis ⁊ ꝗ̃tum in ipĩs fuit interfectori‑
bus fratribꝫ nõ ſolũ pius: ſꝫ etiã muni‑
ficus inuenit. Hi ergo corũq; conſimi‑
les recte .i. ambidex‑
tri nuncupãt. vtraq; enĩ manu vtũtur
ꝓ dextra. ⁊ inter hec que apłus dinume‑
rat tranſeuntes parit dicũt. Per arma
iuſticie que a dextris ſunt et a ſiniſtris. ꝑ
gloriam et ignobilitatem. ꝑ infamiã et
bonam famam ⁊c. De qua dextra vel ſi‑
niſtra ita ſalomon ex ꝑſona ſponſe loq‑
tur in cantico canticoꝝ. Leua eius ſb ca‑
pite meo. ⁊ dextera eius amplexabit me
Quas licet vtraſq; vtiles eſſe ſignificet
tñ illam ſub capite ſuo ponit. q: ſubiace‑
re debẽt aduerſe ꝑtes ꝓncipalitati cor‑
dis. Ad hoc ſiquidem tñ vtiles ſunt: vt
ꝓ tempore nos exerceant ⁊ erudiãt ad ſa‑
lutem. ac ꝑfectos ad patientiã reddant
dexterã vero ad confouendam ſe ac ꝑpe‑
tuo conſeruandã ſalutari amplexu ſpõ‑
ſi ſibimet coerere: atq; inſolubiliter ei
optat innecti. Erimus igitur ambidex‑
tri. qñ nos quoq; rerũ preſentiũ copia
vł inopia non mutarit. ⁊ nec illa nos ad
voluptates noxie remiſſionis impulerit
nec iſta ad deſperatõem attraxerit ⁊ que‑
relã. ſed ſimilit deo grates in vtroq; re‑
ferentes parem fructum de ſcđis aduer‑
ſiſq; capiamus. qualem ſe ille ver⁹ am‑
bidexter doctor gentiũ fuiſſe cõſecutum
teſtatur dicens. Ego enĩ didici in quibꝫ
ſum ſufficiens eſſe. ſcio ⁊ humiliari. ſcio
et abũdare. vbiq; et in omnibus inſtitu‑
tus ſum. ⁊ ſaturari et eſurire: ⁊ abũdare
et penuriam pati. omnia poſſum in eo q̇
me confortat.

## De duplici genere tẽptationũ ꝗ̃ triplici mõ inferuntur. Ca. xi.

Ergo licet dixerim⁹ bipartitam
eſſe temptatõnem. id eſt in rebꝫ
vel ꝓſperũ vel aduerſis. ſciendũ
eſt tñ omẽs hoĩes triplici rõne temptari
Pleruq; ob ꝓbatõnem: nonnunꝗ̃ ob
emendatõem. interdũ ob merita delicto‑
rum. Et ob ꝓbatõẽ q̇dẽ. vt btm̃ abraã
vt iob multoſq; ſanctorũ: tribulatõnes
innumeras legim⁹ ꝑtuliſſe. vel illud qđ
in deuteronomio dicit ad populum per
moiſen. Et recordaberis cũcti itineris illi⁹
ꝑ quod adduxit te dñs deus tuus q̃dra‑
ginta annis ꝑ deſertum: vt affligeret te
atq; temptaret. et nota fierent que ĩ tuo
animo verſabantur. vtrũ cuſtodires mã‑
data illius an nõ. ⁊ illud quod in ps. dĩ
ꝓbaui te apud aquam contradictõnis.
Ad iob q̊ꝫ. An putas me tibi aliter locu‑
tum: ꝗ̃ vt appareres iuſtus? Ob emẽda‑
tõem vero cũ iuſtos ſuos ꝓ paruis qui‑
buſdã leuibuſq; peccatis. ſeu pro elatõe
ſue puritatis humilians diuerſis tem‑
ptatõnibus tradit: vt omnem ſordẽ co‑
gitatõnum. ⁊ vt verbis ꝓphete dicã: ſco‑
riam quã in occultis eorũ ꝑuidet eſſe cõ‑
cretã excoquẽs in ꝑſenti: velut aurũ pu‑
rum futuro trãſmittat examini. nihil in
eis reſidere ꝑmittẽs qđ ſcrutãs. poſt hec
iudicij ignis penali cruciatu expurgatu‑
rus inueniat. ſcḋm illud. multe tribulatõ‑
nes iuſtorũ. ⁊ fili. noli negligere diſcipli‑
nam dñi: neq; fatigeris dũ ab eo increpa‑
ris. quẽ enĩ diligit dñs corripit. flagel‑
lat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit. q̇s enĩ eſt
fili⁹ quẽ nõ corripit pr̃? Q: ſi extra diſcipli‑
nam eſtis cui⁹ participes facti ſunt oẽs.
ergo adulterini ⁊ nõ filij eſtis. ⁊ in apoc‑

ego q̄s amo arguo ⁊ caſtigo Ad q̊s etiā
ſb̄ figura hierl̄m ex pſōa dei p̱ hieremiā
ſmo dirigit. Faciā enī ꝯſūmationē in
oīb⁊ gentib⁊ in quib⁊ diſpſi te. te aūt nō
faciā in ꝯſūmationē: ſed caſtigabo te in
iudicō: vt nō tibi videar innoxi⁹. Pro
qua ſalutari emendatōe orat dauid di-
cens. Proba me dñe ⁊ tēpta me: vre re
nes meos ⁊ cor meū. yſaias q̊ꝫ vtilitatē
hui⁹ temptatōnis intelligēs. corripe in
quit nos dñe. verūtā in iudicio ⁊ nō in
furore tuo. Et iteꝝ. Cōfitebor tibi domi
ne q̄m irat⁹ es mihi: conuerſus eſt furor
tu⁹ ⁊ cōſolatus es me. Pro merito autē
peccatoꝝ plaga temptationis inſert: vt
ibi plagas pp̄lo iſraeli immiſſurū ſe do-
min⁹ cōminat dicens. dentes beſtiaruꝫ
immittā in eos cuꝫ furore trahentiū ſup
terrā. ⁊ fruſtra p̱cuſſi filios veſtros diſci
plinā nō recepiſtis. In pſalmis quoqꝫ
Multa flagella peccatoꝝ Et in euang̊.
Ecce ſanus factus es. iam noli peccare
ne deteri⁹ tibi aliq̇d contingat. Inueni
mus ſane et q̄rtam ratōꝫ: qua ob mani
feſtandā ſolūmō gl̄am ⁊ op̱a dei inferri
quibuſdā aliquas paſſiones ſcriptura
rum auctoritate cognoſcim⁹. ſm̄ illud
euang̊. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parētes
eius: ſed vt manifeſtent op̱a dei in ipſo.
Et iteꝝ. Infirmitas hec nō eſt ad mortē
ſed p̱ gl̄a dei: vt glorificet filius dei per
ipſam. Sunt aūt ⁊ alia vltionū genera:
quib⁊ nōnulli q̇ malicie ſup̱greſſi ſūt cu
mulū p̱cutiunt ad p̄ns. vt dathā ⁊ abi-
ron ſiue chore legim⁹ fuiſſe damnatos.
⁊ vl̄ maxime illos de quib⁊ aplus dicit.
Propter q̄d tradidit illos de⁹ ī paſſio
nes ignominie. ⁊ in repbum ſenſum. q̄d
etiā ceteris penis grauius iudicādū eſt.
De ip̄is nāqꝫ pſalmiſta. In laborib⁊ in
quit hoīm non ſunt. ⁊ cū hoīb⁊ non fla-
gellabunt. Non enī merent ſalutari vi
ſitatōe dñi: nec temporalib⁊ plag̊ conſe
qui medicinā: q̇ deſperātes ſemetipſos
tradiderūt impudicicie: in opatōeꝫ oīs
erroris in immundiciaꝫ. quiqꝫ obdura
tione cordis ⁊ vſu ac frequētia deliquē

di purgationē breuiſſimi hui⁹ eui ⁊ vl-
tionē vite preſentis excedūt. Quib⁊ p̱ pro
phetā ſermo diuinus exprobrat. ſubuerti
vos. ſicut ſubuertit deus ſodomā ⁊ go-
morrā. ⁊ facti eſtis ſic torris rapt⁹ de incē
dio. ⁊ nec ſic rediſtis ad me: dicit domi⁹.
Et hieremi. Interfeci ⁊ p̱didi pp̄lm meū
⁊ tñ a vijs ſuis nō ſunt reuſi. Et iterum
Percuſſiſti eos ⁊ nō doluerūt. attriuiſti
eos ⁊ renuerunt accipe diſciplinā. indu
rauerūt facies ſuas ſup̱ petrā: noluerūt
reuti. Erga quoꝝ curatōꝫ oēꝫ tp̱is iſti⁹
medicinā vidēs p̱pheta incaſſum fuiſſe
ꝯſumptā: deſperās q̊dammō iā de eorū
ſalute p̱clamat. Defecit ſufflatoriuꝫ in
igne: fruſtra ꝯflauit ꝯflator. malicie enī
vrē nō ſunt ꝯſūpte. argentū repbuꝫ vo
cate eos. q2 dñs p̱iecit illos. Hāc ſalu-
tatē ignis purgatōꝫ circa eos q̇ p̄durati
ti ſunt ſcelerib⁊ ſuis inanit ſe dñs adhi-
buiſſe ſub pſōa hierl̄m ꝯcrete p̱fūda ru
bigine pctōꝝ ita conq̄rit. Pone in q̇ēs
ollā eneā ſup̱ prunas vacuam vt icale-
ſcat. ⁊ liquefiat es ei⁹. ⁊ cōflet in medio
ei⁹ inquinamentū ei⁹. mlto labore ſuda-
tum eſt. ⁊ non exiuit de ea nimia rubi-
go ei⁹ neqꝫ per ignē immūdicia tua exe-
crabil. q2 mūdare te volui: ⁊ nō es mun
data a ſordib⁊ tuis. Quobrem vt p̱itiſſi-
mus medic⁹ expenſis oīb⁊ ſalutarib⁊ cu
ris: nec vlluꝫ iam remedij gen⁹ q̄d infir
mitati eoꝝ poſſit aptari dñs ſupeſſe cō-
ſpiciēs: quodammō iniquitatū magni-
tudīe ſuperat. ac diſcedere ab illa clemē
ti ſua caſtigatione ꝯpellit. itaqꝫ ei denū-
ciat dicēs. Iam nō iraſcar tibi. ⁊ zelus
me⁹ receſſit a te. De alijs v̄o quorū non
p̱reduraūit cor frequētia pctōꝝ. nec illa
ſeueriſſima (⁊ vt ita dixerim) cauſtica ig
nis idigēt medicina. ſed eruditō ſaluta-
ris v̄bi ſufficit ad ſalutē. dicit. Emēda
bo eos in auditu tribulatiōis ſue. Non
ignoramus alias q̊ꝫ animaduerſiones
ſiue vltionū cauſas que inferunt his q̇
grauiſſime deliquerūt. nō ad expianda eo
rum crimīa: nec ad abolenda merita pec
catoꝝ. ſꝫ ad emendatōꝫ metūqꝫ vinctiū

q̃ euidẽt in hieroboã filiũ nabath baaſa q̃ꝫ filiũ achia ꝛ achab atq̃ ieꝫabel. illata cognoſcim⁹· ita ꝓnũciãte diuina cẽſura Ecce·ego īducã ſup te malũ ꝛ demetã poſteriora tua·ꝛ iterficiã ď achab mingentẽ ad pietẽ·ꝛ clauſũ ꝛ nouiſſimũ in iſrl̃·ꝛ dabo domũ tuã ſicut domũ hieroboã filij nabath·ꝛ ſic domũ baaſa filij achia. q̃ꝛ egiſti vt me ad iracundiam ꝓuocareſ·ꝛ peccare feciſti iſrl̃. canes etiã comedẽt ieçabel in agro ieçrabel·ſi mortu⁹ fuerit achab in ciuitate·comedent eũ canes·ſi aũt mortu⁹ fuerit in agro·comedent eũ volucres celi. Et illud qđ ꝓ īgenti cõminatõe denunciat᷑. Nõ inferetur cadauer tuũ in ſepulchrũ patrũ tuorum·nõ quo vel illius tã ꝓfana cõmẽta qui vitulos aureos ad ꝑpetuã ꝑuaricationem plebi impiamq̃ꝫ a dño ſepatõnẽ ꝑmus inſtituit: vel illoꝝ tam innumeratãq̃ꝫ nepharia ſacrilegioꝝ crimĩa hꝯ excoquere breuis ac momẽtanea pena ſufficeret·ſꝫ vt ceteris q̃ꝫ q̃ futura vl̃ negligentes vel penit⁹ nõ credentes·ꝯſideratione tm̃mõ ꝑſentiũ frangebant᷑·terroꝛ iſtarũ q̃s metuebant vltionũ incuteret᷑ exemplo·nec apud illã ſũmi noĩs maieſtatem eſſe humanarũ reꝝ et quotidiãe diſpenſatõis incuriã documẽto hui⁹ ſe ueritatis agnoſcerẽt·ac retributorẽ deũ cunctorũ actuũ ꝓ hec q̃ grauiſſime formidabãt manifeſtius peruiderẽt. Inuenimus ſane etiã ꝓ leuioribꝫ culpis non nullos eandẽ mortis ad ꝑſens excepiſſe ſentẽtiã q̃ ſunt ꝛ illi puniti q̃s ꝑdixim⁹ extitiſſe ſacrilege ꝑuaricatõis auctores vt factũ eſt in illo qui ſabbato ligna collegerat·vel in anania et ſaphira qui parum quidem de ſubſtantia ſua infidelitatꝭ errore ſeruauerant: non qꝑ equalia fuerint põdera peccatoꝝ·ſꝫ q̃ꝛ repti noue tranſgreſſionis ꝑſumptores debuerunt ꝑbẽre ceteris quemadmodũ peccati·ita etiã pene ac terroris exemplum: vt q̃ſq̃s eadẽ deinceps affectare temptaſſet: noſſet ſibi ſꝫm eandem formã qua illi damnati ſunt·etiã ſi in ꝑſenti ſuppliciũ differat᷑ in futuri iudicij examinatione reddendũ. Et q̃ꝛ videm̃ exceſſum quendã duo genera temptationũ vel vltionũ ꝑcurrere volumus a ꝓpoſita narratione feciſſe q̃ dicebam⁹ virũ ꝑfectũ in vtraq̃ꝫ temptatõe manere ſemper immobilẽ·ad eandem nunc iterũ reutam̃.

## Quomõ vir iuſtus non cere ſꝫ adamãtino ſignatorio debeat eſſe conſimilis. Cap. xij.

Itaq̃ꝫ mens viri iuſti nõ debet eſſe ſimil᷑ cere vel alteri⁹ cuiuſq̃ꝫ materie mollioris· q̃ ſꝑ caracteri ſignãtiũ cedẽs ꝓ eius forma atq̃ꝫ imagie figurat᷑·quãq̃ꝫ in ſe tam diu retinet donec alio rurſus ſupimpreſſo ſignaculo reformet᷑. atq̃ꝫ ita fiet vt nunq̃ꝫ in ſua q̃litate perſiſtens ad formã coꝝ que imꝑmunt᷑ ſꝑ cõmutat᷑ ac tranſeat·q̃n poti⁹ debet velut qđdam eſſe adamantinũ ſignatoriũ vt inuiolabilẽ mens nr̃a figuram ſui ſꝑ cuſtodiens caracteri vniuerſa q̃ incurrerint ſibi ad q̃litatẽ ſui ſtat⁹ ſignet atq̃ꝫ trãſformet·ipſa vero inſigniri nullis incurſibus poſſit.

## Interrogatõ ſi poſſit mens in vna atq̃ꝫ eadẽ qualitate iugiter durare. Ca. xiij.

Germanus. Poteſt ne mens noſtra vnũ ſtatũ iugiter retinere·ꝛ in eadẽ ſꝑ q̃litate perſiſtere:

## Reſponſio ad interrogantis propoſitionem. Cap. xiiij.

Theodorus· Neceſſe eſt vt ſꝫm aplm̃·aut renouat⁹ q̃s ſpũ mentis ſue ꝑ ſingulos dies ꝓficiat ad ea ſeq̃ in ante ſunt ſꝑ extendens aut ſi neglexerit cõſequens eſt vt retro redeat atq̃ꝫ in deteri⁹ relabat᷑. Et idcirco nullo mõ mẽs poterit in vna atq̃ꝫ eadẽ q̃litate durare·velut ſi q̃s ꝯ aquas fluminis violenti nauẽ ſubigere remorũ impulſione conet᷑·neceſſe eſt eũ aut virtute brachioꝝ torrentis aluei impetũ deſecãtẽ ad ſupiora cõdeſcẽdere. aut remiſſis manibꝫ ad ꝑceps prono amne reuocari Quapropter iſtud erit euidẽs nr̃i iudiciũ

detrimēti· ſi intellexerim⁹ nos nihil amplius acquiſiſſe nec dubitem⁹ retrorſuꝫ nos omnimodis reuocatos ꝙ die nō ſenſerim⁹ ad ſupiora progreſſos· qꝛ vt dixi nec in eodē ſtatu mens hōis pōt iugiter permanere· nec in hac carne cōſiſtēs ita ꝟtutū apicē poſſidebit ꝗſqꝫ ille ſctoꝝ vt immobil' ꝑſeueret. Neceſſe eſt eni aut aliqd adijci illis ſꝫ aut minui· nullaqꝫ i oī creatura tal' poterit eſſe ꝑfectio ꝙ mutabilitati nō ſubiaceat paſſioni· ſm illd qd in libro beati iob legit'. Quid eſt hō vt immaculat⁹ ſit ꝛ iuſt⁹ appareat nat⁹ de muliere: Ecce inter ſanctos ei⁹ nemo immutabil' ꝛ celi nō ſunt mūdi in ꝯſpectu ei⁹. Solū nāqꝫ deū immutabilē confitemꝛ quē tm̄mō ſancti illius ꝓphete ita ꝯpellat oro Tu aūt idē ipe es. Et ipe d ſe Ego ſū inqt de⁹ ꝛ nō mutor· qꝛ ſcꝫ ipſe ſit ſolus naturalit' ſꝫ bon⁹: ſꝫ plen⁹ ſpqꝫ ꝑfect⁹· cui nihil nec adijci poſſit aliqn nec minui. Ideoqꝫ debem⁹ ad ꝟtutū ſtudia irremiſſa cura ac ſolicitudie nōſmetipſos ſꝫ extendere. ipſiſqꝫ nos iugit' exercitijs occupare· ne ceſſante ꝑfectu ꝑſeſtim diminutō ſubſequat'. Ut eni diximus: in vno mēs eodem qꝫ ſtatu manere non ꝑualet. i. vt nec augmenta ꝟtutū capiat nec detrimenta ſuſtineat. Nō acqſiſſe em̄ eius minuiſſe eſt· qꝛ deſinēs ꝑficiēdi a ꝑpetit⁹ nō aberit a piculo recedendi

## Qd detrimentū ſit diſcedentis e cella. Cap. xv.

Ideoqꝫ iugis cellē cōmoratio retentanda eſt: Tonēs ei etiaꝫ reuſtis qs velut nouus in ea et incipiens habitatoꝛ titubabit atqꝫ turbabit'· quotiēs ab eadem fuerit euagat' Illā nanqꝫ quā in cella reſidens acquiſierat animi intētioꝫ ſi fuerit relaxata: recuperare rurſus non ſine labore poterit ac dolore· ꝛ ꝑ h reductus retro non de amiſſo cogitabit ꝑfectu quē ſupadijcere potuit· ſi e cella non fuiſſet excurſus· ſed gaudebit potius ſi illū ſtatū de quo recidit ſemetipm ſenſerit recepiſſe. Nam ſic amiſſum ac preteritū tps vlteri⁹ reuocāri non pōt: ita ne illa qdem ꝗ pierūt poſſunt emolumēta reſtitui. Quātūlibꝫ eni poſt hec animi intentio fuerit opata· inſtanti· dici ꝑfectus ꝛ ꝑſenti tpis queſtus eſt non lucri ſemel perditi reparatio.

## De mutabilitate etiam ſupnaruꝫ celeſtiumqꝫ virtutū. Ca. xvi.

Mutabilitati aūt etiā ſupernas poteſtates vt dixim⁹ ſubiacere declarāt illi qui de eoꝝ numero corrupte voluntatis vicio corruerūt. Unnqꝫ illi immutabil' nature eſſe putandi ſunt q in illa qua creati ſunt beatitudine ꝑſeuerāt· eo qꝫ incontrariā ꝑtem nō fuerūt ſimilit' depuati. Aliud nāqꝫ ē immutabil' nature eſſe· aliud ꝟtutis induſtria boniqꝫ cuſtodia ꝑ immutabilis dei grām nō mutari. Quicqd em̄ per diligentiā vel acqrit' vel tenet': pōt etiā per negligentiā depire Ideoqꝫ dicit' ne beatifices hoīem añ exitū ſuūꝫ· qꝛ videlicet adhuc in colluctatōne qs (ꝛ vt ita dixerim) ſcemate cōſtitut⁹· qꝛuis vincere ſoleat: ac freqūtes palmas victorie cōſequat' nō pōt tn̄ a metu ac ſuſpitōne incerti ꝓuentus eſſe ſecur⁹. Et idcirco de⁹ ſolus immutabil' vel bonus dr: qui bonitatem nō induſtrie ſtudio ſꝫ naturalit' poſſidēs nō pōt aliud qd eſſe qꝫ bonus. Nulla igit' ꝟtus pōt immobilit' ab homine poſſideri ſed vt parta iugit' teneatur· neceſſe eſt eā ſꝫ illa qua acquiſita eſt ſedulitate atqꝫ induſtria cuſtodiri.

## Q nemo ruina ſubitanea collabatur. Cap. xvij.

Lapſus ꝟo quiſpiā neqꝫ ſubitanea ruina corruiſſe credēd⁹ eſt· ſꝫ aut ꝑue inſtitutōnis deceptus exordio aut per longā mētis incuriam paulatī ꝟtute animi decedēte· ꝛ ꝑ h ſenſim vicijs increſcentib⁹ caſu miſerabili ꝯcidiſſe. Añ ꝯtritionē em̄ ꝑcedit iniuria ꝛ añ ruinā mala cogitatio: quēadmodū dom⁹ nūqꝫ ſubitaneo ad ruinam ꝯcūbit impulſu· niſi aut antiq vicō fundameti aut lōga inhabitantiū deſidia ſtillicidijs ꝑmum paruiſſimis penetrari

tibꝫ corrupta ſenſim fuerit munimenta tectoꝝ· quibꝫ ꝑ vetuſtā negligentiā .i. maiorem modū patefactꝭ atqꝫ collapſis riuatim poſt hec influet pluuiaꝝ imbriūqꝫ tempeſtas. In pigricijs eni͂ humiliabit͛ cō tignatio· ⁊ in ſegnicie manuum ſtillabit dom⁹. Quod aīe ſpiritalit͛ euenire idē ſalomon alijs verbis ita deſignat. Stillicidia in quens eijciūt hoīem in die hyemali de domo ſua. Elegant͛ ergo mentꝭ incuriaꝫ domati ꝯparauit tectoqꝫ neglecto· ꝑ quaꝫ ꝑmo quidem velut minutiſſima quedam penetrātꝭ ad aīaꝫ ſtillicidia paſſionum· que ſi velut parua ac leuia negligant͛ corrūpunt tigna virtutū· ⁊ poſt hec influit imbre largiſſimo viciorū ꝑ que in die hyemali .i. in tꝑe tēptatiōis ingruēte impugnatione diaboli expellet͛ mens de habitatione virtutū in qua ſcꝫ aliquādo circūſpectā diligentiā retinens velut in domo ꝓprie poſſeſſionis requieuerat. Hiis itaqꝫ cō ꝑquā infinitā ſpiritual͛ cibi ꝑcepim⁹ voluptatē. ita vt ex hac collatōe maiore animi gaudio replerem͂ qꝫ ante triſticia ſuper nece ſanctoꝝ fueram⁹ affecti. Nō ſolū enim de quibus heſitabam⁹ edocti ſum⁹: verū etiā illa que ꝓ tenuitate ſenſus noſtri minus inquirere non eramus: ſub illius queſtionis interrogatione cognouimus

**Explicit collatio abbatis theodori. Incipiūt capitula collatōnis prime abbatis Sereni.**

**Capitulum primum.**

De caſtitate abbatis Sereni.

ij Interrogatio predicti ſenis ſuꝑ ſtatu cogitatōnū nr̄aꝝ

iij Reſpōſio ſnr̄a ſuꝑ aīe mobilitate·

iiij Diſputatio ſenis de ſtatu aīme ac virtute eius.

v De perfectione aīe ad ſimilitudinem euangelici centurionis aſſumpte.

vi De ꝑſeuerantia erga cogitationum cuſtodiam.

vij Interrogatio de mobilitate anime ⁊ impugnatione nequitiaꝝ celeſtiū.

viij Reſponſio ſuper adiutorio dei ⁊ liberi arbitrij poteſtate

ix Interrogatio ſuper anime ac demonum coniunctione·

x Reſponſio in queꝫ modum ſpūs immūdi humanis mentibꝫ copulantur

xi Obiectio vtrū poſſint ſpūs īmūdi eoꝝ quos ſuppleuerit aīabꝫ īſeri l͛ vniri

xij Reſponſio quemadmodum energuminis immundi ſpiritus dominent͛·

xiij Quod ſpiritus ſpiritui penetrabilis eſſe non poſſit· ſed incorporeo ſoli deo.

xiiij Obiectio qua demones credi debeant cogitationes hominum peruidere

xv Reſpōſio quid poſſint demones in cogitationibꝫ hoīm quid ve nō poſſint.

xvi Similitudo qua ſpūs immundi cogitationes hoīm doceant͛ agnoſcere.

xvij De eo qꝫ nō ſinguli quiqꝫ demones vniuerſas homībꝫ ingerāt paſſiōes

xviij Interrogatio an inter demones impugnationis ordo ac viciſſitudīs diſciplina ſeruetur.

xix Reſponſio in quēmodū ꝯcio demonū ſuꝑ viciſſitudīs īpugnatōe ſubſiſtat

xx De eo qꝫ non ſint vnius fortitudinis contrarie poteſtates· nec temptandi facultas in eorum ſit arbitrio collocata

xxi De eo qꝫ demones cum hominibus non ſine ſuo labore confligant

xxij De eo qꝫ non ſit poteſtas nocēdi in arbitrio demonum collocata.

xxiij De imminuta demonū poteſtate

xxiiij Qua rōne demones ſibi in eorū corpora quos arrepturi ſunt aditū parent

xxv De eo qꝫ miſerabiliores ſint hi qui vicijs qꝫ qui ipīs demonibus poſſidēt͛.

xxvi De nece ꝓphete ſeducti ⁊ infirmitate abbatꝭ pauli quā ꝓ ſua emūdatiōe promeruit.

xxvij De temptatione abbatis moyſi

xxviij De eo qꝫ ſperni non debeant hi qui ſpiritibus traduntur immundis

xxix Obiectio cur hi qui ſpiritibꝫ vexantur īmūdis a cōmuniōe dn̄ica ſepāt͛.

xxx Reſponſio ſuꝑ ꝓpoſita queſtiōe

xxxi De eo qꝫ miſeri ſint hi qui ſubdi temporalibꝫ iſtis temptatōibꝫ nō meret͛

xxxij De diuerſitate ſtudiorū ac volū

tatũ que in aereis poteſtatibꝫ exercẽtur.
xxxiij Interrogatio vnde differẽtia nequitiarum celeſtium tanta proceſſerit.
xxxiiij Dilatõ ſup abſolutõne propoſite queſtionis.

**Expliciunt capitula. Incipit collatio prima abbatis Sereni de anime mobilitate et ſpiritalibus nequitijs. Cap. i.**

Summe ſanctitatis ⁊ continẽtie viri nominiſqꝫ ſui ſpeculuꝫ abbatẽ Serenuꝫ quẽ ſingulari ſumus venerati: he p̃ceteris ammirati ſtudioſoꝝ mentibꝫ inſinuare cupiẽtes· alit͛ arbitramĩ deſideriũ nr̃m nos explere nõ poſſe· quã ſi collatões ei⁹ nr̃is libell͛ temptauerim⁹ inſerere. Cui ſup̃ oẽs ꝟtutes q̃ nõ ſolũ in ei⁹ actu vel moribꝫ: ſꝫ etiam in ipo vultu p dei grãm refulgebãt. ita eſt peculiari bñficio donũ caſtitatꝭ infuſum· vt etiã ſe ne ipis qdeꝫ naturalibus incẽtiuis inqetari vel in ſopore ſentiret. Ad quã tñ carnis p̃cipuã puritatẽ quẽadmodũ grã· dei ammiculante peruenerit· qm̃ ſup̃ ꝯditioneꝫ nature videt͛ eſſe hũane. neceſſariũ reoꝛ p̃mit⁹ explicare.

**Interrogatio p̃dicti ſenis ſup ſtatu cogitationũ noſtrarum. Ca. ii.**

Hic igit͛ ꝓ interna coꝛdis atqꝫ aĩe caſtitate nocturniſ diurniſqꝫ p̃cibꝫ· ieiunijs qꝫ ac vigilijs infatigabilit͛ inſiſtens, cũ vidiſſet orõnuꝫ ſuaꝝ obtinuiſſe ſe vota· cunctoſqꝫ eſt⁹ in coꝛde ſuo ꝯcupiẽe carnal͛ extictos· velut ſuauiſſimo guſtu puritatꝭ accẽſus· in maioꝛẽ ſitĩ ꝫelo caſtitatꝭ exarſit· ⁊ intentioꝛibꝫ cepit ieiunijs atqꝫ obſecratõibꝫ incubare· vt moꝛtificatõ paſſionis h⁹ q̃ interioꝛi hoĩ ſuo dono dei fuerat attributa· ad exterioris hoĩs etiã puritatẽ eaten⁹ ꝑueniret· vt ne ipe qdẽ vel illo ſimplici ac naturali motu q etiãꝫ in ꝑuul͛ atqꝫ lactẽtibꝫ excitat͛ vlteri⁹ pulſaret· indepti ſcꝫ muneris experimẽto qd ſe nouerat nõ laboꝝ merito ſꝫ dei grã ꝯſecutũ ardẽti⁹ aĩmat⁹· ad h̃ qꝫ ſiliꝛ obtinẽdũ credẽs m͛lto facili⁹ hos ſtimulos carniſ radicit⁹ deũ poſſe ꝯuellere qs etiã humãe artis induſtria nõnũqꝫ ſolet qbuſdã pocul͛ vel medicamẽtꝭ ſeu ferri ſectõe detrahere· qñqdem illã ſpũs puritatẽ q ſublimioꝛ eſt· quãqꝫ ĩpoſſibile eſt hũano labore vel ſtudio ꝯp̃hẽdi ſuo munere ꝯtuliſſet· Cũqꝫ petitõi cepte ſupplicatiõe ingiac lachꝛymis ĩdefeſſus inſiſteret· adueniens ad eũ angel⁹ in viſiõe noct͛na ei⁹qꝫ velut apiens vteꝝ qndam ignitã carniſ ſtrumã de ei⁹ viſceribꝫ euellẽs ac ꝓijciẽſ ſuiſqꝫ oĩa vt fuerãt locis inteſtĩa reſtituens· ecce inqt incentiua carnis tue abſciſa ſunt· ⁊ obtinuiſſe te noueris hodierna die ꝑpetuã coꝛpois puritatẽ quã fidelit͛ popoſciſti. Hec de grã dei q in eorato viro peculiarit͛ attributa eſt breuit͛ dixiſſe ſufficiat. Ceteꝝ de ill͛ ꝟtutibꝫ q̃s cũ reliqs ſũmis viris cõit͛ poſſidebat· aliqd cõmemorari ſupfluũ puto· ne ſpẽal͛ ſupnoĩe hui⁹ iſta narratio alijs demere videat͛ id qd de ipo ſingularit͛ p̃dicatum fuerit. Hũc igit͛ ſummo deſiderio collatõis ei⁹ atqꝫ inſtitutõnis, accẽſi· diebꝫ q̃dragesime videre curauim⁹. Qui cũ a nob de q̃litate cogitationũ nr̃aꝝ ⁊ interioris hoĩs ſtatu trãſq̃liſſima cõpellatiõe q̃ſiſſet. vel qd nob ad ei⁹ puritatẽ tanti tpis heremi habitatio ꝯtuliſſet. his euꝫ q̃rimonijſ adoꝛſi ſum⁹:

**Reſpõſio noſtra ſup aĩe mobilitate Cap. iij.**

Supputatio tpm ac ſolitudĩs habitatio cui⁹ ꝯtẽplatõe coniicis interioris hoĩs ꝑfectõeꝫ nos ꝯſeq debuiſſe h̃ ſolũmõ ꝯtulit nob vt diſcerem⁹ qd eſſe neq̃am⁹· nõ tñ fecit eẽ qd eſſe ꝯtẽdim⁹· nec tñ aut deſiderate puritatꝭ fixã ſtabilitatem aut robur aliqd firmitatꝭ nos hac ſciã nouim⁹ aſſecutos. ſꝫ tñmmõ ꝯfuſionis aut pudoris augmẽta Etei cũ oĩm diſciplinarũ meditatio ad h̃ q̃tidianis ſtudijs exerceat͛ atꝫ ꝓficiat vt a trepidis rudimentꝭ ad ꝑitiã certam

ſtabileq; ꝑueniens incipiat noſſe q̄ pri-
mitus vel ambigue nouerat vel penitus
ignorabat. ⁊ firmo (vt ita dixerim) gradu
diſcipline q̄litate ꝓcedēs. pfecte in ea ac
ſine vlla iam difficultate verſet̃. econtra-
rio me in hui⁹ puritatis ſtudio laborātem
id ſolūmō ꝓfeciſſe reperio. vt ſciā q̄d eē
nō poſſim. nō tñ apprehendere valeā qd
me eſſe debere cognoui. ex q̄ nihil michi
aliud ſentio q̄ laborē tm̄ cordis contri-
tione ꝯferri. Uideo nāq; me hac obſer-
uātia nihil acq̄rere niſi dolorē inutilem
vt nūq; ſcʒ deſit materia lachrymarum
nec tñ eſſe deſinā qd eſſe nō debeo. Et id
circo q̄d ꝓfuit didiciſſe qd ſummū eſt. ſi
cognitū nequeat apprehēdi. Nam cum
directionē cordis ad deſtinatā ꝯtempla
tionē ꝯtendere ſenſerim⁹: inſenſibiliter
mēs inde reuoluta ad p̄ores euagatōes
impetu vehemētiori ꝓlabit̃. ⁊ ita quoti-
dianis diſtentōnib⁹ occupata innume-
ris captiuitatib⁹ inceſſant̃ abducit̃. vt
ꝓpemodū iam deſperet̃ a nob̄ deſidera
ta correctio ⁊ ſuꝑflua h̄ obſuatio videa
tur. Siq̄dem ꝑ mōmēta ſingula lubricis
diſcurſib⁹ anim⁹ euagat̃. cū ad timorē
dei vel ad ꝯtēplatōē reducit̃ ſpiritalē. ⁊
p̄uſq̄ firmet̃ i ea ruſ⁹ fugaci⁹ euaneſcit
Cūq; eū velut expgefacti deꝑhenderi⁹
ab intentiōe ꝓpoſita deuiaſſe atq; ad il-
lam theoriā vn̄ diſceſſerat reducētes vo
luerim⁹ eū tenaciſſima cordis intentōne
velut q̄buſdā vincul̄ obligare. in ipō co
natu nr̄o ocius q̄ anguilla de receſſib⁹
mentis elabit̃. ita vt hac intentōe mentis
laborē ſolūmō nō ꝓfectū nos arbitrem̄
aliquē eſſe conſecutos. Ob quā rem q̄ti-
dianis huiōi obſuatiōib⁹ eſtuātes. nec
tñ ex ipīs aliqd nr̄o cordi ſtabilitatis ro
bur acceſſiſſe cernētes. ad hāc opinionē
fracti deſperatōe trāſducim̄. vt nō nr̄o iā
ſʒ nat̃e viciō has aīe ꝑuagatōes hūano
generi ineſſe credam⁹. Diſputatio
ſenis de ſtatu aīe ac virtute eius

SErenus. Periculoſe C. iiij
p̄ſumptiōis eſt nec diū reb⁹ recte
diſcurſis nec certa rōe collecta.

de natura cuiuſlibʒ rei ꝓpropere defini
re ac de fragilitatis ſue conſideratione
cape ꝯiecturā. nō de ſtatu ⁊ q̄litate ipi⁹
diſcipline vel de alioꝝ expientia ꝓferre
ſententiā. Nec em̄ ſi q̄s ignar⁹ natandi
ſciens pondus corporis ſui ferri aq̄ruʒ le-
uitate ac liquore nō poſſe. expientia ſue
voluerit impitie definire. neminē penit⁹
poſſe liq̄dis elementis ſolida carne circū-
datū ſuſtineri. idcirco vera eius opinio
iudicanda eſt quā ſm expientiā ſuā vi-
ſus eſt ꝓtuliſſe. cū h̄ non ſolū eſſe impoſ
ſibile. ſʒ etiā ꝑfacile ab alijs fieri rōe cer-
tiſſima ⁊ oculoꝝ fide nō dubia cōꝓbet̃.

i. mēs

ſemꝑ mobil̄ ⁊ multū mobilis definitur.
Unde etiā in ſapīa q̄ dr̄ ſalomonis ſcri
ptum eſt. Terrenū habitaculū aggrauat
mentē multa cogitātē. Hec igit̃ ꝓ cōdi
tione nature nūq̄ pōt ocioſa conſiſtere.
ſʒ neceſſe eſt eā niſi ꝓuiſū habuerit vbi
ſuos exerceat mot⁹ ⁊ in q̄b⁹ iugit̃ occu-
pet̃. ꝓpria mobilitate diſcurrere. ⁊ ꝑ oīa
volitare donec lōgo exercitio vſuq; aſ-
ſuefacta diuturno q̄ nos incaſſuʒ dicis
laborare expiat̃ ⁊ diſcat q̄s mēorie ſue
materias debeat ꝑparare. erga q̄s circū
agat indefeſſos volat⁹ ⁊ immorandi ro
bur acq̄rat. ⁊ ita ꝑualeat aduſus inimi
ci ſuggeſtiones q̄b⁹ detrahebat̃ extrude
re atq; in illo quē deſiderat ſtatu ⁊ q̄lita
te durare. Nō ergo hāc euagationē cordis
nr̄i vel nature hūane. vel deo creatori e⁹
debem⁹ aſcribere. Uera eſt enī ſcriptu-
re ſnīa. q̄ dn̄s hoīeʒ fecit rectū. ⁊ ipi que
ſierūt cogitatōes multas. A nob̄ ergo earū
q̄litas pendet. q̄ cogitatio bona inquit
ſciētib⁹ eā appꝛopinquat. vir aūt prudēs
inueniet eā. Quicq̄d enim inueniri pōt
nr̄e prudētie induſtrieq; ſubiectum eſt.
Si nō fuerit inuentū: ſine dubio nr̄e de
ſidie vel īprudētie nō nature vicio repu-
tandū eſt. Cui ſenſui pſalmiſta q̄ꝫ ꝯgru
it dicēs. Beat⁹ vir cui⁹ eſt auxiliū ab ſte
dn̄e: aſcēſiōes i corde ſuo diſpoſuit. Ui
des ergo in nr̄a ditione cōſiſtere. vt ſiue
aſcēſus. i. ꝯtingētes ad deū cogitatiōes

bilitate aïe et ſpiritalib⁹ nequitiis

ſiue deſcenſus ad terrena ſcʒ ⁊ carnalia conuertes in nr̄is cordib⁹ diſponamus. Que ſi non in nr̄a ptāte ꝯſiſterent: nec phariſeos dn̄s increpaſſet. Quid cogitatis mala ī cordib⁹ vr̄is. Nec p ꝓphetā ꝑcepiſſet dicens. Auferte malū cogitationum vr̄aꝝ ab ocul' meis. Et vſqꝫ q̄ morabunt' ī te cogitatōes noxie. Nec ī die iudicij eaꝝ q̄litas queadmodū opeꝝ exigeret' a nob' ita p yſaiā dn̄o cōminante Ecce ego inquit venio vt cōgregē opa ⁊ cogitatōes coꝝ cū oīb⁹ gentib⁹ et linguis. Sʒ nec cōdemnari q̄dem eaꝝ teſtimonio vel defendi in illo terribili atqꝫ metuendo examīe ꝑm btī apl̄i ſententiā mereremꝰ ita dicenꝰ. Int' ſe inuicē cogitatōnib⁹ accuſantib⁹ aut etiā defendentib⁹ in die q̄ iudicabit de⁹ occulta hoīm ꝑm euangeliū meū.

## De pfectione animę ad ſimilitudinem euāgelici centurionis aſſumpte. Capitulū. v.

Quius ergo pfecte mens figura p illū euangelicū centurionem pulcherrīe deſignat' cui⁹ v̄tus atqꝫ ꝯſtantia q̄ nō q̄buſlibʒ ingruentibus cogitatōib⁹ abducebat' ſʒ p ſuo iudicio vel admittebat bonas vel cōtrias abſqꝫ vlla difficultate pellebat. hac perſpicua ſignificatōe deſcripta eſt. Naʒ ⁊ ego hō ſum ſub ptāte cōſtitut⁹ hn̄s ſub me milites. ⁊ dico huic vade ⁊ vadit et alio veni ⁊ venit. ⁊ ſeruo meo fac h' ⁊ facit. Sic igit' nos qꝫ viriliť adu'ſus pturbationes ⁊ vicia dimicātes poterimus ea dicioni nr̄e diſcretōniqꝫ ſubijcere. ac militātes in carne nr̄a extinguere paſſiones. vl' inſtabilē cogitationū nr̄arum cohortem ratōis impio ſubiugare. ac domīce cruc' ſalutari vexillo diriſſimas aduerſariaꝝ poteſtatū turbas a terminis noſtri pectoris ꝓpulſare. ſi pro tantoꝝ meritis triūphoꝝ ad ſpiritalis huius cēturionis ordinē ꝓuchemꝰ quē in exodo qꝫ p moyſen miſtice legimus deſignatum. Conſtitue tibi tribunos ⁊ centuriones ⁊ quīq̄genarios ⁊ decanos: Et ita nos qꝫ dignitatis hui⁹ apice ſublimati habemus hanc imperandi poteſtatē atqꝫ virtutem qua non q̄b⁹ nolumus cogitationib⁹ abducamur. ſed his q̄bus ſpiritaliter delectamur immotari vel inherere poſſimus. malis q̄dem ſuggeſtionib⁹ impantes abite ⁊ ibūt. bonis vero dicē⁹ venite ⁊ venient. Seruo quoqꝫ noſtro id eſt corpori ea que caſtitatis vel continentię ſunt ſimiliť iniūgemus. ⁊ ſine vlla cōtradictōe deſeruiet. non iam ſuſcitans nobis aduerſus ſpūm concupiſcētie ſtimulos. ſed omnē exhibens ſpūi famulatum. Huius centurionis q̄lia arma ſint vel ad que ꝓliorum exercicia ꝑparent' audi beatū aplm̄ predicantē Arma inq̄t militię nr̄e nō carnalia ſunt ſed ſpiritalia Dixit q̄lia ſint. i. nō carnalia nec īfirma ſʒ ſpiritalia ⁊ potēcia deo Deinde ad q̄s ſint exercenda ꝯflict⁹ cōſequēter inſinuat. Ad deſtructionē munitionū cogitatiōes purgātes. ⁊ omnē altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiā dei. ⁊ captiuantes oēm intellectum in obedientiā chriſti ꝑpati vlciſci omnē inobedientiā cū impleta fuerit pmūʒ veſtra obediēcia. Que oīa ſingillatī pcurrere ſicut neceſſariū ita etiā alterius tpis ē. Armoꝝ tm̄mō volo vob genera ꝓpetateſqꝫ patefacere q̄bus nos qꝫ ſi volumus bella dn̄i ꝓliari. ⁊ inter cēturiones euangelicos militare accincti iugiter debemus incedere. Sumite inq̄t ſcutū fidei in quo poſſitis omīa tela nequiſſimi ignea extinguere Ergo fides eſt que excipiens ardentiſſima libidinum tela. metu futuri iudicij ⁊ celeſtis regni credulitate mortificat. Et loricam inquit charitatis. Ipſa nempe eſt que vitalia pectoris noſtri circūdans atqꝫ cōmuniēs. letalibus perturbationū obiecta vulneribus contrarios retūdit ictus. nec ad interiorem hominē noſtrū iacula diaboli penetrare permittit. Omnia enim ſuffert omnia patitur: omnia ſuſtinet. Et galeam ſpem ſalutis. Galea capitis eſt munimen. Quia ergo caput noſtrum eſt

q̄ ſint arma uirtutis

chriſtus· debeᷓ iſtd ſꝑ ſꝑe futuro ꝓ bono rū velutinexpugnabili galea in cūctꝗ tē ptatōibꝫ ac pſecutōibꝫ cōmunire ⁊ ꝑnci paliter fidē eiꝰ illeſam atqꝫ integraꝫ cu ſtodire. Aliis eīn mēbris truncatū quēm piā licet debilē poſſibile tn̄ eſt, vtcūqꝫ ſu pereſſe. Sine capite vero nemī vel breuis vite ſpaciū ꝓrogat᷑. Et gladiū ſpūs qd̄ eſt vbū dei. Penetrabiliꝰ nāqꝫ eſt omī gladio ancipiti ⁊ ꝑtingēs vſqꝫ ad diui ſionē aīe ac ſpūs cōpagū qꝫ ⁊ medulla rum· ⁊ diſcretor cogitationū ⁊ intentio num cordis· diuidēs ſeꝫ ⁊ abſcidēs qͥc qd in nob carnale terrenūque reppererit Quibꝫ armis qͥſqꝫ fuerit cōmunitꝰ ab hoſtiū tel᷑ ac depopulatōe defenſus· non vt captiuus ac ſubditꝰ ad hoſtilē cogi tationū terram cōſtrictꝰ depredantium vineul᷑ abdueit᷑· nec audiet per ꝓphetā. Quare inueteratꝰ es in terra aliēa: ſed qͥſi triūphator ac victor ī illa quā volue rit cogitationū regione ꝯſiſtet Vis etiā ipm robur ac fortitudinē cēturionis hu ius qͥbꝫ hec arma que ꝑdiximꝰ nō carna lia ſꝫ potentia deo geſtat agnoſcere. au di ipm regē viros fortes ad ſpiritalē mi litiam ꝯgregantem· qͥmō dilectos ſignet ac ꝓbet. Infirmꝰ inqͥt dicat· qꝛ fortꝗ ſuꝫ ego· ⁊ qͥ patiēs eſt ſit pugnator. Videtꝗ bella dn̄i ꝓliari: niſi patiētes īfirmoſqꝫ nō poſſe. Illa ꝓculdubio infirmitate· qͥ fundatꝰ ille nr̄ euangelicꝰ centurio cū fi ducia loquebat᷑ Cū eīn infirmor tūc po tens ſum. Et iterꝫ Virtꝰ aūt in infirmi tate ꝑficit᷑ De qͥ infirmitate vnꝰ ꝓphetarum. Et erit qͥ infirmat᷑ inter eos ſicͭ do minus dauid Patiēs etiā h̄ bella preliabi tur. Nempe illa patiēa de qͥ dr̄. Patien tia vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem dei facientes recipiatis remuneratōem.

**De pſeuerantia erga cogitatio num cuſtodiam Cap. vi.**

mano consortio q̄ vniuersa polluta mū
dat atq̧ sanctificat. secessit tn̄ solus in
monte orare. p hoc scꝫ nos instruens sue
secessionis exemplo. vt si īterpellare nos
quoq̧ voluerim⁹ deum puro ⁊ integro
cordis affectu. ab omī inquietudīe ⁊ cō
fusione turbarū similit' secedamus. vt ī
hoc corpore cōmorātes ad similitudīem
quandam illius beatitudinis q̄ in futu-
ro repromittit' sanctis. vel ex parte aliq̄
nos aptare possimus. sitq̧ nobis omīa
⁊ in omnib⁹ deus.

**In quo noster finis seu ꝑfecta beatitudo consistat. Cap. vij.**

Nunc enī ꝑfecte cōsummabit' ī
nobis illa nostri saluatoris orō
q̄ pro suis discipulis orauit ad
patrem dicens. vt dilectio qua dilexisti
me ī eis sit ⁊ ipsi ī nob. ⁊ iteꝝ. vt oēs vnū
sint. sicut tu pater in me ⁊ ego in te. vt et
ipsi in nobis vnum sint. qn̄ illa dei perfe-
cta dilectio qua prior nos ille dilexit. in
nostri qꝫ transierit cordis affectum. hac
dn̄ica oratione completa quā credimus
nullomodo posse cassari. Qđ ita fiet cuꝫ
omnis amor. omne desideriū. omne stu-
dium. omīs conatus. oīs cogitatio nr̄a
omne quod videmus. quod loquimur.
quod speramus deus erit. illa qꝫ vnitas
que nunc est patris cum filio ⁊ filij cum
patre in nostrum fuerit sensum mētesq̧
transfusa.i. vt quemadmodum nos ille
sincera ⁊ pura atq̧ indissolubili diligit
charitate. nos qꝫ ei perpetua ⁊ insepabi
li charitate iungamur. ita scꝫ eidem co-
pulati. vt quicq̄d speram⁹. quicq̄d intel
ligim⁹. q̄cq̄d loquimur. deus sit. in il-
lum inquā peruenientes quem predixi-
mus finem. quem idem dn̄s orans ī no-
bis optat impleri. vt omnes sint vnum
sicut nos vnum sumus. ego in eis ⁊ tu ī
me. vt sint et ipsi consummati in vnum
Et iterū. Pater quos dedisti mihi volo
vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecum. Hec
igit' destinatio solitarij. hec debet esse oīs
intentio. vt imaginem future beatitudi-
nis in hoc corpore possidere mereatur. et
quodammō arram celestis illius cōuer-
satōnis ⁊ glorie incipiat in hoc vasculo
pregustare. Hic inqꝫ finis totius perfe-
ctionis est. vt eo vsq̧ extenuata mēs ab
omni situ carnali ad spiritalia quotidie
sublimetur. donec omnis eius conuersa
tio omnis volutatio cordis vna ⁊ iugis
efficiatur oratio.

**Interrogatio sup eruditione ꝑfectionis p quam possimus ad perpetuā dei memoriam peruenire. Cap. viij.**

Germanus. Maior nob ad
p̄terite collationis illius ammi
rationem ob quā huc recurri-
mus magnitudo stuporis accrescit Quā
tum enī incitamēto doctrine huius ad
desiderium ꝑfecte beatitudinis inflam-
mamur. tm̄ maiore desperatione cōcidi-
mus. ignorantes quemadmodum disci
plinam tante sublimitatis expetere vel
obtinere possimus. Quapꝑter que in cel
la positi diutina meditatione voluere ce
peramus. quia necesse est loquaci forsitā
ꝓsecutione ꝓferri. q̄sum⁹ vt explicari ea
a nobis patienter admittas. Qꝫ scia-
mus beatitudinē tuā nullis offendi so
lere ineptijs infirmorum. q̄ vel ob h' sunt
in medium ꝓferēde. vt que in eis absur-
da sunt corrigantur. Quantū itaq̧ opi
nio nr̄a sese habet. cuiuslibet artis seu di
sciplinę perfectio. necesse est vt a quibus-
dam mollib⁹ incipiens rudimētꝭ facilio

ribꝫ primo ac tenerrimis initijs imbuat· vt quodā rationabili lacte nutrita paulatim educataq́ʒ ſuccreſcat· atq́ʒ ita ab imis ad ſumma ſenſim gradatimq́ʒ conſcendat· quibꝫ cum fuerit planiora principia ⁊ quodammō ianuas arrepte ꝓfeſſionis ingreſſa· ad penetralia q́ʒ perfectionis et excelſa faſtigia conſequenter et abſq́ʒ labore perueniat. Nam quemadmodum ꝓnunciare puerorū quiſpiam ſimplices poterit copulas ſillabarū· niſi prius elementorū caracteres diligenter agnouerit? Uel quō citatam legendi peritiā cōſequetur· qui breues ⁊ pangustas deſcriptiones noīm nec dum eſt ydoneus cōiungare? Qua aūt ratiō eis q̇ peritia grammatice diſcipline minus inſtructus ē· vl' rhetoricam facundiam vel philoſophicā ſcientiam conſequetur? Quapropter huic q́ʒ ſublimiſſime diſcipline p quam inſtruimur deo iugiter inherere, nō dubito quedam inſtitutionis ineſſe fundamēta· quibus primum firmiſſime collocatis, poſt hec ſuppoſita extollantur pfectionis excelſa faſtigia. Cuius hec eſſe principia tenuiter ſuſpicamur· vt primū nouerimus qua meditatione teneatur vel cogitetur deus. Deinde hanc eandem q̄cunq́ʒ eſt materia quemadmodū valeamus immobiliter cuſtodire· qd etiam nō ambigimus culmen totius pfectionis exiſtere Et idcirco quandam memorie huius materiā qua deus mente cōcipitur vel ppetuo teneatur nobis cupimus demonſtrari· vt eam p̄ oculis retentātes cum elapſos nos ab eadem ſenſerimus, habeamus in promptu quo reſipiſcentes ilico reuertamur· ac reſumere illā ſine vlla circuitus mora ⁊ inquiſitionis difficultate poſſimus. Euenit nāq́ʒ vt cū de theorijs ſpiritalibꝫ euagati ad noſmetipſos velut de letali ſopore conuertimur· ⁊ tanq̄ expergefacti materiā querimus qua illā que obruta eſt ſpiritalem memoriam reſuſcitare poſſimus· retardati ipſius inquiſitionis mora, priuſq́ʒ reperiamus eā a nro conatu iterū deuoluamur· ⁊ anteq̄ ſpiritalis quedam pariatur intuitus· concepta cordis euaneſcat intentio. Quā cōfuſionē idcirco nobis accidere ſatis certum eſt· q2 ſpeciale aliqd p̄ oculis ꝓpoſitū velut formulam quandam ſtabiliter non tenemus· ad quā poſſit vagus animus poſt multos anfractus ac diſcurſus varios reuocari· ⁊ poſt longa naufragia velut portū quietis intrare. Itaq́ʒ fit vt hac ignoratione ac difficultate mēs iugiter prepedita· errabunda ſemper ⁊ velut ebria per diuerſa iactetur· et ne illud q̇dem qd caſu potius q̄ induſtria ſibimet occurrerit ſpiritale diu ac firmiter teneat· dum aliud ex alio ſemper recipiens ſicut introitus eorū atq́ʒ principia ita etiam finem diſceſſumq́ʒ non ſentiat.

## Reſponſio de efficacia intellectus qui per experientiā colligitur. Capitulū. ix.

Ysaac. Inquiſitio veſtra tam minuta atq́ʒ ſubtilis, proxime puritatis preſignat indicium. Nec enim de his ſaltem interrogare. non dicā intro aſpicere atq́ʒ diſcernere quiſpiam preualebit· niſi quem diligens ⁊ efficax mentis induſtria ac ſollicitudo peruigil ad pſcrutandam iſtarū pfunditatē prouexerit queſtionū· caſtigateq́ʒ vite iugis intentio per experientiā fecerit actualē· attēptare puritatis huius limina ianuaſq́ʒ pulſare. Et idcirco qm̄ video vos nō dicam pro foribus orationis illius vere de qua differimus aſtitiſſe· ſed ipſis quodāmodo experientie manibus penetralia eius ⁊ interiora palpare· ⁊ quedā mēbra iam iamq́ʒ contingere· nec me laboraturum credo· vt iam intra aulam quodammō ipſius oberrantes in abdita q̄ʒ in quātū dn̄s direxerit introducā· nec vos ad introſpicienda hec q̄ demōſtrāda ſūt vllo difficultatis obſtaculo retardādos. Proximus enim cognitioni eſt qui qd inquirere debeat prudenter agnoſcit· nec a ſcientia lōge eſt q̇ cepit intelligere qd ignoret. Et idcirco nō vereor notā proditionis vel leuitatis incurrere· ſi ea q̄ in ſuperiore tractatu de pfectione orōnis differēs diſputa

tioni ſubtraxerā ꝓpalauero· quoꝝ ꝟtu-
tem vob̄ ī h̄ exercitio ac ſtudio collocatꝗ
etiā ſine miſterio nr̄i ſermonis ꝑ dei gra
tiam arbitroꝛ fuiſſe reſerandam

## De inſtitutiōe oꝛatiōis ꝑpetue. Ca. x.

Quapꝑter ꝟm illā inſti-
tutionē quā paruuloꝝ erudi-
tioni prudentiſſime ꝯpaſtis· q̄
alias elementoꝝ traditionē ꝑmuꝫ ꝑcipe
nō pn̄t· nec coꝝ vel agnoſcere lineas. vel
intrepida māu queūt deſcribere caracte-
res· qꝫ ꝑ tipis quibuſdam ⁊ formul' cere
diligent' impreſſis· effigies coꝝ exꝑmere
contemplatione iugi ⁊ quotidiana imi-
tatione cōſueſcāt· hui⁹ qꝫ ſpirital' theo-
rie tradenda vob̄ eſt formula. ad quā ſꝑ
tenaciſſime vr̄m intuituꝫ defigentes· vel
eandē ſalubrit' voluere indirupta iugi-
tate diſcatꝭ· vel ſublimiores intuit⁹ ſcan-
dere illi⁹ vſu ac meditatiōe poſſitꝭ. Hec
igit' vob̄ huius quā q̄ritis diſciplie atꝫ
oꝛationis formula ꝓponet· quā vnuſq̄ſ
qꝫ monachus ad iugē dei memoꝛiā ten-
dens inceſſabili coꝛdis volutatione me
ditari· expulſa oīm cogitationū varieta
te ꝯſueſcat· qꝛ nec alias eā vllo mō: pote
rit retentare· niſi ab oībus fuerit coꝛpo-
ralibꝫ curꝭ ac ſolicitudinibꝫ abſolutus·
Que ſicut nob̄ a paucꝭ q̄ antiquiſſimo-
rum prm̄ reſidui erant t'dita eſt· ita a no
bis qꝫ nō niſi rariſſimis ac vere ſitiētibꝫ
intimat'. Erit nāqꝫ ad ꝑpetuā dei mēo-
riam poſſidendā. hec inſeꝑabiliter ꝓpo-
ſita vobis formula pietatis. Deus in
in adiutoꝛium meum intende· domine
ad adiuuandum me feſtīa. Hic nanqꝫ
ꝟſicul⁹ nō immerito de toto ſcripturaꝝ
excerptus eſt inſtrumēto. Recipit eī oēs
affect⁹ q̄cūqꝫ inferri hūane pn̄t nature·
⁊ ad oēm ſtatum atqꝫ vniūſos incurſus
ꝓprie ſatꝭ ⁊ cō petent' aptatur. Habet ſiq̄
dem adūſus vniūſa diſcrimina inuoca
tionem dei. habet hūilitatē pie ꝯfeſſio-
nis· habꝫ ſollicitudīs ac timoꝛis ꝑpetui
vigilantiā. habet ꝯſiderationē fragili-
tatꝭ ſue. exauditionis fiduciā· ꝯfidētiam
pn̄tis ſꝑqꝫ aſtantꝭ preſidij. Qui enī iu-
giter ſuū inuocat ꝓtectoꝛē· certū eſt eum
eſſe ſꝑ pn̄tem. Habꝫ amoꝛis ⁊ charitatꝭ
ardoꝛē· habet inſidiarū ꝯtemplationem
inimicoꝛūqꝫ formidinē· quibꝫ ꝑſpiciens
ſemetipm̄ die noctuqꝫ vallatū· ꝯfitet' ſe
nō poſſe ſine ſui defenſorꝭ auxilio libera-
ri. Hic ꝟſiculus oībus infeſtatione de-
monum laboꝛantibꝫ inexpugnabil' mu-
rus eſt· īꝑenetrabilis loꝛica ac muniti ſſi
mus clipeus. Iſte in accidia ⁊ anxietate
animi collocatos· ſeu triſticia vl' cogita-
tionibꝫ q̄buſcūqꝫ depreſſos· ſalutꝭ reme
dia deſperare nō patit'. oſtēdēs illū quē
inuocat inſpicere iugit' nr̄a certamīa· at
qꝫ a ſuis ſupplicibꝫ nō abeſſe. Iſte nos ī
ſpiritalibꝫ ſucceſſibꝫ coꝛdiſqꝫ leticia cō-
ſtitutos āmonet extolli penitus nō debe
re· nec inflari de ꝓſpero ſtatu quē ſine ꝓ-
tectoꝛe deo retineri non poſſe teſtat'· dūꝫ
non ſoluꝫ eū ſꝑ ſed etiā velociter vt ſibi
auxilietur implorat. Iſte inquā verſicu-
lus vnicuiqꝫ noſtrum in qualibet quali
tate degenti neceſſarius ⁊ vtilis inuenit'
Nam qui ſemper ⁊ in omnibus deſide-
rat adiuuari· manifeſtat qꝫ non tantum
in rebus duris ac triſtibus ſed etiam in
ſecūdis ac letis parimodo deo egeat ad
iutoꝛe· vt quemadmodum ex illis erui·
ita in iſtis eum faciat immoꝛari· in neu-
tro ſciens humanam fragilitatem ſine il
lius opitulatione ſubſiſtere. Caſtrimar
gie paſſione perſtringoꝛ· cibos quos he-
remus ignoꝛat inquiro· ⁊ in ſqualida ſo
litudine ingeruntur mihi odoꝛes rega-
lium ferculoꝛum· atqꝫ ad illoꝛum deſide
ria ſentio me inuitiſſimū trahi. dicēdū
ſubinde mihi eſt. Deus in ad. m. in. dn̄e
ad adiu. me fe. Anticipare hoꝛā ſtatute
refectionis inſtigoꝛ· ſeu modum iuſte ac
ſolite parcitatꝭ retinere cū magno coꝛdiſ
mei doloꝛe contendo· cum gemitu mihi
eſt ꝓclamandum. Deus in adiutoꝛiū
meum intende· domine ad adiuuādum
me feſtina. Ieiunijs me ob impugna-
tionem carnis diſtrictioꝛibꝫ indigenteꝫ
ſtomachi ꝓhibet laſſitudo ſeu ventrꝭ ari-
ditas conſtrictioqꝫ deterret· vt effectus

meo deſiderio tribuatur· vel certe vt eſtꝰ carnalis cõcupiſcẽtie abſqȝ temperamẽto diſtrictioris ieiunij cõqeſcat· orandũ m̃ eſt · Deꝰ in adiu·m·in· dñe ad ad. me feſtina. Accedens ad refectionem hora legittima ſuggerẽte pceptionem panis ex horreo· atqȝ ab omni eſu naturalis neceſſitatis excludor· cum eiulatu pclamãdũ eſt mihi. Deus in ad.m.intẽ.dñe ad ad. me feſtina. Volentẽ me ob ſtabilitatẽ cordis inſiſtere lectioni· interpellõs capitis prohibet dolor. horaqȝ tertia faciẽ meam ad ſacram paginam ſomnus allidit· deputatum quieti tempus vel tranſgredi vel ꝯuenire compellor· ipm̃ deniqȝ canonicum ſynaxeos pſalmorũqȝ modum ĩtercidere me grauiſſima ſomni cogit ĩpſſio· ſimilit̃ pclamandum eſt m̃. Deus in ad.m.inten.dñe ad ad.me fe. Sublato ab oculis meis ſopore. multi me noctibus diabolicis artib⁹ in ſomnis video fatigatũ· omneqȝ a palpebris meis refectõis nocturne quietis excluſam· cum ſuſpirijs orandum eſt mihi. Deus in ad. meũ intende· dñe ad adiuuã. me fe. Adhuc me in colluctatione poſitũ viciorũ titillatio carnis repente cõpũgit· ⁊ ad ꝯſenſum ptrahere dormientẽ blãda oblectatione conatur· ne ignis alienus exeſtuãs vrat ſuaue olentes floſculos caſtitatis. clamandũ mihi eſt. Deus in ad.m.intẽ. dñe ad ad.m.fe. Per extincta ſentio libidinis incentiua· genitalem mẽbris meis intepuiſſe feruorem· vt partã hec virtus ĩmo gratia dei in me diutius vel perpetuo pſeueret· intente dicendum eſt mihi Deus in ad.m.inten. dñe ad ad. me feſtina. Ire: phlargirie: triſticie: ſtimulis inqetor· cogorqȝ ppoſitam atqȝ amicam michi interrumpere lenitatem· ne in amaritudinem fellis pturbatiõe furoris abducar cũ ſũmo mihi gemitu pclamãdũ ẽ Deꝰ in ad.me.in. dñe ad ad.m.fe. Accidie: cenodoxie: ſupbie elatione ptẽptor· ac de aliorũ negligẽtia vel tepore quiddam ſibi mẽs ſubtili cogitatione blandit· ne ĩ me ꝯualeat hec inimici pnicioſa ſuggeſtio· cũ omni contritiõe cordis orandũ eſt mihi· Deꝰ in ad.m.inten. dñe ad ad. me fe. Humilitatis ⁊ ſimplicitatis gratiam ſupbie tumore depoſito iugi cõpũctiõe ſpũs acquiſiui· ne rurſum veniat mihi pes ſuperbie· ⁊ manus peccatoris moueat me· grauiuſqȝ de victorie mee elatiõe confodiar· totis michi pclamandum eſt viribꝫ. Deus in ad.m.inten. dñe ad ad. me fe· Euagationibꝫ aĩe innumeris ac diuerſis. ⁊ inſtabilitate cordis exeſtuo· nec cogitatõnum diſperſiones valeo coercere· ipamqȝ orationẽ meã fundere abſqȝ interpellatiõe atqȝ fantaſmate ĩaniũ figurarũ ſmonũqȝ ⁊ actuũ retractatiõe non poſſum· tantaqȝ me ſentio ſterilitatis huius ariditate cõſtrictũ· vt nullas omnino ſpiritalium ſenſuum generatõnes pturire me ſentiã· vt de hoc animi ſqualore merear liberari. vnde me gemitibus multis atqȝ ſuſpirijs expedire nõ poſſũ· neceſſarie pclamabo. Deus in ad.m.in. dñe ad ad.m.fe. Directionem rurſus animę ſtabilitatem cogitationum · alacritatem cordis· cum ineffabili gaudio ⁊ mẽtis exceſſu viſitatione ſancti ſpũs me ſẽtio conſecutum· exuberantia qȝ ſpiritalium ſenſuũ redũdare. reuelationem ſacratiſſimorum intellectuum· ⁊ antea penitus mihi occultorũ· repentino domini illuſtratione pcepi· vt in his merear diutius immorari· ſollicite michi eſt freqnẽterqȝ clamandum. Deus in adiutorium meũ inten. dñe ad adiuuandũ me feſtĩa. Nocturnis demonum terroribꝫ circũuallantibus exagitor· ⁊ immundorum ſpirituũ fantaſmatibus inquietor· ſpes ipa michi ſalutis ac vite trepidationis horrore ſubtrahitur· ad ſalutarem verſiculi huius portum confugiens totis viribus exclamabo. Deus in adiutorium meum intende. domine ad adiuuandum me feſtina. Rurſum cum fuero conſolatione domini reparatus· ⁊ ipſius animatus aduentu· velut innumeris angelorum milibus me ſenſero circumſeptum· ita vt eorum quos morte grauius

antea tremiſcebam· ⁊ quorū tactu ȝ īmo
viciniam horrore mentꝭ ⁊ corporꝭ ſentie-
bam· repente cō greſſus expetere audeā·
ac ꝓuocare cōflictus· vt in me cōſtantie
huiꝰ vigor per dei grām diutiꝰ īmoret᷑.
totꝭ mihi eſt viribꝫ ꝓclamandū. Deꝰ in
adiu.m.in. dn̄e ad ad.m.fe. Huiꝰ igitur
v̄ſiculi oratio in adūſis vt eruam̄.in p-
ſperis vt ſeruemur ne extollamur· inceſ-
ſabili iugitate fundenda eſt. Huiꝰ inqȝ
v̄ſiculi meditatio in tuo pectore indiru-
pta voluat᷑. Hunc in ope q̄libet ſeu mi-
niſterio vel ī itinere conſtitutꝰ decātare
nō deſinas. Hunc ⁊ dormiēs ⁊ reficiēs
⁊ in vltimis nature neceſſitatibꝫ medita
re. Hec volutatio cordis velut formula
tibi ſalutaris effecta· nō ſolū illeſum ab
omī demonū incurſione cuſtodiet· ſȝ eti
am cunctꝭ te vitijs terrene contagionis
expurgans· ad illas inuiſibiles theorias
celeſteſqȝ perducet· atqȝ ad illū ineffabi
lem ac perpaucꝭ expertū ꝓuehet oratōis
ardorē. Hunc v̄ſiculum meditāti tibi
ſomnꝰ irrepat. donec inceſſabili eiꝰ exer-
citatione formatꝰ etiā per ſoporē eundē
cantare conſueſcas. Hic tibi expergefa-
cto p̄mꝰ occurrat· iſte euigilanti cogita-
tiōes anticipet vniūſas· iſte te de tuo cō-
ſurgentem cubili curuationi genuū tra-
dat. atqȝ illinc deinceps ad omne opus
actuſqȝ deducat· hic te omni tp̄e ꝓſeq̄t᷑·
hunc meditaberꝭ ſc̄m p̄cepta legiſlatoris
ſedens in domo et ambulans in itinere.
dormiens atqȝ cōſurgens. hūnc ſcribes
in limine ⁊ ianuis oris tui. hunc ī parie-
tibꝫ domus tue· ac penetrabilibꝫ tui pe-
ctoris collocabis· ita vt hec ad orationē
ꝓcumbenti ſit tibi acclinis decantatio·
⁊ exinde conſurgenti· atqȝ ad oēs vſus
vite neceſſarios incedēti· fiat erecta et iu
gis oratio.

## De ꝑfectione oratiōis ad quam p̄dicta traditione cō-ſcenditur Cap̄.xi.

Iſtam mens indeſinenter for-
mulam teneat· donec vſu eius
inceſſabili et iugi meditatione
firmata· cunctarum cogitatōnum diui
tias amplaſqȝ ſubſtantias abijciat et re
ſutet· atqȝ ita per ſeculi huius pauperta
tē conſtricta· ad illā euangelicā beatitu-
dinem que inter ceteras beatitudines pri
matum tenet prona facilitate perueniat
Beati enī inquit pauperes ſpū· quoniā
ipſorum eſt regnū celorum. Et ita q̄s per
iſtiuſmodi paupertatem egregius pau-
per exiſtens illud ꝓphēticū implebit elo-
quium. Pauꝑ ⁊ inops laudabūt nomē
dn̄i. Et reuera q̄ maior aut ſanctior pōt
eſſe paupertas qȝ illius qui nihil ſe pre-
ſidij nihil virium habere cognoſcēs· de
aliena largitate quotidianū poſcit auxi
lium· ⁊ vitam ſuā atqȝ ſubſtātiā ſingu-
lis quibuſqȝ momentꝭ diuina ope intel-
ligens ſuſtentari· verū ſe mendicum dn̄i
non immerito ꝯfitetur· ſupplicitēr ad eū
quotidie clamans. Ego autē mendicꝰ ⁊
pauꝑ ſum· deꝰ adiuua me. Et ſic ad illā
q̄ȝ multiformē ſcientiā dei ipo illuminā
te conſcendens incipiet deinceps ſubli-
mioribus ac ſacratioribus miſterijs ſa-
ginari· ſc̄m illud quod dicit᷑ per ꝓphētā.
Montes excelſi ceruis. petra refugium
erinacijs. Quod ſatis ꝓprie huic quem
diximus ſenſui coaptatur· eo q̄ quiſq̄s
in ſimplicitate atqȝ innocentia perſeue-
rans nulli eſt noxius vel moleſtus· ſȝ ſua
tm̄ ſimplicitate contentus ſolūmō ſe ab
inſidiantium preda deſiderat contuta-
ri· velut erinaciꝰ ſpiritalꝭ effectꝰ iugi euā
gelice illius petre velamine protegatur.
id eſt memoria dominice paſſionis· pre-
dictiqȝ verſiculi inceſſabili meditatiōe
munitꝰ infeſtātꝭ inimici declinet inſidias
De his ſpiritalibꝫ erinacijs ⁊ in prouer-
bijs ita dicit᷑. Et erinacij gens inualida
qui fecerunt in petris domus ſuas. Et
reuera quid inualidius chriſtiano· q̄d
infirmius monacho· cui non ſolum nul
la iniuriarum vindicta ſuppeditat· ſȝ ne
leuis quidem tacitaqȝ commotio ſalteȝ
intrinſecus pullulare cōcedit᷑. Quiſq̄s
autem ex hͦ proficiens ſtatu· non ſolū in-
nocentie ſimplicitatem poſſidet· ſed eti-
am diſcretionis virtute munitus· viru-

lentorū ſerpentiū exterminator effectus eſt· dn̄s contritū ſathanam ſub pedibus ſuis· ⁊ ad figurā rationabilis ceruī mentis alacritate ꝑuenit· paſcet in ꝓpheticis atqꝫ apoſtolicis montibꝫ .i. excellētiſſimis eoꝝ ac ſublimiſſimis ſacramentis. quoꝝ iugi paſcua vegetatus· oēs qꝫ pſalmoꝝ affectus in ſe recipiēs· ita incipiet decantare· vt eos non tanqꝫ a ꝓpheta cōpoſitos ſꝫ velut a ſe editos· quaſi orationē ꝓpriā fundens cordis cōpunctiōe depromat· vel certe ad ſuā ꝑſonā eſtimet eos fuiſſe directos· eoꝝqꝫ ſentētias nō tunc tm̄mō ꝑ ꝓphetam aut in ꝓpheta fuiſſe cōpletas· ſed in ſe quotidie geri impleriqꝫ cognoſcat. Tūc enī ſcripture diuīe nob clarius ꝑpateſcūt· ⁊ quodammō eaꝝ vene medulleqꝫ pādunt· qn̄ expientia noſtra earū nō tm̄ ꝑcipit ſed etiā p̄uenit nōtionem· ſenſuſqꝫ verboꝝ nō ꝑ expoſitionē nobis ſꝫ ꝑ documēta reſerant. Eundem nanqꝫ recipientes cordis affectum q̊ quiſqꝫ decantatus vel conſcript⁹ eſt pſalm⁹ velut auctores ei⁹ facti p̄cedem⁹ magis intellectum ipſius qꝫ ſequemꝛ .i. vt prius dictorū virtutem qꝫ noticiā colligentes· quid in nobis geſtum ſit vel quotidianis geratur incurſibꝫ ſuꝑueniente eoꝝ meditatione quodammō recordemꝛ· ⁊ quid ī nobis vel negligentia nr̄a ꝑierit· vel diligentia cōquiſierit· vl ꝓuidentia diuina contulerit. vel inſtigatio fraudauerit inimici· vel ſubtraxerit lubrica ac ſubtil' obliuio· vel ītulerit humana fragilitas· ſeu imꝓuida fefellerit ignoratio. decantātes reminiſcamur. Oēs nanqꝫ hos affectus in pſalmis inuenim⁹ expreſſos· vt ea q̄ īcurrerint velut in ſpeculo puriſſimo peruidentes efficacius agnoſcamus· et ita mgr̄is affectibꝫ eruditi· nō vt audita· ſꝫ tanqꝫ ꝑfecta palpem⁹· nec tāqꝫ memorie cōmendata· ſed velut ipſi reꝝ nature inſita· de interno cordis parturiam⁹ affectu· vt eoꝝ ſenſus non textu lectionis· ſꝫ experiētia p̄cedente penetrem⁹· atqꝫ ita ad illā oratiōis incorruptionē mēs nr̄a ꝑueniat· ad quā in ſuꝑiore tractatu qꝫtum dn̄s donare dignat⁹ eſt ordo collationis aſcēdit· q̄ non ſolū nulli⁹ imagīs occupat intuitu· ſꝫ etiā nl'la vocis nulla verboꝝ proſecutione diſtinguit· ignita vo mentis intentione ꝑ ineffabilem cordis exceſſum inexplebili ſpūs alacritate ꝓfert quāqꝫ mens extra oēs ſenſus ac viſibiles effecta materias· gemitibꝫ ī enarrabilibus atqꝫ ſuſpirijs profundit ad deum

## Interrogatio quemadmoduꝫ ſpiritales cogitationes immobiliter teneantur. Cap̄. xij.

GErmanus. Non ſolū nobis traditionē ſpiritalis hui⁹ quam popoſcim⁹ diſcipline· ſed ipſam plane ꝑfectionē ſatis apte atqꝫ dilucide putam⁹ expreſſam. Quid enī pōt eſſe ꝑfecti⁹ quidue ſublimi⁹: qꝫ dei memoriā tam cōpendioſa meditatiōe cōplecti· atqꝫ vnius verſiculi volutatione a cunctis viſibiliū terminis emigrare· ⁊ quodāmō affect⁹ orationū cunctaꝝ breui ſmōe cōcludere: Et idcirco vnum qđ ſupeſt adhuc nobis p̄camur exponi· quemadmodum hūc eundē verſiculū quē nobis vice formule tradidiſti. ſtabiliter retinere poſſim⁹· vt ſicut ꝑ dei grām ſum⁹ a ſecularium cogitationū ineptijs liberati· ita ſpiritales q̄ſqꝫ immobilit' retentem⁹ aſſequi valeam⁹.

## De mutabilitate cogitationum. Cap̄. xiij.

CUm enī capitulum cuiuſlibet pſalmi mens nr̄a cōceperit. inſenſibilit' eo ſubtracto ad alterius ſcripture textū neſciens ſtupenſqꝫ deuoluit. Cūqꝫ illud in ſemetipſa cepit voluttare· nec dū illo ad integrū ventilato· oborta alterius teſtimonij memoria meditationē materie p̄oris excludit. de hac q̊ꝫ ad alterā ſubintrante alia meditatione transfert· ⁊ ita anim⁹ ſp de pſalmo rotat⁹ ad pſalmū· de euangelij textu ad apl'i tranſiliens lectionem. de hac q̊ꝫ ad ꝓphetica deuolut⁹ eloquia· ⁊ exinde ad quaſdam ſpiritales delatus hiſtorias· ꝑ oē ſcripturaꝝ corp⁹ īſtabil' vag⁹ qꝫ iactat· nihil ꝓ arbitrio ſuo p̄ualens vel

abijcere vel tenere nec pleo quicꝙ iudicio et examinatione finire· palpator tm̄ modo ſpiritaliū ſenſuum ac degustator non generator nec poſſeſſor effect⁹· atqꝫ ita mens mobil' ſp ac vaga in tpe q̄ ſynaxeos velut ebria p diuſa diſtrahit' nl'lum officiū cōpetenter exoluens. Verbi grā. Cū orat pſalmū aut aliquā recolit lectionē· cū decantat aliud quid vel meditat' q̄ textus ipſius cōtinet pſalmi· cū lectionem recitat. faciendū aliqd voluit factumue remiſcit' atqꝫ in hunc moduꝫ nihil diſcipliate nec oportune recipiēs vel emittens. velut fortuitis agi videtur incurſibus· retinendi ea q̄bus delectat'· vel immorādi in eis non habens ptāteꝫ. Neceſſariū ergo nobis eſt p̄ oīb⁹ noſſe· quēadmodum hec ſpiritalia cōpetenter explere poſſimus officia· vel certe hunc eundem ꝟſiculum quem nobis vice formule tradidiſti immobilit' cuſtodire· vt oīm ſenſuū ortus ac finis non in ſua volubilitate fluctuent· ſed in noſtra ditiōe conſiſtant

**Reſpōſio quemadmodum ſtabilitas cordis ſeu cogitationuꝫ poſſit acquiri. Ca. xiiij**

Iſaac. Licet pdem ſuper hac re diſputantibus nobis de orationis ſtatu quantū reor ſit ſufficienter expreſſuꝫ· tm̄ qꝛ vobis hec eadē poſcitis iterari· de confirmatione cordis breuiter intimabo. Tria ſunt que vagā mentem ſtabilem faciūt· vigilie· meditatio· ꝛ oratio. Quarū aſſiduitas ꝛ iugis intentio conferunt aīme ſtabilem firmitatē. Que tm̄ alias nullo mō poterit apprehendi niſi p operis nō filargirie ſꝫ ſacri cenobij vſibus dedicati infatigabilē iugitatē omnes omnino ſollicitudines ꝛ cure vite pn̄tis prius fuerint abdicate· vt ita illud apoſtolicū mandatū· ſine intermiſſione orate· poſſim⁹ implere. Per parū nanqꝫ orat. quiſq̄s illo tm̄ tpe q̄ genua flectunt' orare conſueuit· Nunq̄ꝫ vero orat· quiſq̄s etiā flexis genib⁹ euagatione cordis q̄licūqꝫ diſtrahit'. Et idcirco quales orantes volumus inueniri tales nos eſſe oportet añ tps orandi Neceſſe eſt enī mentem in tpe ſupplicatōnis ſue de ſtatu p̄cedenti formari. illꝗꝫ eam cogitationib⁹ orantem vel ad celeſtia ſblimari vel ad terrena demergi. quib⁹ āte orationē fuerit immorata. Hucuſqꝫ abbas yſaac attonitꝭ nobis ſcdāꝫ collationem de orationis q̄litate digeſſit. Cui⁹ doctrinā ſup illius p̄dicti ꝟſiculi meditatione· quā velut informatiōis loco ab incipientib⁹ tradiderat retinendā· āmirātes admodū· ꝛ excolere tenaciſſime cupiētes· vtpote quā cōpendioſam ac facilem credebamus. difficiliorem ſatis ad obſeruandum experti ſum⁹· quā illū ſtudium nr̄m quo ſolebamus antea p omne ſcripturarum corp⁹ abſqꝫ vllius obſeruantie vinculo varia paſſim meditatione diſcurrere Conſtat igit' neminem prſus ob impitiā litteraꝝ a pfectiōe cordis excludi· nec ruſticitatē obeſſe ad capeſcendam aīe puritateꝫ· q̄ compendioſiſſime adiacet cunctis ſi mō ſanam ꝛ integram mentis intentionē iugi ad deuꝫ ꝟſiculi huius meditatione ſeruauerit.

**Explicit collatio ſecūda abbatis yſaac de oratione.**

**Expliciunt decem collationes Caſſiani.**

Incipit prefatio caſſiani in ſe-
ptem alias collationes.

DUm vir-
tutem pfectõnis ve-
ſtre qua velut mag̃
quedam lumiaria
in hoc mũdo admi-
rabili claritate ful-
getis etiam multi ſanctorũ qui vro eru-
diuntur exemplo vix queãt emulari. tũ
vos o ſancti fratres honorate ⁊ eucheri.
tanta illorũ ſublimiũ virorũ a quib9 pri
ma anachoreſeos inſtituta ſuſcepimus
laude flammami. vt vnus quidem ve-
ſtrum ingenti fratrum cenobio preſidẽs
ꝯgregationẽ ſuam q̃ quotidiano ſancte
cõuerſationis vr̃e docet intuitu. illoꝝ
q̃ꝫ patrũ p̃ceptis optet inſtitui. alter vo
vt etiã corpali eorũdem edificaret aſpe
ctu egiptũ penetrare voluerit. vt hãc q̃-
ſi frigoris gallicani rigore torpentẽ pui-
ciam derelinquẽs. ad illas q̃s ſol iuſticie
ꝓxim9 reſpicit terras. maturiſ v̾tutũ fru-
ctibus redundãtes. velut turtur caſtiſſi-
mus trãſuolaret. neceſſario h̾ mihi vir-
tus charitatiſ extorſit. vt vni9 deſiderio
alteri9 etiã labori conſulẽs. tã abruptũ
ſcribendi periculũ non vitarẽ. dũmõ
⁊ p̾ori apud filios adderet auctoritas. ⁊
ſcdo tam piculoſe nauigationis neceſſi-
tas demeret. Proinde q2 fidei vr̃e atq3
feruori. nec illa inſtituta cenobioꝝ q̃ .xij
libellis ad beate memorie epm caſtorem
quo potuimus ſermone conſcripſimus
nec decem collationes in ſcythiotica he-
remo cõmorantium patrũ q̃s p̃cipienti
bus ſanctis elladio ⁊ leontio epis vtcũ
q3 digeſſim9. ſatiſfacere potuerunt. nũc
etiã vt itineriſ nr̃i ratio ⁊ ordo cognoſca-
tur. triũ in alia heremo conſiſtentiũ q̃s
p̃mos vidim9 patrũ ſeptem collatiões
pari conſcriptas ſtilo vobis credidi cõ-
ſecrandas. quib9 ea que de pfectione in
p̾teritis opuſculis noſtris obſcuri9 for-
ſitan comp̄henſa vel pretermiſſa ſũt ſup
pleantur. Si vero ſanctã ſtudij veſtri ſi-
tim etiã hec ſatiare nõ quiuerint. ſeptem
alie collationes. que ad ſanctos qui in
ſtoechadibus conſiſtũt inſulis emitten
de ſunt fratres. deſideriũ vt arbitror ve
ſtri ardoris explebunt. Explicit p̄fa-
tio. Incipiunt capitula colla-
tõnis prime abbatis cheremo
nis de perfectione. Cap. primũ


DEſcriptio thenneſeos oppidi.
ij De epiſcopo archebio.
iij Deſcriptio heremi ĩ q̃ mora
bãt cheremõ neſteros ⁊ ioſeph
iiij De abbate cheremone et excuſa-
tione ei9 ſup poſtulata doctria
v De reſponſione noſtra contra ex-
cuſationem eius.
vi Propoſitio abbatiſ cheremonis.
q tribus modis vicia vincant
vij Quib9 gradib9 ad ſublimitatẽ
charitatis poſſit aſcendi ⁊ que
ſit in ea ſtabilitas
viij Quantũ excellant qui p charita
tis affectum declinant a vitijs
ix Q charitas non ſolũ de ſeruis fi-
lios faciat. ſed etiam imaginẽ
dei ac ſimilitudinem conferat.
x Q perfectio charitatis ſit pro ini
micis orare. ⁊ quo indicio ani-
ma necdum purgata noſcat
xi Interrogatio cur affectum timo
ris ⁊ ſpei dixerit impfectum
xij Reſpõſio d̾ diuſitate pfectõnũ
xiij De timore qui charitatiſ magni-
tudine generatur.
xiiij Interrogatio de conſummatiõe
caſtitatiſ.
xv Dilatio expoſitõis poſtulate.


Expliciunt capitula. Incipit
collatio prima abbatis Chere-
monis de perfectione. Cap. i.

CUm in ceno-
bio ſyrie ꝯſiſtentes. p9 p̄ma
fidei rudimẽta ſuccedẽtib9
aliq̃teuus incremẽtiſ. maio-
rem perfectionis deſiderare gr̃am cepiſſe
mus. ſtatuimus confeſtim egiptũ petere
ac remotiſſima etiã thebaydos heremo
penetrata. ſanctorum plurimos quorũ

gloriam fama ꝑ vniuerſa diffuderat· ſi
non emulādi ſaltem agnoſcendi ſtudio
inuiſere· Igitur ad oppidum egipti cui
thennesus nomen eſt· emenſa nauigatio
ne ꝑuenimus. Cuius accole ita vel ma-
ri vel ſtagnis ſalſis vndiqꝫ circūluunt.
vt ſol' quia terra deeſt negociationibus
dediti· opes atqꝫ ſubſtantiā nauali com
mercio parēt· ita vt edificijs cum volue
rint extruendis terra non ſuppetat· niſi
de longinquo nauigijs apportetur.

## De epiſcopo archebio. Cap. ij.

VBi cum aduenientibus nobis
fauens deſiderijs noſtris diui-
nitas· beatiſſimi atqꝫ ꝑcipui vi
ri archebij epiſcopi preſtitit aduentum·
qui raptus de anachoretaꝝ cetu· ⁊ epūs
panephiſi oppido dat⁹. tanta diſtrictio
ne omni euo ſuo ꝓpoſitum ſolitudīs cu
ſtodiuit· vt nihil de ꝑterite humilitatꝭ te
nore laxauerit· aut de adiecto ſibi hono-
re blanditus ſit. Non enim tanqꝫ ydo-
neum ſe ad iſtud officium teſtabat' aſci-
tum· ſed velut indignum ab illa anacho
reſeos diſciplina querebatur expulſum.
eo ꝙ triginta ⁊ ſeptem annis in eadem
cōmoratus· ad puritatem tante ꝓfeſſio-
nis nequaqꝫ ꝑuenire potuiſſet. Hic igi-
tur cum in ſupradicta thenneſo quo eũ
eligēdi illic epi cauſa ꝑduxerat· pie nos
atqꝫ humaniſſime ſuſcepiſſet· agnito de
ſiderio noſtro quo ſanctos patres etiã
in vlteriorib⁊ egipti partib⁊ inqrere de-
ſiderabamus. Venite inquit ⁊ videte i-
terim ſenes haud longe a noſtro mona-
ſterio conſiſtētes· quoꝝ ita ⁊ antiqtas
in corporib⁊ iam curuatis· ⁊ ſanctitas in
ipo etiam fulget aſpectu· vt vel ſola con
tēplatio eoꝝ magnã intuētib⁊ poſſit cō-
ferre doctrinam. a quib⁊ id qđ ego amiſ-
ſum doleo· quodqꝫ tradere iam ꝑditum
nequeo· non tam verbis qꝫ ipo ſancte vi-
te diſcatꝭ exēplo. Credo aũt inopiã meã
hoc ſtudio aliqten⁹ ſubleuandã· ſi inq-
rentib⁊ vobis illã euangelicã margari-
tam quã ipe nō habeo ſaltem ꝓuidero
vbi eam cōmodius comparetis.

## Deſcriptio heremi in qua com morabantur cheremō neſteros et ioſeph. Cap. iij.

SVmpto ita qꝫ baculo ⁊ pera·
vt illic cunctis viam ingredien-
tibus mōachis moris eſt· ad ci
uitatem nos ſuaꝫ. id eſt panephiſim iti-
neris dux ipe perduxit· Cuius terras im
mo etiam contigue regionis plurimam
partem quondam opulentiſſimã· ſiqui
dem ex ea cuncta vt fama eſt in regios ci
bos subminiſtrabantur· repentino terre
motu excuſſum mare tranſgreſſis limi-
tibus occupauit· atqꝫ ita collapſis fer-
me oībus vicis opimas olim terras ſal-
ſis paludibus ſuptexit· vt illud qđ in
pſalmo ſpũaliter decantat'. Poſuit flu
mina in deſertum· ⁊ exitus aquarum in
ſitim. terram fructiferam in ſalſuginem
a malicia inhabitantiũ in ea· Scđm lit-
teram de illa putent regione predictum
In his igitur locis multa in hunc mo-
dum oppida eminentioribus tumul' col
locata· fugatis habitatorib⁊ eluuies illa
velut inſulas fecit. que deſideratam ſece
dentib⁊ ſanctis ſolitudinem ꝑbent· ī qui
bus tres ſenes. id eſt cheremon neſteros
⁊ ioſeph anochorete antiquiſſimi conſi-
ſtebant.

## De abbate cheremone et excuſatōne eius ſup poſtulata doctrina. Cap. iiij.

ITaqꝫ btūs archebi⁹ ꝓmū nos
ꝑducere ad cheremonē maluit.
qꝛ ⁊ mōaſterio ei⁹ ꝓpior ⁊ duo
bus alijs ꝓuectior eſſet etate· Nã cũ cen
tenariũ vite annũ ſpũ tm̄ alacer exceſſiſ-
ſet· ita dorſum ei⁹ tēpis fuerat vetuſtate
atqꝫ orationũ iugitate curuatũ· vt qſi i
ꝓmeuã redact⁹ infantiã· ſubmiſſis ac ꝓ
tentꝭ terraten⁹ manib⁊ ꝓgrederet'. Hu⁹
igit' ⁊ vultũ mirabilē ⁊ inceſſũ pit' ītuē-
tes· ſiqdē defectꝭ mortificatiſqꝫ iã oībus
mēbris· neqꝫ qꝫ ceſuraꝫ ꝑterite diſtrictio
nis amiſerat· cũ ſmonē atqꝫ doctrinã ſup
plicit' poſcerem⁹· ac deſideriũ tm̄ ſpũaliũ i-
ſtitutionũ cãm fuiſſe aduēt⁹ nr̄i ꝓteſtare
mur. grauit' ille ſuſpirãs. Quid vob ait

poſſū cōferre doctrine. cū imbecillitas
ſenectutis vt rigorem priſtinum relaxa-
uit ita loquēdi q̄ȝ ademit fiduciā. Quē-
admodum enī docere p̄ſumam qđ ipſe
non facio. aut alium in eo inſtruam qđ
me iam vel minus vel tepidius exercere
cognoſco. Ob quā rem nullū iuniorum
mihi in hac vſq; etate cohabitare p̄miſi
ne exemplo meo alterius diſtrictio laxa
retur. Nunq̄ȝ enī erit efficax inſtituētis
auctoritas niſi eā effectu operis ſui cor-
di affixerit audientis.

## De reſponſione noſtra cōtra excuſationem eius. Cap. v.

Ad hec nos non mediocri cōfu-
ſione compuncti ita reſpondi-
mus. Licet ſufficere nobis ad
omnem inſtructionē debeat. vl' loci iſti⁹
difficultas. vel ipa etiā ſolitaria adhuc
vita. quā iuuentus q̄ȝ robuſta vix poſſit
tolerare. que nos etiam te tacente, ſatis
abundeq; inſtruūt atq; compungūt. ro
gamus tñ vt taciturnitate paululū pre-
termiſſa. ea nobis potius dignanter in-
fundas. p̄ que hanc quam videmus ī te
virtutem non tam imitatōne complecti
q̄ȝ admiratione poſſimus. Nam etiā ſi
reuelatus tibi tepor noſter impetrare id
quod expetimus non meretur. debet hoc
ſaltē labor tanti itineris obtinere q̄ hue
de bethleemitici cenobij rudimentis in-
ſtitutōnis veſtre deſiderio ⁊ p̄fectus no-
ſtri amore properauimus.

## Propoſitio abbatis cheremonis q̄ tribus modis vicia vincātur. Cap. vi.

Tunc beatus Cheremon. Tria
ſunt inquit que faciūt homīes
a vicijs tēperare. id eſt aut me-
tus gehenne ſiue preſentiū legū. aut ſpes
atq; deſiderium regni celoꝝ. aut affect⁹
boni ipſius amorq; virtutum. Nam ti-
mor ita mali cōtagium legit' execrari. Ti
mor domini odit maliciā. Spes etiā vi
ciorū omniū excludit incurſum. Nō enī
delinquent omnes qui ſperant in eum.
Amor q̄ȝ ruinā non metuit peccatorum
q̄ charitas nunq̄ȝ cadit. Et iterū. Cha-
ritas operit multitudinē peccatoꝝ. Et
idcirco beatus ap̄lus omnem ſalutiſ ſum-
mam in iſtarū trium v̄tutum cōſumma
tione concludens. Nunc inquit manēt
fides: ſpes: charitas. tria hec. Fides nan-
q; eſt que futuri iudicij ac ſuppliciorum
metu viciorum facit contagia declinari.
Spes que mentem noſtrā de preſentibꝫ
auocāns vniuerſas corporis voluptates
celeſtium p̄miorū expectatione contēnit.
Charitas que nos ad amorem chriſti ⁊
ſpūalium virtutū fructum mētis ardo-
re ſuccendēs. quicq̄d illis contrarium eſt
toto facit odio deteſtari. Que tria licet
ad vnum finem tendere videant'. prouo
cant enī nos a rebꝫ illicitis abſtinere. ma
gnis tamen excellentie ſue gradibꝫ ab in-
uicem diſparant'. Duo nanq; ſuperio-
ra p̄prie hoīm ſunt eorū qui ad p̄fectum
tendentes nec dū affectū conceperūt vir-
tutum. Tertiū ſpecialiter dei eſt ⁊ eorum
qui in ſeſe imaginē dei ac ſimilitudinē
receperūt. Ille nanq; ſolus ea que bona
ſunt nullo metu nulla remuneratōis g̃-
tia p̄uocante. ſed ſolo bonitatis affectu
operat'. Omnia enī vt ait ſalomon ope-
ratus eſt dn̄s p̄pter ſemetip̄m. Sue nā-
q; bonitatis obtentu omnē bonorum co-
piam dignis indigniſq; largitur. q̄ nec
fatigari iniurijs poteſt nec iniquitatibꝫ
hoīm paſſibiliter p̄moueri. ſemp ſcȝ ma-
nens p̄fecta bonitas immutabiliſq; na-
tura.

## Quibus gradibus ad ſublimitatem charitatis poſſit aſcendi. et que ſit in ea ſtabilitas. Cap. vij.

Si quis igitur ad p̄fectionem tendit. de illo p̄mo
timoris gradu quem p̄prie dixi-
mus eſſe ſeruilem. de quo dicit'. Cū om-
nia feceritis. dicite quia ſerui inutiles ſu-
mus. Ad altiorem ſpei tramitem gradu
p̄ficiente conſcendet. qui iam nō ſeruo
ſed mercennario cōpatur. quia mercedē
retributionis expectat. ⁊ quaſi de pecca-
torū abſolutione ⁊ penali timore ſecur⁹
ac bonorū ſibi operū cōſcius. licȝ placiti

premiũ videatur expetere. tñ ad affectũ
illũ. filij q̇ de paterne indulgentie libera-
litate ꝯfidẽs · omĩa que patris ſunt ſua
eſſe nõ ambigit · ꝑuenire non potuit Ad
quem etiã ille ꝓdigus. qui cũ ſubſtantia
pr̃is etiaꝫ filij nomen amiſerat · aſpirare
non audet dicẽs. Jam nõ ſum dignus
vocari filius tuus · fac me ſicut vnuꝫ de
mercennarijs tuis Poſt illas enĩ porco
rum ſiliquas quarum ei ſatietas nega-
batur. id eſt vitiorum ſordidos cibos ·
quia in ſemetipm̃ reuerſus ⁊ ſalutari ti-
more compunctus · immũdiciam porco-
ruꝫ horrere iã ceperat · ac dire famis ſup
plicia formidabat · velut iam ſeruus effe
ctus etiam mercennarij ſtatum de merce
de iam cogitans concupiſcit ac dicit.
Quanti mercennarij in domo pr̃is mei
abundant panibus · ⁊ ego hic fame ꝑeo
Reuertar ergo ad patrem meum. ⁊ dicã
illi. Pater · peccaui in celum et coram te
iam non ſum dignus vocari fili⁹ tuus ·
fac me ſicut vnum de mercennarijs tuis

## Quantum excellant qui ꝑ charitatis affectum declinant a vitijs. Cap. viij.

Sed ad iſtam humilis peniten-
tie vocem in occurſum eius pa
ter ꝓſiliens · maiore q̃ʒ amiſſa
fuerat pietate ſuſcepit · eũq; non conten
tus minora concedere. vtroq; gradu ſi-
ne dilatione tranſcurſo · p̃ſtine filiorum
reſtituit dignitati. Feſtinandum ꝓinde
etiam nobis eſt · vt ad tertium filioꝝ gra
dum qui omnia que patris ſunt ſua eſſe
credunt ꝑ indiſſolubilem charitatis gra
tiam conſcendentes · celeſtis illi⁹ patris
imaginem ac ſimilitudinem recipere me
reamur · ⁊ ad imitationeꝫ veri illius filij
proclamare poſſimus. Omnia que ha-
bet pater mea ſunt. Quod etiã de nobis
beatus apoſtolus ꝓfitetur dicens. Om-
nia veſtra ſunt · ſiue paul⁹ · ſiue apollo ·
ſiue cephas: ſiue mundus: ſiue vita: ſi-
ue mors: ſiue p̃ſentia · ſiue futura · omĩa
veſtra ſunt. Ad quam ſimilitudinẽ etiã
ſaluatoris p̃cepta nos ꝓuocant. Eſtote
inquit ⁊ vos perfecti ſicut ⁊ pater veſter
celeſtis ꝑfectus eſt In illis enim nonnũ-
q̃ʒ ſolet interrumpi bonitatis affect⁹ · cũ
aliquo vel tepore vel leticia vel oblecta-
tione vigor animi relaxat⁹ · aut metũ ad
p̃ſens gehenne aut deſideriuꝫ ſubtrahit
futurorum. Et eſt q̇dem in illis gradus
cuiuſdam ꝓfectus imbuens nos · vt dũ
vel penarũ metu vel premiorũ ſpe incipi
mus vicia declinare · ad charitatis gra-
dum tranſire poſſimus · q2 timor inquit
non eſt in charitate · ſed ꝑfecta charitas
foras mittit timorem. qm̃ timor penam
habet. Qui auteꝫ timet non eſt ꝑfect⁹ in
charitate. Nos ergo diligamus · q̇a de⁹
prior dilexit nos. Non ergo aliter ad il-
lam veram ꝑfectionem conſcendere po-
terimus · niſi quemadmodum nullius
alterius niſi noſtre ſalutis gratia · prior
nos ille dilexit · ita eum nos q̇ꝫ nulli⁹ al-
terius rei niſi ſui tantũ amoris dilexeri-
mus obtentu. Quobrem nobis ſtudẽdũ
eſt vt de ſ timore ad ſpem · de ſpe ad cha-
ritatem dei · vel ipſarum virtutũ amorẽ.
ꝑfecto mentis cõſcendamus ardore · vt
tranſmigrantes in affectum boni ipſius
immobiliter · quantũ humane poſſibile
eſt nature quod bonum eſt retentemus.

## Q charitas non ſolum de ſeruis filios faciat ſed etiã imaginem dei ac ſimilitudinẽ cõferat C. ix.

Multum nanq; differt
inter eum qui metu gehenne vł
ſpe retributionis future vicioꝝ
in ſe extinguit incendia · ⁊ eum qui diuine
charitatis affectu ipſam maliciam et im
mundiciam perhorreſcit. ac puritatẽ poſ
ſidet bonum amore tantũ ⁊ deſiderio ca
ſtitatẽ · nec iam remunerationẽ future ꝓ-
miſſionis aſpiciens · ſed p̃ſentis boni de-
lectatus conſcientia agit omĩa · nec con-
templatione penarũ ſed delectatiõe vir-
tutum. Hic nanq; ſtatus nec ſubmotis
cunctoruꝫ hominũ teſtimonijs abuti oc-
caſione peccati · nec occultẽ cogitationũ
violari oblectationibus poteſt · dum af-
fectum virtutis ipſius medullitus reti-

ſtens quicq̇d illi contrarium eſt· non ſo/
lum corde non recipit· verum etiã ſum/
mo deteſtatur horrore. Aliud nanq̃ eſt
preſenti bono quẽpiam delectatũ· odio
habere viciorꝝ carnis ve contagia· aliud
future remunerationis intuitu illicitas
concupiſcentias refrenare· aliud q̃ eſt p̃
ſens metuere detrimentũ· ꝛ aliud futu/
rũ formidare ſupplicíũ. Poſtremo mul
to maius eſt ꝓpter bonum ipſm a bono
nolle diſcedere· q̃ ꝓpter metū mali ma
lis non ꝓbere conſenſum. In illo enĩ vo
luntarium bonum eſt· in iſto vero velut
coactũ ꝛ tã q̃ nolenti violenter extortũ.
vel metu ſupplicij vel cupiditate p̃miorũ
Nam qui timoris obtentu a viciorum
abſtinet blãdimentis· adempto timoris
obſtaculo rurſum ad illud quod diligit
reuertet· ꝛ ob id nec ſtabilitatem boni iu
giter obtinebit· ſed nec ab impugnatiõe
quidem aliquã requieſcet· quia nec firmã
ac ꝑpetuã pacem caſtimonie poſſidebit.
Ubi eſt enim inquietudo bellorum· nõ
poſſunt non etiã vulnerũ interuenire di
ſcrimina. Neceſſe eſt enĩ quempiam in
cõflictu ſitum. q̃uis bellator ſit ac fortit
dimicãs ꝛ letalia adũſarijs vulnera fre
quenter infligat· nonnunq̃ tamẽ hoſtili
mucrone ꝑſtringi. Qui vero ſuꝑata im/
pugnatione viciorũ pacis iam ſecurita
te ꝑfruitur· ꝛ tranſijt in ipſius virtutis af/
fectum· iugem ſtatũ illius boni cui⁹ iam
totus eſt retentabit· quia damnoſius intime
caſtitatis nihil credit eſſe damnoſius.
Nec enim carius ac p̃cioſius quicq̃ p̃/
ſenti iudicat puritate· cui pena grauis
eſt. vel virtutum ꝑnicioſa tranſgreſſio.
vel ipſius vicij virulenta cõtagio. Huic
inq̃ nec reuerentia humane p̃ſentie q̃c/
q̃ adijciet honeſtatis· nec minuet ſolitu/
do· ſed vbiq̃ ſecum ſemꝑq̃ circũferens
arbitrum non ſolum actuum ſed etiam
cogitationum ſuarum conſcientiam. il/
li potiſſimum ſtudere contendit. quẽ nec
circũuenire nec falli· nec ſubterfugere ſe
poſſe cognoſcit.

## Q̃ perfectio charitatis ſit, ꝓ inimicis orare· et quo indicio anima necdum purgata noſcatur· Capitulũ. x.

Quem ſtatum ſi quis de adiu/
torio dei non de ſtudij ſui labo/
re p̃ſumẽs meruerit poſſidere·
de cõditione ſeruili in q̃ timor eſt· ꝛ mer/
cennaria ſpei cupiditate in qua nõ tam
bonitas largientis q̃ premiũ retributio
nis expetitur· in adoptionẽ incipiet tran
ſire filiorꝝ· vbi iã nõ timor nõ cupiditas
ſed illa charitas que nunq̃ cadit iugit
ꝑſeuerat. De quo timore ꝛ charitate q̊ſ/
dam increpans dñs quid cuiq̃ perſone
conueniret oſtendit. Filius honorat pa/
trem· ꝛ ſeru⁹ dñm ſuũ timet Et ſi pr̃ ego
ſum· vbi eſt honor meus? Et ſi dominus
ego ſum: vbi eſt timor meus. Neceſſe eſt
enim eũ timere qui ſeruus eſt. q̃ ſeruus
ſciens voluntatem dñi ſui ꝛ nõ faciens
digne vapulabit plagis multis. Per
hanc itaq̃ charitatem quiſq̇s ad ima/
ginem dei ſimilitudinemq̃ ꝑuenerit· bo/
no iam ꝓpter boni ipſius delectabit vo/
luntatem· ac ſimilem quodãmodo poſſi
dens patientie ac lenitatis affectum· nul
lis deinceps peccantium vicijs iraſcet·
ſed veniam potius infirmitatibus cõm
condolẽs atq̃ compatiens implorabit·
ſeq̃ reminiſcens tamdiu ſimiliũ paſſio/
num ſtimulis impugnatum. donec miſe
ratione domini ſaluaret· nec ſuo erutum
ſtudio ab impugnatione carnali· ſꝫ dei
protectione ſaluatum. non iracundiam
ſed miſericordiã errãtibus intelliget im
pendendam· illum verſiculũ ad deum cũ
omni cordis tranquillitate decantans.
Tu dirupiſti vincula mea· tibi ſacrifica
bo hoſtiam laudis. Et niſi quia domin⁹
adiuuit me· paulominus habitauerat ĩ
inferno anima mea. Et in hac mẽtis hu
militate conſiſtens· poterit etiam euange
licum illud ꝑfectionis explere mandatũ
Diligite inimicos veſtros· ꝛ benefacite
his qui oderunt vos· ꝛ orate ꝓ perſequẽ
tibus ꝛ calumniantibus vos· ꝛ ita ad il

lud premiũ quod ſubiungit' merebitur peruenire per quod nõ ſolum imaginē dei ⁊ ſimilitudinem preferamus. verum etiam filij dei nuncupemur vt ſit inquit filij patris veſtri qui in celis eſt qui ſolē ſuum oriri facit ſuper bonos et malos ⁊ pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Quem affectum beatus iohannes aſſecutum ſe eſſe cognoſcens ait. Ut fiduciam habeamus ĩ die iudicij quia ſicut ille eſt ⁊ nos ſumus in hoc mundo. In quo eñi infirma ⁊ fragilis humana natura eſſe ſicut ille eſt põt niſi ſe ĩ bonos ⁊ malos iuſtos ⁊ iniuſtos ad imitationem dei placida ſemper ſui cordis extenderit charitate: Et vt bonum ꝓpter boni ipſius operetur affectū ꝑueniẽs ad illam veram adoptionem filiorum dei de qua idē btũs apl's ita pronũciat. Omnis q̃ natus eſt ex deo peccatũ non facit quia ſemē ipſius in eo eſt ⁊ non poteſt peccare quõ ex deo nat' eſt. Et iterum. Scimus qꝛ omnis q̃ natus eſt ex deo non peccat ſed generatio dei conſeruat eum ⁊ malignus non tangit eum. Quod intelligendum eſt nõ de omni genere peccatorũ ſed de capitalibus tantũ criminibus dici. A quibus ſe quiſqs extrahere atqꝫ emundare noluerit ꝓ illo in alio loco p̃dictus apoſtol' nec orari quidem debere pronũciat Qui ſcit inquiens fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem petat ⁊ dabitur ei vita peccãti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem non ꝓ illo dico vt roget quis. Ceterũ de illis que ꝓnunciantur non eſſe ad mortem a quibus etiam hi qui fideliter chriſto deſeruiunt quãtalibet ſemetipſos circũſpectione cuſtodiant immunes eſſe non poſſunt ita dicitur. Si dixerimus quoniã peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus et veritas in nobis non eſt. Et iterum Si dixerimus quia nõ peccauimus mendacē facimus eum ⁊ verbum eius non eſt in nobis. Impoſſibile nanqꝫ eſt quemlibet ſanctorũ non in iſtis minutis que per ſermonem: per cogitationem: per ignorantiam: ꝑ obliuionem: per neceſſitatem: per voluntatem: ꝑ obreptionem admittuntur incurrere. Que licet ab illo peccato quod ad mortem eſſe dicitur aliena ſint culpa tamen ac reprehenſione carere nõ poſſunt. Cum ergo quis hunc quē prediximus bonitatis affectum ⁊ imitationem dei fuerit aſſecutus tunc viſcerib' dominice lõganimitatis indutus ꝓ perſecutoribus quoqꝫ ſuis orabit ſimiliter dicens. Pater ignoſce eis non eñ ſciunt quid faciunt. Ceterum euidens indiciũ eſt anime nec dum vitiorũ fecibus eliq̃te in criminibus alienis non affectu miſericordie cõdolere ſed rigidam iudicãtis tenere cenſuram Nam quemadmodum ꝑfectionem cordis poterit obtinere is qui non habet illud quod apoſtol' plenitudinem legis conſũmare poſſe ſignauit Alterutrũ inquiẽs onera veſtra portate ⁊ ſic implebitis legem chriſti ſꝫ nec illam virtutem poſſidet charitatis que non irritatur non inflatur non cogitat malum que omnia ſuffert omnia ſuſtinet. Iuſtus eñi miſeret' animas pecorum ſuorũ viſcera autem impiorũ ſine miſericordia. Ideo qꝫ iſdē vicijs monachum ſubiacere certiſſimũ eſt qui in alio inclemẽtia atqꝫ inhumana ſeueritate condemnat. Rex enim rigidus incurrit mala ⁊ q̃ obturat aures ſuas ne audiat infirmum et ipſe inuocabit ⁊ non erit qui exaudiat eum

## Interrogatio cur affectũ timoris et ſpei dixerit imperfectum. Ca. xi.

Germanus. Potenter quidem atqꝫ magnifice de ꝑfecta dei charitate diſſertũ eſt verũtamē illud nos permouet quod cum eã tanta laude pretuleris timorem dei ⁊ ſpem retributionis eterne imꝑfecta eſſe dixiſti cum vtiqꝫ multo aliud videatur de eis ꝓpheta ſenſiſſe dicens. Timete dominũ omnes ſancti eius quia nihil deeſt timentibus eũ. Et iterum in obſeruandis iuſtificatiõibus dei retributionis ſe contemplatione fateat' exercitatũ

Inclinaui inquiens cor meum ad faci-
endas iuſtificationes tuas in eternum
ꝓpter retributionem. Et apoſtolus. Fi-
de inquit moyſes grandis factus nega-
uit ſe eſſe filium filie pharaonis · magis
eligens affligi cum populo dei q̃ȝ tem-
poralis peccati habere iocunditatē · ma-
iores diuitias exiſtimans theſauris egi-
ptiorum impꝛoperiū chriſti. Aſpiciebat enim
in remunerationē. Quomō ergo imper-
fecta eſſe credenda eſt · cum ⁊ beatus da-
uid retributionis obtentu iuſtificatōes
dñi ſe feciſſe glorietur · ⁊ legiſlator pmia
futura ꝓſpiciens ſpreuiſſe adoptionem
regie dignitatis · ⁊ afflictionem diriſſi-
mam egiptiorum theſauris pretuliſſe di-
catur

## Reſponſio de diuerſitate per-fectionum Cap̄. xij.

Cheremon. Pro ſtatu atq̃ȝ
menſura vniuſcuiuſq̃ȝ mentis
ſcriptura diuina ad diuerſos pfe-
ctionū gdus arbitrij noſtri ꝓuocat liber-
tatem. Nec enim poterat vniformis om-
nibus pfectionis corona proponi · quia
nec omniū vna virtus aut voluntas aut
feruor eſt · ⁊ idcirco ꝗparuȝ quodāmō
pfectionū diuerſos ordines diuerſaſq̃ȝ
menſuras ſermo diuinus inſtituit. Quod
ita eſſe euangelicarum quoq̃ȝ beatitudi-
num varietas euidenter oſtendit. Licet
enim beati dicantur quorum ſunt regna ce-
lorum · ⁊ beati qui poſſidebunt terram · ⁊
beati qui conſolationem recipiēt · ⁊ beati
qui ſaturitate potient̄ · tamen multū cre-
dimus intereſſe inter habitationem re-
gni celorū ⁊ poſſeſſionem illius quecun-
q̃ȝ eſt terre · ⁊ inter perceptionem conſola-
tionis ⁊ plenitudinem ſaturitatemq̃ȝ iu-
ſticie · multumq̃ȝ diſtare inter illos q̄ mi-
ſericordiam conſequent̄ · ⁊ illos qui glo-
rioſiſſima viſione dei perfrui merebunt̄.
Alia eni gloria ſolis · ⁊ alia gloria lune ·
⁊ alia gloria ſtellarū. Stella eni a ſtella
differt i gloria · ita ⁊ reſurrectio mortuo-
rum. Cum igitur iuxta hunc modū ſcri-
ptura diuina timentes deū laudet et di-
cat. Beati omēs qui timent dñm · ⁊ ple-
nam ꝓ hoc illis beatitudinem repromit-
tat · iteruȝ tamen dicit. Timor non eſt in
charitate. ſȝ perfecta charitas foras mit-
tit timorem · qm̄ timor penā habet. Qui
autē timet · nō eſt perfectus in charitate.
Et rurſus. cum ſeruire deo glorioſū ſit
⁊ dicatur. Seruite domino in timore · et
magnum tibi eſt · vocari ſeruum meum ·
⁊ beatus ſeruus ille quē cuȝ venerit dñs
ſuus inuenerit ſic facientem · tñ ad apo-
ſtolos dicit. Iam non dicam vos ſuos
quia ſeruus neſcit quid faciat dominus
ſuus. Uos aūt dico amicos · quia omīa
quecunq̃ȝ audiui a patre meo nota feci
vobis. Et iteruȝ. Uos amici mei eſtis · ſi
feceritis ea q̄ pcipio vobis. Uidetis er-
go pfectionum gradus eſſe diuerſos · et
de excelſis ad excelſiora nos a dño ꝓuo-
cari · ita vt is qui in timore dei beatus et
pfectus extiterit · ambulās ſicut ſcriptū
eſt · de virtute in virtutem · ⁊ de pfectiōe
ad aliam pfectionem · id eſt de timore ad
ſpem mentis alacritate conſcendens · ad
beatiorē denuo ſtatuȝ quod eſt charitas
inuitetur. Et qui fuerit fidelis ſeruus ac
prudēns · ad amicicie ſodalitatē ⁊ adop-
tionem tranſeat filiorū. Scdm̄ ergo hūc
ſenſum noſtra q̃ȝ eſt intelligenda ſenten-
tia · nō quo contemplationē ꝑpetue illi⁹
pene vel beatiſſime retributionis que re-
pmittitur ſanctis · nullius ꝓnūciemus
eſſe momenti · ſed quia cū ſint vtiles ⁊ ſe-
ctatores ſuos ad initia beatitudinis in-
troducant · charitas rurſum in qua ple-
nior fiducia perpetuūq̃ȝ iam gaudiū eſt
aſſumens eos de timore ſeruili ⁊ mercen-
naria ſpe · ad dilectionem dei ⁊ adoptio-
nem transferet filiorū · ⁊ quodāmodo ꝑ-
fectiores faciet de perfectis. Multe enim
ait ſaluator manſiones ſunt apud prēȝ
meum · Et licet omnia aſtra eſſe videant̄
in celo · inter claritatem tamē ſolis et lu-
ne atq̃ȝ luciferi ceterarūq̃ȝ ſtellaruȝ mul-
ta diſtantia eſt. Et idcirco beatus apl̄s.
nō ſolū timori ac ſpei · ſed etiā cūctꝭ cariſ-
matibus que magna ac mirifica habet̄

eam p̄ferens ſupra modum excellentiorem omnibus viam charitatis oſtendit. Nam cum vellet expleto omni catalogo ſpiritaliū cariſmatum virtutum eiꝰ membra deſcribere · ita prefatus eſt. Et adhuc ſupra modum excellentiorē viaꝫ vobis demonſtro. Si linguis hominuꝫ loquar ⁊ angelorū · ⁊ ſi habuero prophetiam ⁊ nouerim miſteria omnia · ⁊ omnē ſciam · ⁊ ſi habuero oēm fideꝫ ita vt mōtes transferam · ⁊ ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autē non habuero nihil mihi prodeſt. Uidetis ergo nihil precioſiꝰ nihil perfectiꝰ · nichilꝫ ſublimius (et vt ita dixerim) nihil charitate perennius inueniri. Siue enim ꝓphetie euacuabuntur: ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciētia deſtructur · charitas autē nunꝗ̄ excidet · ſine qua non ſolum illa p̄cellentiſſima cariſmatum genera · ſed etiaꝫ martirij ipſiꝰ gloria vacuatur.

## De timore qui charitatis magnitudine generatur. Ca. xiij.

Quiſquis igitur in huius fuerit charitatis perfectione fundatꝰ neceſſe eſt vt ad illum ſublimiorem charitatis timorē gradu excellentiore conſcendat. quem non penarum terror nec cupido p̄miorum ſed amoris generat magnitudo · quo vel filius indulgentiſſimum patrē · vel fratrem frater · vl' amicum amicus · vel coniugem coniunx ſolicito reueretur affectu. dū eius nō verbera neꝗ conuicia · ſed vel tenuem amoris formidat offenſam · atꝗ in omnibus non ſolum actibus verumetiam verbis attonita ſemꝑ pietate diſtenditur. ne erga ſe quantulumcūꝗ feruor dilectionis illius intepeſcat. Cuius timoris magnificentiam yſaias vnus ꝓphetarū elegāter expreſſit. Diuitie inquiens ſalutꝭ ſapīa ⁊ ſcientia · timor dn̄i ipſe theſaurus eius. Nō potuit timoris iſtius dignitateꝫ ac meritū magis euidēter exp̄mere · ꝗ̄ vt diuitias ſalutis noſtre que in vera ſapientia dei ſcientiaꝗ cōſiſtunt · diceret niſi a timore dn̄i nō poſſe ſeruari. Ad hūc igitꝰ metum nō peccatores ſed sancti ꝓphetici inuitantꝰ eloquijs · dicente pſalmigrapho. Timete dn̄m oēs ſancti eiꝰ · qr nihil deeſt timentibꝫ eū. Qui eīm hoc timore dominū metuit · ꝑfectioni eius certū eſt nihil deeſſe. Nam de illo timore penali euidenter iohannes ap'ls dicit. Qui timet non eſt ꝑfectus in charitate · qr timor penam habet. Multa ergo diſtantia eſt inter iſtū timorem cui nihil deeſt · qui ſapientie ſcientieꝗ theſaurus eſt · ⁊ illū imꝑfectū qui p̄ncipiū ſapientie nūcupatꝰ · quiꝗ penam in ſeſe continens · de ꝑfectorū cordibus ſuꝑueniente plenitudine charitatis extruditꝰ. Timor enī non eſt in charitate · ſed ꝑfecta charitas foras mittit timorem. Et reuera · ſi p̄ncipium ſapiētie in timore conſiſtit. ꝗ̄ erit eius niſi in chriſti charitate perfectio. que illuꝫ in ſeſe ꝑfecte dilectionis continens metū · non iā p̄ncipium ſed theſaurus ſapientie ⁊ ſcientie nuncupatur. Et idcirco duplex timoris eſt gradus · vnus incipientium id eſt eorum qui adhuc ſub iugo et terrore ſeruili ſunt. de quo dicitur. Et ſeruꝰ dominū ſuum timebit. Et in euāgelio. Iā non dico vos ſeruos · quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Et ideo ſeruus inquit non manet in domo in eternum · filius manet in eternū. Imbuit enī nos vt ab illo penali metu ad charitatis pleniſſimam libertatem ⁊ amicorū filiorumꝗ dei fiduciā trāſeamꝰ. Deniꝗ beatus apoſtolꝰ qui ſeruilem illum timoris gradum olim charitatis dominice virtute tranſcenderat · inferiora deſpiciens · maioribꝫ ſe ditatū donis a dn̄o ſic ꝓfitetꝰ. Non enim inquit dedit nobis deꝰ ſpiritum timoris · ſed virtutis et dilectiōis ⁊ ſobrietatis. Eos etiam ꝗ̄ ꝑfecta celeſtꝭ illius pr̄is dilectiōe flagrabant · quoſꝗ ex ſeruis filios adoptio diuīa iam fecerat hoc adhortatꝰ eloquio. Nō enī accepiſtis ſpūm ſeruitutꝭ iteruꝫ in timore · ſꝫ accepiſtis ſpūm adoptionis filiorū · in quo cla

manius abba pater. De hoc etiam metu enim illam ſeptiformem ſpūſſancti grām propheta deſcriberet quem in homine il lo dominico ſm incarnationis diſpen ſationem deſcendiſſe non dubiū eſt dixiſſetqꝫ Et requieſcet ſup eum ſpūs domini ſpūs ſapientie ⁊ intellectus ſpūs cōſilij ⁊ fortitudinis ſpūs ſciētie ⁊ pietatꝭ nouiſſime velut quiddam ꝑcipuum intulit dicens. Et replebit eum ſpūs timoris domini. In quo primitus illud diligentius eſt intuendum qꝫ non dixerit et requieſcet ſup eū ſpūs timoris domini. ſicut de illis prioribus dixerat ſed replebit inquit eum ſpūs timoris dñi. Tāta enim vbertatis eius eſt magnitudo vt quē ſemel ſua ꝟtute poſſederit nō partem ſed totam eius occupet mentē. Nec immerito. Illi etenī que nunqꝫ excidet coherens charitati non ſolum replet ſꝫ etiam ꝑpetua ⁊ inſepabili eum quem ceperit poſſidet iugitate nullis leticie temporalis vel voluptatum oblectationibꝫ imminutus. Qd non nunqꝫ illi qui foras mittat timori euenire cōſueuit Hic eſt igitur ꝑfectōnis timor quo homo ille dñicus qui non ſolum redimere humanum genus ſed etiam prebere venerat ꝑfectionis formā atqꝫ exempla virtutū repletus fuiſſe narratur. Illum enī ſeruilem ſuppliciorū timorem verus dei filius qui peccatum non fecit nec dolꝰ inuentus eſt in ore eius: habere nō potuit.

## Interrogatio de cōſummatione caſtitatis. Cap. xiiij.

Germanus. Quia de ꝑfectione charitatis ſermo digeſtꝰ eſt volumus etiam de caſtitatis fine aliqua liberius ſciſcitari. Non enī ambigimus illud precelſum faſtigium charitatis ꝑ quam ſicut huc vſqꝫ diſſertū eſt ad imaginem dei ſimilitudinēqꝫ cōſcenditur ſine caſtitatis perfectione ſubſiſtere omnino non poſſe ſed vtrū ita eiꝰ poſſit perpetuitas obtineri vt nunqꝫ libidinis titillatio integritatem noſtri cordis īfeſtet ⁊ ita valeamus ab hac paſſione carnali degentes in corpore regenerari vt nunqꝫ incentiuorū eſtibus aduramur volumus edoceri

## Dilatio expoſitiōis poſtulate Capitulū. xv.

Cheremon. Summe quidē beatitudinis ac ſingularis eſt meriti ita iſtum ꝑ quē dño cohæremus affectū vel diſcere iugiter vel docere vt meditatio eius ſm pſalmigraphi ſententiā omēs vite noſtre dies noctesqꝫ conſumat ⁊ mentem noſtrā inſatiabiliter eſurientem ſitientēqꝫ iuſticiā celeſtis huius cibi ꝑpetua ruminatione ſuſtentet. Sed conſulendū eſt etiam iumento corporis noſtri ſcōm benigniſſimam ſaluatoris noſtri ꝓuidentiā ne deficiat in via. Spūs enī ꝓmptꝰ caro aūt infirma que etiam nūc vel exigui cibi ꝑceptione curanda eſt vt poſt refectionē eius etiam ad ea que deſideratis diligētius indagāda mentis quoqꝫ addatur intentio. Explicit collatio prima abbatis cheremonis de perfectione.

## Incipiunt capitula collationis ſecunde eiuſdē abbatis de caſtitate Cap. primū.

Verba abbatis cheremonis de caſtitate
ij. De corpe pcti ⁊ mēbris eius
iij. De mortificatione fornicatiōis et immundicie
iiij. Qꝫ ad obtinēdam caſtimonie puritatē nō ſufficiat humāi laboris intentio
v. De vtilitate impugnatōnis que nobis de incentiuorū eſtibus generatur
vi. Qꝫ patientia ardorem fornicationis extinguat.
vij. De differētijs ⁊ gdibꝫ caſtitatis
viij. Qꝫ de natura caſtitatis ⁊ effectu eius inexpti tractare nō poſſint
ix. Interrogatio an corporis motus etiā dormiētes poſſimꝰ euadere.
x. Reſponſio qꝫ ꝑ ſomnū accidens carnis cōmotio non officiat ca

ſtitati
xi Qꝫ multum interſit inter cõtinen
tiam et caſtitatem
xij De mirabilibꝫ que peculiarit' in
ſanctis ſuis dñs operatur
xiij Qꝫ ſoli qui experiunt' agnoſcant
dulcedinem caſtitatis
xiiij Interrogatio de continẽtie qua/
litate ⁊ temporis modo· in quo
caſtitas perfici poſſit
xv Reſponſio intra qđ tp̃s poſſibili
tas caſtitatis poſſit agnoſci
xvi De fine ac remedio caſtitatis.

**Expliciunt capitula Incipit collatio ſecunda abbatis cheremoni: de caſtitate. Cap. primũ**

REfectione
tranſacta· que doctri-
ciboꝝ deſiderantibꝫ no
bis oneroſa magis vi/
ſa eſt qꝫ iocunda· cum
ilico nos ꝓmiſſi ſermonis debitũ ſenex
expectare ſenſiſſet· grata eſt inquit mihi
non ſolũ attonita ad diſcendũ vr̃e men
tis intentio· ſed etiã diſciplina ꝓpoſite
queſtionis. Rationabilr eñi reuera inter
rogationis a vobis ordo ſeruatus eſt.
Neceſſe eſt eñi vt tam excelſe plenitu di/
nem charitatis immẽſa illa pfecte atqꝫ p/
petue caſtimonie p̃mia ꝯſeqñt'· parqꝫ ſit
gaudiũ in tãta parilitate palmaꝝ. Tan
ta eñi ſibi ſocietate federant'· vt vna abſ
qꝫ altera neqͣt poſſideri Hoc igit' ꝓpo
ſitio vr̃a cõplexa ẽ· vt vtꝝ ignis ille ꝯcu
piſcentie· cuius h' caro velut inſitũ ſentit
ardorẽ· ad plenũ poſſit extingui· diſputa
tione ſimili panderem'. De quo p̃mum
qđ btũs apl's ſenſerit diligent' inquira
mus: Mortificate inqͭt membra vr̃a q̃
ſunt ſup terrã. Pri' ergo qꝫ cetera per/
ſcrutem̃· q̃ iſta ſint mẽbra que mortifica
ri p̃ceperit indagem'. Neqꝫ eñi beatus
apl's ad abſciſionem manuũ aut pedũ
aut genitaliũ inuiti nos p̃ceptione cõ/
pellit· ſꝫ corpus peccati qđ vtiqꝫ cõſtat
ex mẽbris· qꝫ totius deſtrui celo pfecte de
ſiderat ſanctitatis· de quo corpore alibi·
vt deſtruatur inquit corpus peccati Et
que ſit eius deſtructio conſequenter ex/
ponit· vt iã inquit nõ ſeruiam' peccato.
A quo etiam ſe liberari cum eiulatu po/
ſtulat dicens. Infelix ego homo· q̇s me
liberabit de corpore mortis huius:

**De corpore peccati ⁊ membris eius. Cap. ij.**

HOc itaqꝫ peccati corpus multis
viciorũ mẽbris ꝓbatur extru/
ctum· ⁊ ad eius attinere portio
nem quicq̇d vel facto vel dicto vel cogi
tatione peccat'· cuius membra rectiſſime
ſuper terram eſſe dicuntur Non eñi poſ
ſunt hi qui eorum vtũtur miniſterio ve/
ridice profiteri· noſtra autẽ conuerſatio
in celis eſt. Huius igitur corporis ĩ hoc
loco apoſtolus membra deſcribẽs. Mor
tificate inquit membra veſtra que ſunt
ſuper terram· fornicationem· immundi/
ciam· libidinem· concupiſcentiã malam
⁊ auariciam que eſt ſimulacroꝝ ſeruitus·
Primo itaqꝫ loco fornicationẽ credidit
inferendã· que carnali ꝯmixtiõe pficitur.
Scđm etiã mẽbrũ immundiciã nuncu
pauit· q̃ nonnũqꝫ abſqꝫ vllo mulieris ta/
ctu vel dormientibꝫ vel vigilantibꝫ· per
incuriam incircũſpecte mẽtis obrepit· et
ideo notat' ac ꝓhibet' in lege· q̃ immun/
dos quoſqꝫ non ſolũ ſacrarum carniũ
participatione p̃uauit· verũ etiã ne con/
tactu ſuo ſancta pollueret· a caſtrorum
iuſſit ꝯgregatione ſecerni dicẽs. Aĩa q̃/
cunqꝫ comederit de carnibꝫ ſacrificij ſa/
lutaris (qđ eſt dñi) in qua eſt immũdicia
pibit coram dño· ⁊ q̇cq̇d tetigerit imun
dus immundũ erit. In deuteronomio
q̇ꝫ Si fuerit int' vos hõ q̇ nocturno pol
lutus eſt ſomnio· egrediet' extra caſtra· ⁊
non reuertet' priuſqꝫ ad veſperã· lauet'
aqua· ⁊ poſt ſolis occaſum regrediet' in
caſtra. Deinde tertiũ peccati membrum
libidinem ponit· que in receſſibus coale
ſcens anime accidere quippiam etiam
ſine corpis paſſione põt· Libidinẽ eñi ab
eo quod libeat dictam eſſe non dubium

eſt. Poſt hec de maioribus peccatis ad
minora deſcendens· quartū intulit mem
brum· cōcupiſcentiā malam. que nō ſo/
lum ad p̄dictam impudicicie paſſionez
verūetiā ad omnes noxias cupiditates
generaliter r̄ferri poteſt· que corrupte tā/
tummō voluptatis eſt egritudo. De q̄
dn̄s in euangelio. Qui viderit mulierē
ad concupiſcendū eam· iam mechat⁹ eſt
eam in corde ſuo. Multo em̄ maius eſt
etiam tunc mentis lubrice deſideriū con
tinere· cum ei illecebroſi aſpectus offert̄
occaſio. Quibus manifeſtiſſime cō pro/
batur· ad pfectionem puritatis caſtimo/
niam continentie corporalis ſolam non
poſſe ſufficere· niſi ei etiam mentis adda
tur integritas. Poſt que omnia nouiſ/
ſimum illius corporis membrū· ⁊ auari/
ciam inquit· pculdubio oſtendens non
ſolum ab appetitu rerū alienarū animū
continēduz· verumetiam ꝓpria magna/
nimiter contemnēda. Hoc em̄ ⁊ in acti/
bus apoſtolorum feciſſe legitur creden/
tium mltitudo. de q̄ dicit̄. Multitudīs
aūt credētium erat cor vnum ⁊ aīa vna.
nec quiſq̄ eoruz que poſſidebāt aliquid
ſuum eſſe dicebat· ſed erant illis oīa cō/
munia. Quotqt enim poſſeſſores agro/
rum aut domorū erant· vendentes affe/
rebant precia eorū que vendebant· et po
nebant ante pedes apoſtolorū. Diuide/
batur autē ſingulis ꝓut cuiq; op⁹ erat.
Et ne ad paucos ptinere videretur iſta
perfectio· auariciam ſimulachrorū ſerui
tutem eſſe teſtat⁹ eſt. Nec īmerito. Quiſ
quis em̄ non cōmunicat neceſſitatibus
egenorum· ⁊ pecunie ſue quā infideli te/
nacitate conſeruat· chriſti precepta poſt
ponit· ydolatrie crimen incurrit· amorez
ſcz materie mundialis diuine preferens
charitati.

## De mortificatiōe fornicatiōis et immundicie Cap. iij

Si ergo mltos ita pro chriſto ſu
as videmus abieciſſe ſubſtan/
tias· vt non ſolum poſſeſſionez
pecuniarum· verumetiam deſideriū de cor
dibus eorum imperpetuum probemus
abſciſum· conſequens eſt vt eodem mo/
do etiam fornicationis ardorem extīgui
poſſe credam⁹. Neq; em̄ rem impoſſibilē
apl's cum poſſibili coniunxiſſet· ſz vtra/
q; sciēs eſſe poſſibilia· pari modo morti/
ficanda decreuit. Et intantū btūs apl's
fornicationem ſiue immundiciam de no
ſtris mēbris extirpari poſſe cōfidit. vt nō
ſolum mortificari ea· ſed ne nominari
quidem in nobis debere ꝓnunciet. For/
nicatio inquiens ⁊ omnis immundicia
aut auaricia nec nominet̄ in vobis· aut
turpitudo: aut ſtultiloquiū: aut ſcurrili
tas· que ad rem non pertinet. Que etiaz
pari modo pniciosa eſſe. ⁊ equali nos a
regno dei excluſione depellere. edocet di
cens. Illud autē ſcitote· qm̄ omnis for/
nicator aut immundus aut auarus qd̄
eſt ydolorū ſeruitus· non habet heredita
tem in regno chriſti ⁊ dei. Et iterū. Noli
te errare· neq; fornicarij· neq; ydolis ſer
uientes· neq; adulteri· neq; molles· neq;
maſculorum concubitores· neq; fures·
neq; auari· neq; ebrioſi· neq; maledici·
neq; rapaces regnum dei poſſidebunt.
Dubium ꝓinde eſſe non debet· fornica/
tionis ⁊ immūdicie de membris noſtris
aboleri poſſe contagium· qn̄quidem nō
aliter ea q̄z auariciam ſtultiloquiū ſcur/
rilitatē ebrietatez ac furta quorum facil̄
amputatio eſt· mādauerit abſcidēda.

## Qd ad obtinendaz caſtimonie puritatem non ſufficit humani laboris intentio. Cap. iiij.

Certos tamen eſſe nos cōuenit·
q licet omnem continentie di/
ſtrictionem· famem ſcz ac ſitim
vigilias quoq; ⁊ operis iugitatē· atq; ī/
ceſſabile ſubeamus ſtudium lectionis·
perpetuam tamē caſtimonie puritatem
horum laborum merito contingere neq̄/
amus· niſi in his iugiter deſudantes ex/
perientie magiſterio doceamur incorru
ptionem eius diuine gratie largitate cō
cedi. Ob hoc ſane ſolummō ſe vnuſq̄ſq;
infatigabiliter in his exercitijs perdura

rē debere cognoſcat· vt ꝑ illoꝝ afflictionem miſericordiaꝫ domini conſecutus. de impugnatione carnis ac dominatōe prepotentiū viciorū diuino mereat̃ munere liberari· non quo adepturū ſe peril la confidat iſtam quam cupit inuiolatā corporis caſtitatē· Tanto autē erga acquiſitionem caſtimonie deſiderio atqꝫ amore inflammemur· quāto quis pecuniarum cupidiſſimus appetitor· vel qui ſumma honorū ambitōe diſtendit̃· vl̃ q̄ intolerabili pulchre mulieris amore raptatur· deſideriuꝫ ſuum impatiētiſſimo ardore optat expleri· ⁊ ita fiet vt dū pro integritatis perpetuitate inſatiabili cupiditate ſuccēdimur· deſiderabil̃ deſpiciatur cibus· neceſſarius horreat potus· ſomnus deniqꝫ ipē nature debit⁹ r̄ſpuatur· vel certe vt deceptor fraudulentiſſimus puritatis ⁊ emulus atqꝫ cōtrarius caſtitati· attonita atqꝫ ſuſpecta mēte capiatur· ⁊ ita vnuſquiſqꝫ quotidie integritatis ſue matutinus explorator effectus, de collata ſibi purificatione ꝯgaudeat· eamqꝫ ſe non ſuo ſtudio nec vigilātia ſed protectione dñi ſentiat conſecutum· ac tamdiu illius ꝑſeuerantiam ſuo corpori intelligat coheſuraꝫ· q̄ꝫdiu eam dominus ſua fuerit miſeratione largitus· Qui enim hanc ſtabiliter obtinet fidem· nequaq̄ꝫ ſuperbum ſapiens de ſua virtute confidet· neqꝫ ſeductus longis obſceni liquoris indutijs blandiſſima ſecuritate ſoluet̃· ſciēs impuriſſime collunionis aſpergine ſe ꝓtinus maculandum· ſi vel paululum quid ab eo ꝓtectio diuina diſceſſerit· ac ꝓinde ꝑ perpetuitate eius cum omni contritione et humilitate cordis· indefeſſis eſt orationibus excubandum·

## De vtilitate impugnationis q̄ nobis de incētiuorum eſtibus generatur. Cap̄.v.

Ualtis autē capere per hui⁹ rei quam dicimus veritatem euidens argumentū· per quod ⁊ h̄ que dicta ſunt approbetis· et iſtam corporis pugnam que inimica vobis putatur ac noxia vtiliter membris noſtris inſertam eſſe doceamini: Conſiderate queſo illos qui corpore ſunt ſpadones· que precipue cauſa in virtutibus appetēdis deſides reddat ac tepidos. Nonne q̄a corrumpende caſtitatis credunt ſe periculum nō habere: Quod tamen nemo ita ꝓpoſuiſſe me credat· vt neminē eoꝛuꝫ penitus inueniri poſſe confirmem· perfecta abrenunciatione flagrantē· ſed quia naturam quodāmodo ſuam vincant· ſi qui forte eorū ad ꝓpoſitam perfectionis palmam ſumma animi diſtrictione contendunt, cuius ardor ac deſiderium eū quem ſemel accenderit· famem· ſitim· vigilias· nuditatem· cunctoſqꝫ labores corporis· non ſolum patient̃ verum etiaꝫ libenter ſuſtinere cōpellit. Uir enim in doloribus laborat ſibi· ⁊ vim facit ꝑditōni ſue. Et iterum. Anime autē egenti etiam amara dulcia vidētur. Alias nanqꝫ nō poterunt deſideria p̄ſentium rerū vel reprimi vel auelli· niſi pro iſtis affectibus noxijs quos cupimus amputari, alij ſalutares fuerint intromiſſi. Nullatenus enim valet viuacitas mentis· abſqꝫ alicui⁹ deſiderij vel timoris: gaudij vel meroris affectione ſubſiſtere. niſi hec eadeꝫ in bonam partem fuerint immutata. Et idcirco ſi carnales concupiſcentias de cordibus noſtris deſideramus extrudere· ſpiritales in earum locis plantemus ꝓtinus voluntates· vt his anim⁹ noſter ſemꝑ innexus ⁊ habeat quibus iugiter immoret̃· ⁊ illecebras p̄ſentium ac temporalium reſpuat gaudiorū. Cumqꝫ in hunc ſtatum mens noſtra quotidianis exercitijs erudita ꝓfecerit· tunc verſiculi illius affectum experientia docente concipiet· quē oēs quidem ſolita pſallēdi modulatione concinimus· virtutem xͦ ei⁹ non niſi pauci expertiqꝫ ꝑcipiunt. Prouidebam dñm in cōſpectu meo ſꝑ· q̄m a dextris eſt mihi ne cōmouear. Ille etenī ſol⁹ vim atqꝫ intellectum hui⁹ carminis efficaciter aſſequit̃· qui ꝑueniēs ad iſtaꝫ

de qua loquim̄ corporis atq̄ anime pu-
ritatem· intelligit ſe cunctis momentis
ne rurſus ab eadem deuoluatur a domi
no conſeruari· dextraſq̄ ſuas id eſt ope-
rationes ſanctas ab eodem iugiter com
muniri. Dn̄s enim ſanctis ſuis non a ſi-
niſtris (quia nihil habet ſiniſtrum vir-
ſanctus) ſed a dextris ſemꝑ aſſiſtit· a pec
catoribus vero ⁊ impijs nō videt̄· quia
non habent illas dexteras quibus dn̄s
conſueuit aſſiſtere· nec poſſunt dicere cū
ꝓpheta. Oculi mei ſꝑ ad dn̄m· quoniam
ipſe euellet de laqueo pedes meos. Qd̄
nullus poterit veridice profiteri· niſi qui
vniuerſa que in hoc mūdo ſunt aut nox-
ia aut ſuperflua aut certe inferiora ſum-
mis virtutibus iudicans· omnem intui-
tum ſuum· omne ſtudiū· omnem curam
erga cultum ſui cordis ⁊ caſtimonie de-
fixerit puritatem· atq̄ ita mens iſtis exer-
citijs elimata· ⁊ ꝓfectibus expoliata· ad
perfectam corporis atq̄ anime perueniet
ſanctitatem.

## Q patientia ardorem fornicationis extinguat. Cap̄. vi.

Quantum enim quis in lenitate
ac patiētia cordis· tantū in cor-
poris puritate proficiet· quan-
toq̄ longius iracundie ꝓpulerit paſſio-
nem tanto caſtitatem tenacius obtine-
bit Non enim eſtus corporis declinabit
niſi qui animi motus ante compreſſerit
Quod apertiſſime ſaluatoris noſtri ore
laudata beatitudo declarat. Beati mi-
tes· qm̄ ipſi poſſidebunt terram. Non er-
go aliter noſtram poſſidebimus terram
id eſt non alias dicioni noſtre rebell' hu-
ius corporis terra ſubdetur· niſi mēs no-
ſtra prius fuerit patientie lenitate fun-
data· nec poterit quis aduerſus carnem
ſuam inſurgentia libidinis bella cōpri-
mere· niſi prius armis manſuetudinis ī-
ſtruatur. Manſueti enī poſſidebūt ter-
ram· ⁊ inhabitabūt in ſeculum ſeculi ſu-
per eam. Hāc inq̄ terram quemadmo-
dum obtinere poſſimus· idem propheta
in conſeqnentibus pſalmi ipſius edocet
Expecta dn̄m et cuſtodi viam eius· ⁊ ex-
altabit te· vt hereditate capias terram.
Conſtat ergo ad poſſeſſionem terre iſti⁹
firmiter obtinendam neminem poſſe cō-
ſcendere· niſi illos tm̄ q̄ ꝑ inmobilez pa-
tientie lenitatem vias domini duras ac
precepta ſeruantes· de ceno carnalium
paſſionum extrahēnte eodem fuerint ex-
altati. Manſueti ergo poſſidebunt ter-
ram· ⁊ non ſolum poſſidebunt eam. ſed
etiam delectabūtur in multitudine pa-
cis· qua nemo in cuius carne adhuc bel-
la concupiſcentie ſuſcitant̄ ſtabilit̄ per-
fruetur. Neceſſe eſt enim infeſtari eū di-
riſſimis demonum prelijs· ⁊ ignitis lux-
urie iaculis ſanciatum. a terre ſue poſſeſ-
ſione deuolui· donec domin⁹ auferat bel-
la vſq̄ ad fines terre eius· arcum con-
terat et confringat arma· ⁊ ſcuta combu-
rat igni· illo ſcȝ quem venit domin⁹ mit-
tere ſuper terram· arcus etiā ⁊ arma cō-
fringat. quibus aduerſus eum nequitie
ſpiritales diebus ac noctibus dimican-
tes· ignitis configebant cor eius iaculis
paſſionum· Et ita cum eū dn̄s cōterens
bella ab omnibus incentiuorum eſtibus
liberarit· ad illum puritat̄ perueniet ſta-
tum· vt depoſita confuſione qua ſemet-
ipſum id eſt carnem ſuam dū impugna-
retur horrebat· incipiat ea velut puriſſi-
mo tabernaculo delectari. Non enim ac-
cedent ad eum mala· ⁊ flagellum nō ap-
propinquabit tabernaculo eius· ad illū
ſcȝ propheticū patientie virtute perue-
niens· vt manſuetudinis merito nō mo-
do ſuam hereditet terram· verum etiam
delectetur in multitudīe pacis. Ubi au-
tē adhuc ſupeſt ſolicitudo certaminis·
pacis eſſe non poteſt multitudo. Non
enim ait delectabuntur in pace ſȝ in mul-
titudine pacis. Per quod euident̄ oſtē-
ditur· ita efficaciſſimam medicinam cor-
dis eſſe patientiam· ſm̄ illud ſalomonis
Māſuet⁹ vir cordis eſt medicus· vt nō
ſolū ire· triſticie. accidie· cenodoxie· ſup-
bie· ver· etiā libidīs oīmq̄ parit̄ extirpet

beati mites 17

# De caſtitate

fomitem viciorū. In longanimitate enī
(vt ait ſalomon) proſperitas regibus.
Nam qui mitis ſemꝑ atqꝫ tranquillus
eſt·nec iracundie ꝑturbatione ſuccendit᷑
nec accidie atqꝫ triſticie angore conſu-
mitur·nec cenodoxie vanitate diſtendit᷑
nec ſuperbie tumore ſuſtollit᷑. Pax eniꝫ
multa diligentibus nomen dn̄i· et non
eſt illis ſcandalum. Et ideo non immeri
to pronunciat᷑ melior patiens forte. et q̇
continet iram capiēte vrbem. Hanc igi
tur pacem donec firmam atqꝫ ꝑpetuā
obtinere mereamur· nlꝗ neceſſe eſt nos
impugnationibus attemptari. Frequē-
terqꝫ nobis eſt verſiculus iſte cum gemi-
tu lachrymiſqꝫ repetēdꝰ· Miſer factꝰ ſuꝫ
ꝛ afflictꝰ ſum vſqꝫ q̄qꝫ·tota die ꝯtriſtatꝰ
ingrediebar· quoniā lūbi mei ipleti ſūt
illuſionibus· ꝛ non eſt ſanitas in carne
mea. a facie ire tue nō eſt pax oſſibꝫ meis
a facie inſipientie mee. Tunc enim com
ꝑtēter hec ꝛ in veritate deflebimus· qñ
poſt longam puritatem corporis noſtri
ſꝑātes iam carnalia nos omnimodis
euaſiſſe cōtagia· ſtimulos carnis ob ela
tionem cordis adūſum nos rurſum ſen-
timus inſurgere· vel certe ad fallaciam
ſomniorū impuritas nos priſtine collu
uionis aſpergit. Cum ergo ceperit quis
diuturna cordis ꝛ corporis puritate gau
dere· neceſſe eſt vt dum ſe credit vlterius
iam nō poſſe ab illa ſinceritate deuolui·
intra ſemetipm̄ quodāmodo glorie᷑ et
dicat. Ego dixi in abundantia mea· nō
mouebor in eternum. Sed cum vtiliter
a dn̄o ſubrelictus illum puritatis ſta
tum in quo ſibimet confidebat ſenſerit
ꝑturbari· ſeſeqꝫ ī illo ſpiritali viderit ti-
tubare ſucceſſu. recurrat protinꝰ ad illiꝰ
integritatis auctorem· ꝛ agnoſcēs infir-
mitatem ſuam· confiteatur ꝛ dicat. Do
mine non in mea ſed in tua voluntate ꝓ
ſtitiſti decori meo virtutem. Auertiſti fa
ciem tuam a me et factus ſum conturba
tus. Illud quoqꝫ beati iob. Si lotꝰ fue-
ro quaſi aquis niuis· ꝛ fulſerint velut
mundiſſime manus mee· tamen ſordibꝫ

intinges me. ꝛ abominabūtur me veſti-
menta mea. Quod tamen is qui ſuo vi-
cio ſe in ſordibus tingit· non poteſt dice
re ſuo creatori. Donec ergo ad ꝑfectum
puritatis ſtatum ꝑueniat· neceſſe eſt eñ
inequalitatibus iſtis frequentius erudi
ri. quoadusqꝫ per dei gratiam confirma
tus in illa quam appetit puritate effica-
citer dicere mereat᷑. Expectans expecta-
ui dominū· ꝛ reſpexit me. ꝛ exaudiuit pre
cem meam· ꝛ eduxit me de lacu miſerie ꝛ
de luto fecis· ꝛ ſtatuit ſupra petram pe-
des meos. ꝛ direxit greſſus meos.

## De differentijs et gradibus ca-ſtitatis. Cap. vij.

Multi ſunt enim caſtimonie gra
dus· quibus ad illā inuiolabi-
lem cōſcendit᷑ puritateꝫ· quos
licet nec perſpicere nec enunciare vt di-
gnum eſt virtus noſtra ſufficiat· tamen
quia ſeries narrationis expoſcit· ſm̄ me-
diocritatem expientie noſtre vtcūqꝫ pro
ferre temptabimꝰ· reſeruantes ꝑfectiora
perfectis· nec preiudicantes his qui fer-
uentiore ſtudio puriorem caſtimoniam
poſſidētes· quāto maioris induſtrie ſūt
tanto etiam ꝑſpicacie vigore precellunt
Proinde ſex gradibus licet multa a ſe in
uicem ſublimitate diſtantibus· faſtigia
caſtitatis ꝓcelſa diſtinguam· ita vt me-
dia quedam· que tamen multa ſunt pre-
termittam· quorū ſubtilitas ita huma-
nos ſubterfugit ſenſus· vt eā nec mens
inſpicere neqꝫ ꝓloqui lingua ꝓualeat· q̇
bus ſenſim caſtitatis ipſius ꝑfectio quo
tidianis profectibus adoleſcit. Scd̄m
ſimilitudinem nanqꝫ corporū terrenorū
que ſingulis diebus inſenſibiliter ſui ca
piunt incrementa· ꝛ ita dum neſciūt ad
ꝑfectum habituꝫ ꝑuehuntur· anime q̊ꝫ
robur ac maturitas caſtitatis acquirit᷑.
Primus itaqꝫ pudicicie gradus eſt· ne
vigilans impugnatione carnali mona-
chus elidatur. Secundus· ne mens illiꝰ
voluptarijs cogitationibꝫ immoretur·
Tertius· ne feminineo nec tenuit᷑ ad cōcu
piſcentiā moueatur aſpectu. Quartus

Sex gradus caſtitatis &

132

tie vigilans vel ſimplicem carnis perferat motum. Quintus ne cū memoriam generationis humane vel tractatus ratio vel neceſſitas lectionis ingeſſerit ſbtiliſſimus mentem voluptarie actionis ꝯſtringat aſſenſus. ſed velut opus quoddam ſimplex ac miniſteriū humano generi neceſſario contributū. trāquillo ac puro cordis ꝯtempletur ītuitu. nihilqꝫ amplius de eius recordatione cōcipiat. q̄ ſi operationē lateꝛ vel cuiuſlibet alterius officine mente pertractet. Sextus caſtimonie gradus eſt. ne illecebroſis fātaſmatibus feminarū vel dormiens illudatur. Licet enī hanc ludificationē peccato eſſe obnoxiam non credamus. concupiſcentie tñ adhuc medullitus latitātis indicium eſt. Quam tamē illuſioneꝫ diuerſis modis conſtat accidere. Nam ſm̄ illum vſum quem vigilans exercere vel cogitare ꝯſueuerat. etiam dormiens vnuſquiſqꝫ temptatur. Aliter enim falluntur hi qui carnalem copulaꝫ norūt. aliter qui feminee ſunt commixtionis expertes. Hi eī ſic ſimplicioribꝫ ac purioribus ſomnijs inquietari ſolent. ita etiā faciliore diligentia ac minore poſſunt labore purgari. Illi autē ſordidioribꝫ magiſqꝫ expreſſis fantaſmatibus illuduntᷣ. donec paulatim ſm̄ menſurā caſtitatis. ad quam vnuſquiſqꝫ contendit. ī odiū illius rei quā voluptariam ante ſentiebat mens etiam ſomno ſopita vertatur. illudqꝫ ei qđ fortibus viris ꝓ ſummo laborū ſtipendio repromittitᷣ per ꝓphetam concedatᷣ a domino. ⁊ arcum ⁊ gladiuꝫ ⁊ bellum conteram de terra veſtra. ⁊ dormire vos faciam fiducialiter. ⁊ ita demū quis ad illam beati ſereni paucorumqꝫ ſimiliū virorū ꝑueniet puritatem. Quā idcirco a predictis ſex caſtimonie gradibus ſequeſtraui. quia non ſolum poſſideri ſed etiam credi non niſi a rariſſimis poteſt. Et quia id quod illi ſpecialiter diuini muneris largitate collatum eſt. proponi ad generalis p̄cepti non poteſt formam. ſcꝫ vt eo vſqꝫ mēs noſtra caſtitatꝭ ipſius puritate formetur. vt etiam ipō naturali motu carnis emortuo. illū obſcenum liquorem omnino nō ꝓferat. Opinionem ſane quorūdam quā ſuper hac carnis collunione definiunt. ſilere non debeo. qui dicunt non idcirco eam dormientibus euenire. eo qꝫ eam producat fallacia ſomniorū. ſed potius quia redūdantia humoris illius aliquas in egrotanti corde fingat illecebras. Deniqꝫ aiunt qꝫ illo tempore quo nō inquietat illa cōcretio. quemadmodū fluxus eius ita etiam illuſio conquieſcat

## Qđ de natura caſtitatis et effectu eius inexperti tractare non poſſint. Cap. viij

SEd hec ſuſcipere et ꝓbare vtrū poſſibilia an impoſſibilia ſint certo examine definire poterit nemo. niſi ꝑ experientiam longam et puritatem cordis ad confinia carnis ac ſpiritus verbo dn̄i dirigente ꝑuenerit. De quo beatus apoſtolus. Viuus eſt inq̄t ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. ⁊ ꝑtingens vſqꝫ ad diuiſionem aīme ac ſpūs. compagum q̄ꝫ ac medullarū. ⁊ diſcretor cogitationuꝫ ⁊ intentionū cordis. Et ita inter illoruꝫ quodāmodo termīos collocatus. quid humane cōditioni neceſſariū ſit atqꝫ ineuitabiliter attributum. quid ue conſuetudine vicioſa ⁊ incuria iuuentutis inuectū. velut inſpector ⁊ arbiter iuſta trutinatione diſcernet. ac ſuꝑ eorum effectu atqꝫ natura non falſis vulgi opinionibus abducetᷣ. nec preiudicatis inexꝑtorum diffinitionibus acquieſcet. ſꝫ puritatis modum certa exꝑientie ſue libra ⁊ iuſta examinatione perpendens. nequaqꝫ illorū decipietur errore. qui negligentie ſue vitio crebrioribus qꝫ natura cōpellit egeſtionibus ſordidati. de naturali cōdicione cauſantur. Cunqꝫ eos conſtet inferre poti⁹ vim nature. ⁊ extorquere ab ea pollutionem quam ipā non ingerit. intemperantiā ſuam ad neceſſitatem carnis immo ad eius referunt crea-

torem· ꝓprias culpas ad nature īfamiā
tranſferentes. De quib; in ꝓuerbijs ele-
ganter exprimitur. Inſipientia viri cor-
rumpit vias ſuas. deū ꝫ aūt cauſatur in
corde ſuo. Poſtremo ſi quis huic aſſer-
tioni noſtre fidem derogare voluerit· q̄-
ſo vt non ante ꝓiudicata nobiſcuꝫ opi-
nione diſceptet· q̄ꝫ diſcipline hui⁹ ſuſci
piat inſtituta. Cumq; hec per paucis mē-
ſibus illa qua traditur moderatiōe ſer-
uauerit· ꝑfecto hec que diximus vero po
terit probare iudicio. Ceterum fruſtra
de cuiuſlibet artis ac diſcipline fine con-
tendit· quiſq; non prius omnia que ad
conſummationem eius pertinent· ſum-
mo fuerit ſtudio ac virtute ſectatus· ve-
lut ſi verbi gratia ſimilitudinem mellis
ex tritico· aut rurſuꝫ ex eo ſicut etiā ex ra
fani liniq; ſemibus leniſſimi olei liquo-
rem ꝓduci poſſe ꝯfirmem· Si quis hoꝝ
penit⁹ ignarus aſſiſtat· nonne cōtra reꝝ
naturā hoc eē cōclamās· me velut apꝑ̄ſ
ſimi auctorem mendacij deridebit· Cui
ſi ego teſtes īnumeros qui hec ſe ꝛ vidiſ
ſe ꝛ guſtaſſe ꝛ feciſſe teſtentur exhibeam·
rationem inſuꝑ atq; ordinem q̊ ille ſpe-
cies. vel in olei pinguedinem· vel in mell'
dulcedinem tranſforment' ediſſeraꝫ· ille
autē in ſtultiſſime perſuaſionis obſtina
tione perſiſtens· neget ab ill' ſeminib; q̇c
q̄ꝫ vel dulcedinis vel vnguedīs poſſe ꝓ-
duci Nonne magis notanda eſt irratio
nabilis eius ꝑuicaxq; contentio· q̄ꝫ ſer-
monis mei veritas irridenda· q̄ multoꝝ
ac fideliū teſtiū grauitate· ꝛ euidētibus
document'. ꝛ qꝺ his amplius eſt expien
tie ꝓbatione fulcitur. Et ideo quiſquis
ad illuꝫ puritatis ſtatū iugi cordis intē-
tione ꝑuenerit· vt iam mēte ab hui⁹ paſ-
ſionis titillatione penitus abſoluta· per
ſoporem caro eius velut redundantiam
ſuperflui humoris expellat· conditioneꝫ
modumq; nature certiſſime depꝛ̄hendit·
ꝛ ita cuꝫ expgefact⁹ inuenerit carnē ſuā
poſt longa tempꝑa ſe inſcio atq; ignoran
te pollutam· tū demū de naturali neceſſi
tate cauſet' ad illū ſine dubio perueniēs

ſtatum· vt talis inueniat' in nocte qual'
in die· talis in lecto qualis in oratiōe· ta
lis ſolus qual' turbis hoīm circūſeptus.
Poſtremo vt nunq̄ꝫ ſe talē ſecret⁹ aſpi-
ciat· qualis videri ab hoībus erubeſcit·
nec in eo tale aliq̄d ineuitabilis ille ocul⁹
depꝛ̄hendat· qꝺ ab hūanis aſpectib; ve-
litesſe celatum· ꝛ ita cum ceperit ſuauiſſi
mo lumīe caſtitatis iugiter delectari· di
cere poterit cū ꝓpheta. Et nox illumīatio
mea in delitijs meiſ· q2 tenebre nō obſcu
rabuntur a te· ꝛ nox ſicut dies illumina
bitur· ſicut tenebre eius ita ꝛ lumen ei⁹.
Deniq; hoc ipm· q2 ſupra conditionem
nature videtur humāe· qualit' obtinue
rit idem ꝓpheta ſubiungit dicēs. Quia
tu poſſediſti renes meos· id eſt non indu
ſtria mea neq; virtute hanc ꝓmerui pu-
ritatem· ſed q2 tu mortificaſti inſituꝫ re-
nibus meis libidinoſe voluntatiſ ardorē

## Interrogatio an corporis motum etiā dormientes poſſimus euadere Cap. ix.

GErmanus. Perpetuam qui
dem corporis puritatem ex par
te aliqua experti ſumus· a vigi-
lantibus poſſe per dei gratiaꝫ poſſideri·
ꝛ cōmotionem carnis diſtrictionis rigo
re atq; iudicio reſiſtente· vigilantib; poſ
ſe non cōtingere non negamus. Utruꝫ
autē ꝛ dormientes hac inquietudine ca-
rere poſſimus· volumus edoceri Duab;
nanq; de cauſis poſſibile hoc eſſe nō cre-
dimus· q̄s licet abſq; verecundia neq̄a
m⁹ effari· tū q̄m h' medicine ipius neceſſi
tas cogit· queſumus vt cum venia tui ſi
q̄ forte inuerecūdius fuerint denudata
ſuſcipias. Primum ergo eſt qꝺ ꝑ ſom-
ni quietem mentis vigore laxato· obſer-
uari nequaq̄ꝫ illius valeat cōmotionis
obreptio. Secundo q2 etiam vrine colle
ctio cum veſice capacitatem quieſcenti-
bus nobis indeſinenti confluxu. interni
humoris oppleuerit· excitet mēbra mar-
ceſcentia· quod etiam paruulis vel ſpa-
donibus eadem nihilominus lege ꝯtin-
git. Unde fit vt ſi non oblectatio libidi

mis vulnerit mentis aſſenſum· confuſio
ne tamen eam humiliet turpitudo mem
brorum.

## Reſponſio ꝙ per ſomnum acci dens carnis commotio non of ficiat caſtitati. Cap.x.

Cheremō. Apparet vos nec
dum vere caſtitatis agnouiſſe
virtutem· qn̄quidem diſtrictio-
nis auxilio eam a vigilantibus tm̄ cre-
ditis retentari Et inde eſt ꝙ putatiſ a dor
mietibus quaſi rigore animi reſoluto. i-
tegritatem non poſſe ſeruari. Porro ca
ſtitas nō vt arbitramini diſtrictiōis p̄-
ſidio· ſed amore ſui ⁊ ꝓprie puritatiſ dele
ctatione ſubſiſtit. Non enī caſtitas ſed
ↄtinētia dicit᷑· vbi adhuc ei aliq̄ reſiſtit
aduerſitas voluptatis. Videtiſ ergo his
qui caſtitatis affectū ꝑ dei gratiam me-
dullitus receperūt· diſtrictionis ceſſatio
nem cū dormiunt nō obeſſe· q̄ īfida etiā
vigilantibus ratione certiſſima cōpro-
batur Quicquid enim cū labore cōp̄mi
tur· temporales dimicanti p̄ſtat induti-
as non tamē ꝑpetuam ſecuritatis quie-
tem tribuit poſt laborem. Quicq̇d autē
ꝓfunda fuerit virtute deuictū· abſq; vl
la inquietudinis ſuſpitione compoſitū·
iugem pacis victori conferet firmitatē.
Quobrem donec pulſari nos carnis cō-
motione ſentimus· nouerimꝰ nos ad ca
ſtitatis necdum ꝑueniſſe faſtigia· ſed ad
huc ſub infirmitate continentie cōſtitu-
tos prelijs fatigari. in quibus neceſſe eſt
dubios ſemꝑ eſſe euētus. Qđ aūt ineui
tabilem eſſe cōmotionem carnis h̄ aſtru
ere voluiſtis indicio· ꝙ ea ne ipī quidem
eunuchi carere demptis genitalibꝫ pn̄t.
ſciendum eſt non eis carnales eſtus nec
affectum libidinis· ſed ſolā ſatiue gene-
rationis deeſſe virtutem. Unde manife
ſtum eſt ne illos q̇dem ſi ad hāc ad quā
nos nitimur caſtitatem cupiunt ꝑueni-
re· ab humilitate et cōtritione cordis vł
continentie diſtrictione debere laxari· li-
cet nequaq̄; ſit diſcredēdum· minore ab
eis caſtimoniā poſſe labore ac ſtudio cō
prehendi.

## Quam multum interſit inter caſti- tatem et continentiam. Cap.xi.

Quāobrem ꝑfectio caſtitatiſ· a la
borioſis continentie rudimentiſ
ꝑpetua tranquillitate diſcerni-
tur. Hec eſt enī vere conſummatio caſti
tatis. que non impugnans carnalꝫ cōcu
piſcentie motꝰ ſed toto horrore deteſtās·
iugem atq; inuiolabilē ſui retinet puri-
tatem· nec poteſt aliud quid eſſe q̄; ſācti-
tas Hoc autem fiet qn̄ iam deſinens ca
ro aduerſus ſpūm concupiſcere· deſide-
rijs eius virtutiq; cōſenſerit· ceperintq;
ſibi inuicem pace firmiſſima federari· et
ſ̄m pſalmigraphi ſentētiam habitaue-
rint fratres in vnum. illam repromiſſam
a dn̄o beatitudinem poſſidentes· de qua
ait Si duo ex vobis conſenſerint ſuper
terram· de omī re quācunq; petierit fiet
illꝫ a patre meo qui in celꝫ eſt. Quiſq̇s er
go intellectualis illius iacob. id eſt ſup-
plātatoris tranſcenderit gradum· ab il-
la continentie colluctatione ac ſupplan
tatione viciorū. obſtupefacto femoriſ ner
uo· ad iſrahelis meritum ꝑpetua cordis
directiōe cōſcēdet. Quē ordinem etiam
beatus dauid ita ſpūſancti vaticinatio
ne diſtinxit· in primis inquiens. Notus
in iudea deus· id eſt in aīma que adhuc
ſub peccatorū confeſſione retinetur. iu-
dea enim confeſſio interpretat᷑· in iſrael
autē id eſt in eo qui videt deum· ſiue vt
quidam interp̄tātur. rectiſſimus dei eſt·
non ſolum notus ſed etiam magnuſ eſt
nomē eius. Deinde ad ſublimiora nos
ꝓuocans· ac volens etiam locum ipſuſ
quo dn̄s delectatur oſtendere. Et factꝰ
eſt inquit in pace locꝰ eiꝰ· id eſt nō in con
flictu certaminis ⁊ colluctatiōe viciorꝫ·
ſed in caſtimonie pace ⁊ in cordis tran-
quillitate perpetua. Hunc igitur pacis
locum extinctione carnaliū paſſionum
ſi quis meruerit obtinere. ex hoc q̄ſ pro-
ficiens gradu· ac ſyon ſpiritalis· id eſt
ſpecula dei. conſequenter effectus· erit
etiā habitatio eius. Nō enim in confli-

ctu cotinentie· ſed in iugi virtutum ſpe-
cula dominꝰ cōmorat᷑· vbi iam nō retū-
dit· non comprimit· ſed in perpetuū con
frigit potentias arcuum· ex q̄bus videli
cet aduerſum nos libidinū quondaꝫ ia
cula dirigebantur ignita Uidetis ergo
quia ſicut non eſt in colluctatione conti
nentię ſed in caſtitatis pace locus dn̄i·
ita etiā habitatio eius in ſpecula ſit ⁊ cō
templatione virtutum. Unde non im̄e-
rito porte ſyon cunctis tabernaculis ia-
cob preferuntur. Diligit enim dn̄s por
tas ſyon ſup omnia tabernacula iacob.
Qꝛ autem ꝑ hoc ineuitabilem eſſe cōmo
tionem carnis aſſeritiſ· quod vrina cū ve
ſicā iugi inſtillatione repleuerit· q̄cta eti
am ſuſcitet membra· licet vere ſectatori-
bus puritatis ad obtinēdam eam nihil
preiudicet iſta commotio· quaꝫ hec ſola
interdum ⁊ tamen ꝑ ſoporem neceſſitas
excitarit. ſciendum tamē eſt· q̄ ita ſi com
mota fuerint ad quietem ꝓpriā reducan
tur caſtitatis imperio· vt non modo cuꝫ
nullo pruritu· ſed ne cum mīma quideꝫ
libidinis recordatione ſedent᷑. Et idcir-
co vt cum lege animi· lex q̊ꝫ cōgruat cor
poralis· etiam in ip̄ius aquę potu ita eſt
nimietas caſtiganda· vt humoris quo-
tidiana illa collectio pigrꝰ arefactis in-
fluens membris· illum quē ineuitabileꝫ
putatis corporis motum· non ſolum ra-
riſſimum· verumetiā lentū reddat ac te-
pidum frigidumqꝫ (vt ita dixeri) igneꝫ.
⁊ abſqꝫ vllius aduſtionis ardore rorãn
tem ſuſcitet flammam· inſtar admira-
bilis illius moſaice viſionis· vt carnis
noſtrę rubus innoxio igne circūdatus
non vratur· vel ſicut illorū triū iuuenuꝫ
quibus ita rorāte ſpiritu fornacis chal-
dayce flamma diſcuſſa eſt· vt nec capil-
los eorūꝫ aut fimbrias odor ignis affla-
ret· vt illud quodāmō quod ſanctis re-
ꝓmittitur ꝑ ꝓphetam· incipiamus iam ī
hoc corpore poſſidere· cum ambulaueris
per ignem non cōbureris· ⁊ flāma nō ar
debit in te

## De mirabilibus quę peculiari-ter in ſanctis ſuis deus opera-tur. Cap. xij.

Magna enim vere atqꝫ mirifica
ſunt· nec vlli hominū penitꝰ· ni
ſi his tantum qui experti ſunt
nota· quę dominꝰ fidelibus ſuis adhuc ī
iſto corruptionis vaſculo conſtitutis· i-
effabili largitur liberalitate. Quę ꝓ be-
ta mentis puritate perluſtrans· tā ex ſua
q̄ꝫ ex illorū perſona qui in hunc ſtatum
affectūqꝫ peruenīūt exclamauit. Mira
opera tua· ⁊ aīma mea cognoſcet nimis
Alioquī nihil noui nec magni intelligi-
tur propheta dixiſſe· ſi alio cordis affe-
ctu vel de alijs operibus dei hec pronun
ciaſſe credatur Nullus etenī eſt hominū
qui mira eſſe opera dei etiam ex ip̄ꝰ crea
ture magnitudine non agnoſcat· Cete-
rum illa quę in ſanctis ſuis quotidiana
operatione diſpenſat· ac ſpeciali muni-
ficentia affluenter effundit· nullus alius
niſi anima perfruens agnoſcit· quę in ſe-
creto conſcientię ſue ita eſt beneficiorum
eius arbitra ſingularis· vt ea non ſoluꝫ
nullo valeat ſermone differere· ſꝫ ne ſen-
ſu quidem et cogitatione complecti· cuꝫ
ab illo ignito feruore diſcedens ad iſtos
materiales ac terrenos intuitꝰ fuerit de-
uoluta. Quis enim in ſe opera dn̄i non
miretur· cum inſatiabileꝫ ventris inglu
uiem· ⁊ ſumptuoſam gule ꝑnicioſamqꝫ
luxuriā· ita ī ſe viderit fuiſſe cōpreſſā· vt
vix ip̄m exiguum ac viliſſimum cibū ra-
ro inuituſqꝫ percipiat: Quis non ob-
ſtupeſcat opera dei· cuꝫ illum ignem libi
dinis quem naturalem antea ⁊ velut in-
extinguibilem eſſe credebat· ita refriguiſ
ſe perſenſerit· vt ne ſimplici quidē ſe cor-
poris motu ſentiat incitari. Quomodo
non ꝟtutem domini ꝯtremiſcat quiſqꝫ·
cū hoīes quōdam diros atqꝫ truculen-
tos qui ad ſummū iracundie furorē etiā
blandiſſimis ſubditorū irritabātur ob-
ſequijs: ad tantam tranſiſſe viderit leni
tatem· vt non ſolum nullis iam commo
ueātur iniurijs· ſed etiam cū illate fuerit

ſumma magnanimitate congaudeant?
Quis plane non miretur opera dei · ac
toto proclamet affectu · quia ego cogno
ui ꝙ magnus eſt dominus · cum vel ſe vł
alium quempiam ex rapaciſſimo libera
lem · ex ꝓdigo cōtinentem · ex ſuperbo hu
milem · ex delicato ac tenero ſqualidum
hirſutumqꝫ perſpexerit ⁊ egeſtate atqꝫ an
guſtia p̄ſentium rerum etiam volunta
rie ꝑfruentem? Iſta ſunt profecto mira
opera dei · que peculiariter anima ꝓphe
te ſimiliumqꝫ eius mirifice cōtemplatio
nis intuitu ſtupefacta cognoſcit · Iſta
ſunt prodigia que poſuit ſuper terram ·
que idē propheta conſiderans · ad admi
rationem eorum cūctos populos aduo
cat dicens. Uenite ⁊ videte opera dei · q̃
poſuit prodigia ſuper terram · auferens
bella vſqꝫ ad fines terre. arcum cōteret
⁊ confringet arma ⁊ ſcuta cōburet igni.
Quod enim maius poteſt eſſe ꝓdigium ·
q̄ſ ſub momento breuiſſimo ex rapaciſſi
mis publicanis apoſtolos fieri · ex perſe
cutoribus truculētis predicatores euā
gelii patientiſſimos reddi · ita vt eam q̄ſ
perſequebantur fidem etiā effuſione ſui
ſanguinis ꝓpagarent? Iſta ſunt opera
dei que ſe quotidie vna cum patre ope
rari filius proteſtatur dicens. Pr̄ meus
vſqꝫ hodie operatur ⁊ ego operor. De
iſtis operibus dei beatus dauid in ſpiri
tu canens. Benedictus inquit domin⁹
de⁹ iſrł · qui fac̄ mirabilia mag̃ ſol⁹. De
iſtis ⁊ amos propheta Qui facit inquit
omnia · et conuertit ea ⁊ tranſmutat in
matutinam vmbram mortis. Hec eſt
nēpe immutatio dextere excelſi · De hac
ſalutari oꝑatiōe dei orat propheta dn̄m
dicens. Confirma deus hoc quod ope
ratus es in nobis · Ut pretermittā illas
ſecretas atqꝫ abſconditas diſpenſatio
nes dei · quas intra ſe peculiariter exerce
ri mens ſanctorum omniū momentis ſin
gulis intuetur · illam celeſtem infuſionē
letitie ſpiritalis · qua deiectus animus
īſperati gaudii alacritate ſuſtollitur ad
illos ignitos cordis exceſſus. ⁊ tam inef

fabilia q̄ſ inaudita ſolatia gaudiorum ·
quibus nonnunq̄ſ ignauiſſimo ſtupore
torpentes · ad orationem feruētiſſimā ve
lut de ſomno profūdiſſimo ſuſcitamur.
Hoc inq̄ſ eſt gaudium de quo beatus
apoſtolus. Quod oculus inquit nō vi
dit · nec auris audiuit · nec in cor homīs
aſcendit · eius ſcꝫ qui terrenis vitiis he
betatus adhuc homo eſt ⁊ humanis in
heret affectibus · nihilqꝫ de iſtis dei mu
neribus intuetur. Deniqꝫ idem apoſto
lus tam de ſe q̄ſ de ſimilibus ſibi q̇ iam
de humana ꝯuerſatione diſceſſerāt · ſub
iecit dicens. Nobis autē reuelauit deus
per ſpiritum ſuum.

## ¶ ſoli qui experiuntur agno‑ ſcant dulcedinem caſtitatis. Cap̄. xiii.

In his igitur omnibus quan
tum mens ad ſubtiliorem pro
fecerit puritatem · tanto ſubli
mius intuebitur deum · ⁊ admirationis
intra ſemetip̄am potius capiet incremē
ta · quā loquendi facultatem aut ſermo
nem narrationis inueniet. Ut enī vim
leticie huius inexpertus mente percipe
re · ita explicare ſermone non valebit ex
pertus · tanq̄ſ ſi quis dulcedinem mel
lis ei qui nunq̄ſ quicq̄ſ dulce guſtauerit
velit ſermonib⁹ enarrare · profecto nec il
le ſaporis illius ſuauitatem quā nunq̄ſ
ore percepit auribus capiet · nec ille dul
cedinem quā guſtus voluptate cogno
uit verbis poterit indicare · ſed ꝓpria tā
tum agnitione ſuauitatis illectus · neceſ
ſe eſt vt experti ſaporis iocunditatem in
tra ſemetip̄m ſolūmodo tacit⁹ admiret̄.
Ita igit̄ q̇ ſq̇s in hunc quem prediximꝰ
virtutum ſtatum meruerit peruenire · h̄
omnia que in ſuis peculiari gratia dn̄s
operatur · tacita mente perluſtrans · ho
rumqꝫ omniū attonita conſideratione
flammatus · cum intimo cordis exclama
bit affectu. Mira opera tua deus · ⁊ ani
ma mea cognoſcet nimis. Iſtud ergo eſt
mirabile opus dei · hominem carneū car
nales affectus in carne poſitum reſpuiſ

ſe. ⁊ in tanta rerum atqꝫ incurſuum va rietate vnum tenere animi ſtatuꝫ. atqꝫ i mobilem in omni accedentium permu tatione durare. Qua virtute fundatus ſenex q̄dā· cū apud alexandriā turb in fidelium circūfuſus· non ſolum maledi ctis verumetiam grauiſſimis impellen tiū vrgeretur iniurijs· eiqꝫ a ſubſannan tibus diceretur. Quid miraculi chriſt⁹ veſter quem colitis fecit? Ille inq̄t. Ut his ac maioribus ſi intuleritis non moue ar nec offendar iniurijs

## Interrogatio de continentie qualitate et temporis modo in quo caſtitas perfici poſſit. Capitulū. xiiij.

Germanus. Quoniā nos ad miratio nō humane huius neqꝫ terrene· ſed plane celeſtis atqꝫ angelice caſtitatis· ita ſubito ſtupore confudit· vt terrorem magis deſperatio nis incuteret· qꝫ ad expetendam ſe nros animos prouocaret· queſumus vt nos de obſeruantie qualitate ac temporis modo· quo acquiri vel perfici valeat do ctrina pleniſſime diſputatōis inſtituas· quatinus ⁊ conſummari eā poſſe creda mus· ⁊ ad expetendam deinceps ſpacio conſtituti temporis animemur. Incōp hẽnſibilem nanqꝫ eam in carne hac po ſitis quodāmodo iudicamus· niſi nob ordo quidam ac via qua ad illam vale at perueniri· certa ratione pandatur

## Reſponſio intra quod tempus poſſibilitas caſtitatis poſſit agnoſci. Cap. xv.

Cheremon. Temerarium ſa tis eſt ſuper conſūmatione hu ius de qua loquimur caſtitatꝭ· in tanta preſertim vel voluptatū diuer ſitate vel viriuꝫ. certam temporis defini re menſurā· q̄ non facile etiā in iſtis ma terialibus artibus ac viſibilibus diſci plinis decerni poteſt. ſcd̄m intentionem nanqꝫ animi atqꝫ ingenij qualitateꝫ· ne ceſſe eſt eas ab vnoquoqꝫ vel celeri⁹ vel tardius apprehendi· ratione tamē obſer uantie ⁊ temporis modum intra quē ei⁹ poſſibilitas agnoſcatur· conſtantiſſime poſſumus definire. Quiſquis igit̄ extra ctus a cunctis confabulationibus ocio ſis· ⁊ mortificatus ab omni ira ac ſollici tudine curaqꝫ mundana. duobus tātū paximacijs fuerit quotidiana refectione contentus. ⁊ aque ſatietate ſbtracta· q̄ etem ſomni trium ſiue (vt alij ſtatuerūt) quattuor horarū ſpacio terminarit. nec tamen laborum aut continentie hui⁹ me rito ſed miſeratione dn̄i eam ſe credide rit adepturum· quia ſine hac fide vana eſt omnis humani laboris intentio· non amplius qꝫ ſex menſibus· pfectionē iſt⁹ impoſſibilem ſibi nō eſſe cognoſcet. Cui dens tamen eſt iam pxime puritatis in diciū· incipere eam de pprij laboris indu ſtria non ſperare. Si enim vim verſiculi illius vnuſquiſqꝫ in veritate cōceperit· Niſi dn̄s edificauerit domum· īnanum laborant qui edificant eam· ſequitur· vt nec de puritatꝭ ſue meritis extollat̄· intel ligens eam ſe non ſua diligentia. ſed do mini miſericordia conſecutum· nec ɔtra alios immiti rigore moueatur· ſciens hu manam nihil eſſe virtutem· ſi eam virt⁹ diuina non iuuerit

## De fine ac remedio caſtitatis Capitulū. xvi.

Proinde vnicuiqꝫ noſtrum ad uerſus ſpiritum fornicationis totis viribus deſudanti. victo ria ſingularis eſt· de merito conatus ſui remedium non ſperare· que fides licet fa cilis ac plana omnibus videatur tn̄ taꝫ difficile ab incipientibus qꝫ ipſius caſti tatis perfectio poſſidetur. Nam cuꝫ eis vel particula puritatis arriſerit· ɔtinuo in conſcientie ſue ſecretis elatione q̄daꝫ ſubtiliter illabente ſibimet blādiuntur· credenteſqꝫ eam ſe diligentie ſue ſtudio

conſecutos neceſſe eſt vt ſuperno illo pꝛeſidio paululum denudati tamdiu illis quas diuina virtus extinxerat paſſionibus opprimantur: cꝙdiu experientia docente cognoſcāt ſe viribus atqꝫ induſtria ſua puritatis bonum obtinere non poſſe. Et vt diſputationem noſtram de fine pleniſſime caſtitatis longa lucubratione confectā breuiter concludamus in vnum omnia que copioſe ſparſimqꝫ digeſta ſunt colligentes. hec eſt conſummatio caſtitatis: vt vigilantē mōachū oblectatio libidinis nulla perſtringat: vt quieſcentē ſomniorum non fallat illuſio: ſed cum dormienti tantum per ſopite mentis incuriam commotio carnis obrepſerit: quemadmodum ſine vlla titillatione voluptatis excitata eſt: ita etiam ſine vllo pꝛuritu corporis conquieſcat. Hec de caſtitatis fine quantum potuimus non verbis ſed experientia magiſtrante digeſſimus. Que licet a deſidioſis ac negligentibus arbitrer impoſſibilia forſitan iudicāda: certus tamen ſum a ſtudioſis ac ſpiritalibus viris agnoſcenda pariter ac pꝛobanda. Tantum namqꝫ inter hominem diſtat et hominē: quantum ⁊ illa in quibus animi eorum tendit intētio ab inuicem diſparantur: id eſt vel celū ab inferno. vel chꝛiſtus a belial: ſcd̄m ſentētiam domini ſaluatoris. Si quis mihi miniſtrat me ſequat: ⁊ vbi ego ſum illic ⁊ miniſter meꝰ erit. Et iterum. Ubi eſt theſaurus tuus ibi erit ⁊ coꝛ tuum. Hucuſqꝫ beatus cheremon de caſtitatis perfectione diſſeruit: admirabilemqꝫ doctrinam ſublimiſſime puritatis tali ſermone ꝯcluſit: ſuadens ſtupentibus atqꝫ anxijs nobis: vt quia iam noctis pars maioꝛ effluxerat: tradita quieti paululū membra naturali ſopoꝛis cibo minime fraudaremus: ne languens toꝛpoꝛe coꝛpoꝛis ſui etiā mens vigoꝛem ſancte intentionis amitteret.

**Explicit collatio ſecunda abbatis Cheremonis de caſtitate**

**Incipiunt capitula collatiōis tertie eiuſdem abbatis de pꝛotectione dei.** Cap. pꝛimum

Pꝛoemium.
ij Interrogatio quare nō merita virtutum laboꝛantis induſtrie deputentur.
iij Reſponſio ꝙ ſine adiutoꝛio dei non ſolum perfectio caſtitatis: ſed omnino nihil boni perfici poſſit.
iiij Obiectio quemadmodum gentiles abſqꝫ gratia dei caſtimoniam habuiſſe dicant.
v Reſponſio de philoſophoꝛum imaginaria caſtitate.
vi Qꝫ ſine gratia dei nullos induſtrios conatꝰ exequi valeamus.
vij De pꝛincipali pꝛopoſito dei: et ꝓuidentia quotidiana.
viij De gratia dei et arbitrij libertate.
ix De virtute bone voluntatis noſtre ⁊ gratie dei.
x De liberi arbitrij infirmitate
xi Utrum bonam voluntatem noſtram ſequatur an pꝛecedat gratia dei.
xij Qꝫ voluntas bona nec ſemper gratie nec ſemper ſit homini tribuenda
xiij Qꝫ gratiā dei humani conatus compenſare non poſſint
xiiij Qꝫ temptationibus ſuis deꝰ virtutem humani experiat arbitrij.
xv De multiplici vocationum gratia.
xvi De gratia dei eo ꝙ humane fidei tranſcendat anguſtias.
xvij De inſcrutabili diſpenſatione dei.
xviij Definitio patrū eo ꝙ arbitriū ad ſaluandū nō ſit ydoneū

**Expliciunt capitula.**

## Incipit tertia collatio abbatis cheremonis de protectione dei. Cap. primum

CUm ad ſumaxi manutinã perceptos pauluſq; ſopore remeãtes ſenem operirem ingenti abbas germanus ſcrupulo monebatur · quia preterita diſputatioẽ cuius virtus ſummum deſiderium incognite nobis caſtitatis infuderat · vnius adiectione ſententie beatus ſenex meritū humane cauſaſſet induſtrie · aſtruēs hominem q̄uis ſummis ad bonam frugē viribus enitatur · tamen boni compotem eſſe non poſſe · niſi id diuini tantum muneris largitate non operis ſui ſtudio percepiſſet. Hanc igitur queſtionem attonitē voluentibus nobis · progreſſus cellula beatus Cheremon cum quidem nos inuicem muſitare ſenſiſſet · ſolito breui orationum atq; pſalmorum ſolennitate tranſcurſa · quid moueret inquirit.

## Interrogatio quare non merita virtutū laborantis induſtrie deputentur. Cap. ij.

TUnc Germanus. Quantum excellentiſſime inquit ſublimitate virtutis que nocturna diſputatione patefacta eſt · pene (vt ita dixeri ·) a fide poſſibilitatē excludimꝰ · tantum nobis pace tui dictum ſit videtur abſurdum · ſi laborum ſtipendiū . id eſt perfectio caſtitatis que inſtantia proprij ſudoris acquiritur · non ſpecialitͤ laborantis deputetur induſtrie · Ineptum eſt enim · vt ſi verbi gratia agricolam erga culturam terre irremiſſum ſtudium viderimus impendere . non illius efficacie aſcribamus ⁊ fructum.

## Reſponſio q̄ ſine adiutorio dei non ſolum perfectio caſtitatis · ſed omnino nichil boni perfici poſſit. Capitulū iij.

CHeremon. Hoc ipſo qđ propoſuiſtis exemplo · euidentiꝰ approbatur nihil poſſe proficere ſine adiutorio dei laborantis induſtriā Nec enim agricola cum omnes conatꝰ ſuos in excolendis expenderit terris · confeſtim etiam prouentum ſegetum ⁊ vbertatem frugū ſue poterit induſtrie deputare · q̄ irritam eſſe frequenter expertus eſt · niſi eam ⁊ pluuiarum oportunitas ⁊ hyemis trãquilla ſerenitas ſubſequatͬ · ita ut adultos iam fructus ac pfecta maturitate ſolidatos · quodāmō de manu tenentiū viderimus plerūq; prereptos · nihilq; laborantibus illam iugem ſudorū inſtantiam contuliſſe · quia non fuit domini opitulatione directa · Sicut igitur inertibus agricolis · qui ſua frequētͤ vomere arua non ſubigunt · hanc vbertatē ſegetum pietas diuina non confert . ita laborantibus pernox ſollicitudo nō proderit · niſi miſericordia domini fuerit pſperata. In quo tamen humana ſuperbia nullatenus ſe gratie dei vel exequare vel admiſcere contendat · participēq; ſe in muneribus dei per hoc conetur inſerere · vt laborem ſuum auctorem eſſe diuine exiſtimet largitatis · ac prouentū copioſiſſimarū frugum · induſtrie ſue meritis reſpondiſſe glorietur. Cōſideret nāq; ac veridica examinatione perpendat . q̄ ne ipſos quidem conatus quos pro deſiderio opulentie intentus exercuit . ſuis viribus impendere potuiſſet · niſi eū ad exercendū omne opus ruris . protectio domini ac miſericordia roboraſſet · et inefficax eius voluntas fuiſſet ac virtus ·

niſi etiam peragendi copiam· que nonnunqꝫ vel ſiccitatis vel imbrium nimietate fraudatur· diuina clementia preſtitiſſet. Nam cum ⁊ bonū virtutis et ſanitas corporis ⁊ omnium effectus operū actuumqꝫ proſperitas a domino fuerit condonata· orandum eſt ne fiat ei ſicut ſcriptum eſt. celū ereum ⁊ terra ferrea· ⁊ ne reſiduū locuſte comedat brucus· et reſiduum bruci eruca deuoret· ⁊ reſiduū eruce rubigo conſumat. Nec in hoc tantum eget diuinitatis auxilio agricole laborātis induſtria· niſi etiam inſperatos auertat caſus. quibus etiam ſi deſiderata fructuum fecunditate ager fuerit opimatus· non ſolum ſpei ſue vana expectatione fruſtrabitur· verumetiam ꝑceptarum et reconditarum iam vel in area vel in horreo frugum vbertate fraudabitur. Quibus manifeſte colligitur· non ſolū actuum. verumetiam cogitationum bonarum ex deo eſſe principiū· qui nobis ⁊ initia ſancte voluntatis inſpirat· ⁊ virtutem atqꝫ opportunitatem eorū que recte cupimus tribuit peragendi. Omne enim datum bonum. et omne donum perfectum deſurſum eſt deſcēdens a patre luminū· qui ⁊ incipit que bona ſunt· ⁊ exequitur. ⁊ cōſummat in nobis: dicēte apoſtolo. Qui autem dat ſemen ſeminanti· ⁊ panem ad manducandum preſtabit· ⁊ multiplicabit ſemen veſtrum· ⁊ creſcere faciet fructus iuſticie veſtre. Noſtrum vero eſt· vt quotidie attrahentem nos gratiā dei humiliter ſubſequamur. vel certe dura ceruice ⁊ incircumciſis vt ſcriptum eſt auribus eidē reſiſtentes· ꝑ hieremiam mereamur audire. Nūquid qui cadit non reſurget· aut qui auerſus eſt non reuertetur: Quare ergo auerſus eſt populus iſte in hieruſalem auerſione cōtentioſa: Indurauerūt ceruices ſuas· noluerunt reuerti.

## Obiectio quemadmodum gētiles abſqꝫ gratia dei caſtimoniam habuiſſe dicantur.

### Capitulū .iiij.

GErmanus. Huic ſenſui cuiꝰ pietas abrupte a nob nō pōt improbari· illud videtur obſiſtere quod ad deſtructionem liberi arbitrij tendit. Nam cum multos gentilium qui vtiqꝫ diuini adiutorij gratiam non merentur· non ſolum frugilitatis atqꝫ patientie ſed quod magis mirum eſt etiā caſtitatis videamus fulgere virtutibꝰ. quomō captiuato libere voluntatis arbitrio· dei munere collate illis fuiſſe credende ſunt: cum vtiqꝫ mundane ſapiētie ſectatores· non ſolum dei gratiā ſed ipm etiam verum deum penitus ignorātes· quantum vel ſerie lectionis vel quorundam traditione cognouimus· ſummā caſtimonie puritatem proprij laboris induſtria poſſediſſe dicantur.

## Reſponſio de philoſophorū imaginaria caſtitate

### Capitulū .v.

CHeremon. Gratum mihi eſt q dū ſūmo agnoſcēde veritatꝭ amore flammamini· quedam etiam inepta proponitis· quorum obiectione probatior atqꝫ (vt ita dixerim) explorator catholice fidei virtus appareat. Quis etenim ſapiēs tam contrarijs ꝓpoſitionibus vteretur. vt celeſtem caſtimonie puritatē quā heſterna die nec per dei gratiam mortalium cuiqꝫ aſſerebatis poſſe conferri· nunc eandē etiam a gentilibus crederetis virtute propria fuiſſe poſſeſſam: Sed quia hec explorāde proculdubio (vt dictū eſt) ſtudio veritatis opponitis· quid de his teneamꝰ aduertite. Primum philoſophos neqꝫquaqꝫ credendum eſt talem animi caſtitatē qualis a nobis exigitur aſſecutos· quibꝰ iniungitur vt non ſolum fornicatio ſed ne immundicia quidem nominetur in nobis. Habuerunt aūt illi quandam meriken· hoc eſt portiunculam caſtitatꝭ· id eſt abſtinentiam carnis· vt tantū a coitu libidinem coercerent· hanc autem in-

ternā mentē ac perfectam corporis puri-
tatem. non dicam opere aſſequi· ſed nec
cogitatione potuerunt. Deniq̄ʒ famoſiſ
ſim⁹ ille ipſorum ſocrates· hoc vt ipſi ↄce-
lebrant de ſe non erubuit profiteri. Naʒ
cum intuens eū quidā phyſiognomon
dixiſſʒ ómma pederaſtu· hoc eſt. oculi cor
ruptoris puerorum· ⁊ irruentes in eū di
ſcipuli eius· vlciſci illatum magiſtro vel
lent conuiciū: indignationem eorū hac
dicitur compreſſiſſe ſententia

id eſt
quieſcite o ſodales· etenim ſum ſed con-
tineo. Apertiſſime igitur non ſolum aſ-
ſertione noſtra. ſed etiam ipſorum profeſ
ſione monſtratur· conſummationem tā
tummodo impudicicie. id eſt cōmixtio-
nis turpitudinem· violēta ab illis neceſ
ſitate compreſſam. non tamē deſideriuʒ
de cordibus eorum ⁊ oblectationē illius
paſſionis excluſam. Cum quo aūt hor-
rore proferenda eſt illa ſententia dyoge-
nis: Factum enim quod philoſophos
mundi huius velut quiddam memora-
bile proferre non puduit· neq̄ʒ dici a no
bis ſine verecūdia· neq̄ʒ audiri pōt. Nā
cuidam in adulterij crimine puniendo
(vt ferunt) ait.

id eſt· quod gratis vendit
morte non emas. Conſtat ergo illos ve-
re caſtitatis que a nobis expetitur· nec a
gnouiſſe virtutem Et ideo ſatis certum
eſt circūciſionem noſtraʒ que in ſpū eſt·
non poſſe niſi dei tantum munere poſſi-
deri· ⁊ his ineſſe ſolummodo· qui deo to
ta ſpūs ſui contritione deſeruiunt

Q sine gratia dei nullo ꝑ induſtrios conar⁹ exequi valeam⁹. Capitulū. vi.

Et idcirco licet in multis immo
in oīb⁹ poſſit oſtēdi. ſemꝑ auxi-
lio dei homīes indigere· nec ali
quid humanam fragilitatem quod ad
ſalutem pertinet per ſe ſolam. i. ſine ad-
iutorio dei poſſe perficere· in nullo tamē
euidentius q̄ʒ in acquiſitione atq̄ʒ cuſto
dia caſtitatis oſtenditur. Ut enim tan-
tiſper de integritatꝭ eius difficultate diſ
putatio differatur. de inſtrumētis eius
breuiter interim diſputemus. Quis p̄-
ualeat queſo q̄ʒuis feruēs ſpū · vel ſqua
lorem ſolitudinis· vel ſicci panis non di
cam quotidianam eſuriem ſed ipſam ſa-
turitatem nulla hominū laude ſuffult⁹·
ſuis viribus ſuſtinere: Quis aque per-
petuam ſitim. ſine domini· conſolatione
tolerare: illum q̄ʒ dulcem ac delectabi-
lem matutinum ſoporeʒ humanis frau-
dare oculis· ⁊ intra terminos horarum
quattuor omnem quietis refectioneʒ iu-
gi poſſit lege ↄcludere: Quis indeſinen
tem lectionis inſtantiā: quis irremiſſaʒ
operis ſedulitatem. nullum preſentis lu-
cri cōmodum captans· abſq̄ʒ dei gratia
explere ſufficiat: Que oīa ſicut deſide-
rari a nobis iugiter abſq̄ʒ diuina inſpi-
ratione non poſſunt· ita ne perfici quidē
ſine eius auxilio vllatenus queunt. Et
vt hec eadem non ſolum probata nobis
experientie diſciplina· ſed etiam certꝭ in-
dicijs et argumētis manifeſtiora redda
mus· nonne in multis que vtiliter opta
mus implere· cū deſiderij plenus ardor
ac voluntas perfecta non deſit· interpel-
lans quecunq̄ʒ fragilitas caſſat vota cō
cepta: nec ꝓpoſito noſtro aſſiſtit effect⁹
niſi virtus perficiendi dñi fuerit miſera-
tione donata· ita vt cū ſit innumera mul
titudo illorum qui fideliter virtutū ſtu-
dijs deſiderent inherere · ſummam tamē
eorum qui hec perficere vel tolerare ꝑua-
leant inuenias raritatem· vt ꝑtermittaʒ
quod ne tunc quidem· cum omnino nul
la nos arcet infirmitas· facultas vniuer-
ſa que volumus peragēdi noſtre ſubia-
cet poteſtati. Nam neq̄ʒ remotionis ſilē
tium· nec diſtrictionem ieiuniorū· nec le-
ctionis inſtantiā · illo etiam tꝑe quo poſ
ſumus pro noſtro arbitrio retentamus·
ſed q̄buſdā occurrentib⁹ cauſis· etiā in-
uitiſſimi frequēt̄ retrahimꝰ a ſalutarib⁹ i-

ſtitutis· ita vt vel loci vel tempoꝛi· copiā
in quo hoc exercere poſſimus · neceſſe ſit
nos a domino deprecari . nec ſufficere
nobis id quod poſſumus certum eſt· ni-
ſi etiā opoꝛtunitas peragēdi ea que nob
vtiq̄ poſſibilia ſunt a domino tribuat.
de quibus ⁊ apoſtolus Quoniā volui-
mus inquit venire ad vos ⁊ ſemel ⁊ ite-
rum· ⁊ impediuit nos ſathanas· ita vt
nonnunq̄ nos etiam vtiliter ab iſtis ſpi
ritalibus ſentiamus ſtudijs auocari· vt
dum nolentibus nobis interrumpitur
noſtri curſus intentio · ⁊ infirmitati car-
nis aliquid relaxamus· etiam inuiti ad
ſalutarem perſeuerantiam reſeruemur.
De qua diſpenſatione dei· ſimile aliqd
beatus apoſtolus. Propter quod inqt
ter dominū rogaui vt diſcederet a me·
⁊ dixit michi. Sufficit tibi gratia mea·
nam virtus in infirmitate perficitur. Et
iterū. Quid enim oꝛemus ſm qd opoꝛ-
tet neſcimus.

## De pꝛincipali pꝛopoſito dei ⁊ pꝛouidentia quotidiana. Capitulū. vij.

PRopoſitum nanq̄ dei quo nō
ob hoc hominem fecerat vt pi-
ret· ſed vt imperpetuum viue-
ret· manet immobile Cuius benignitas
cum bone voluntatis in nobis quantu-
lamcunq̄ ſcintillam emicuiſſe perſpexe-
rit· vel quam ipſe tanq̄ de dura ſilice no
ſtri coꝛdis excuſſerit· confouet eam et ex-
uſcitat· ſuaq̄ inſpiratione cōfoꝛtat· vo
lens omnes homines ſaluos fieri · et ad
agnitionem veritatis venire. Quia nō
eſt inquit voluntas ante patrem veſtrū
qui in celis eſt· vt pereat vnus ex puſill
iſtis. Et iterum. Nec vult inquit deus
perire animam· ſed retractat cogitās ne
penitus pereat qui abiectus eſt· Verax
nanq̄ eſt ⁊ non mentitur deus· cum ob-
teſtatione diffiniens Viuo ego dicit do
minus deus· quia nolo moꝛtem impij ·
ſed vt conuertatur a via ſua et viuat.
Qui enī vt pereat vnus ex puſillis nō
habet voluntatem. quomodo ſine in-
genti ſacrilegio putandus eſt· non vni-
uerſaliter omnes ſed quoſdam ſaluos fi
eri velle ꝓ omnibus: Ergo quicunq̄
pereunt· contra illius pereūt voluntatē·
ita eo contra vnumqueq̄ eoꝛum quoti
die pꝛoclamante. Conuertimi a vijs ve
ſtris peſſimis. ⁊ quare moꝛiemini dom⁹
iſrael. Et iterum. Quotiens volui con
gregare filios tuos ſicut gallina cōgre-
gat pullos ſuos ſub alas ſuas· ⁊ nolui-
ſti. Et quare inquit auerſus eſt populus
iſte in hieruſalem· auerſione ꝯtentioſa:
Indurauerunt facies ſuas· noluerūt re-
uerti. Preſto eſt ergo quotidie chꝛiſti ḡ-
tia· que dum vult omnes homines ſal-
uos fieri· ⁊ ad agnitionem veritatis ve-
nire· cunctos abſq̄ vlla exceptione con-
uocat dicēs. Venite ad me oēs qui labo
ratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiam vos.
Si autem non omnes vniuerſaliter· ſed
quoſdam aduocat· ſequitur vt nec oēs
ſint onerati vel oꝛiginali vel actuali pec-
cato · nec vera ſit illa ſententia. omnes
enim peccauerunt ⁊ egent gloꝛia dei· nec
per omnes homines moꝛs ꝑtranſiſſe cre-
datur. Et intātum omnes qui pereunt
contra dei pereūt voluntatem. vt nec ip-
ſam moꝛtē deus feciſſe dicatur· ita ſcri
ptura teſtante· Quia deus moꝛtem nō
fecit· nec gaudet in perditione viuoꝛum.
Eſt inde eſt q̄ plerunq̄ dum ꝓ nob con
traria poſtulamus· vel tardi⁹ vel nequa-
q̄ noſtra exauditur oꝛatio· ⁊ rurſus . ea
que credimus eſſe contraria· vtilit̄ vt be-
nigniſſimus medicus· etiā inuitiſſimis
dominus inferre dignatur· ac nonnūq̄
pernicioſas diſpoſitiones noſtras leta-
leſq̄ conat⁹· ab effectu deteſtabili retar-
dat ac reuocat. ac pꝛoperantes ad moꝛ-
tem· retrahit ad ſalutē· ⁊ de inferni fau
cibus extrahit ignoꝛantes

## De gratia dei et arbitrij liberta te.

# De protectione dei

## Capitulū.viij.

Q Uam curā atq; prouidentiā circa nos ſuam. ſub figura meretricis hieruſalem et pernicioſa ad ydolorum cultū alacritate tendentis per Oſee prophetam ſermo diuinus eleganter expreſſit. Dicente nāq; ea. vadam poſt amatores meos. q̄ dāt panes michi ⁊ aquas meas· lanam meam ⁊ linum meum· oleum meum ⁊ potū meū· reſpōdit ſaluti eius non voluntati conſulens diuina dignatio. Ecce ego ſepiā viā eius ſpinis. ⁊ ſepiam eam maceria· ⁊ ſemitas ſuas non inueniet· ⁊ ſequetur amatores ſuos· ⁊ non apprehendet eos· ⁊ queret eos· nec inueniet illos· ⁊ dicet. Reuertar ad virum meum priorem· q̄a bene mihi erat tunc magis q̄ȝ nunc. Ac rurſus contumacias noſtras atq; contemptus· quibus eū ad ſalutares inuitantem recurſus rebelli ſpiritu dedignamur· tali cōparatione deſcribit. Et dixi inquit. Patrem vocabis me· ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis. Sed quomō ſi cōtemnat mulier amatorem ſuum· ſic contempſit me domus iſrael· ait dominus· Satꝭ ꝯgrue q̄m hieruſalem adulterę cōparauerat a ſuo cōiuge diſcedenti· amorem quoq; ac perſeuerātiā benignitatis ſue viro qui a femina deſeritur comparauit. Pietas enim ac dilectio dei· quā circa humanum genus ſemper impendit· eo q̄ nullis ita vincatur iniurijs· vt a cura noſtrę ſalutis abſcedat· ⁊ quodā modo ſuperata iniquitatibus noſtris a principali ſuo propoſito reuocetur· magis proprie exp̄mi alia cōparatione nō potuit· q̄ȝ exemplo viri ardētiſſimo amore feminā diligentis· qui quanto magꝭ negligi ſe ac deſpici ab ea ſenſerit· tanto vehemētioris circa eā ȝeli ardore flāmatur. Adeſt igitur inſeparabiliter nobis ſemper diuina protectio· tantaq; eſt erga creaturam ſuam pietas creatoris· vt non ſolum comitetur eam ſed etiam precedat ingiter prouidentia. Quam expertus propheta apertiſſime confitet̄ dicēs. Deus meus miſericordia eius preueniet me. Qui cum in nobis ortum quēdā bone voluntatis inſpexerit· illuminat eā confeſtim atq; confortat· ⁊ incitat ad ſalutem. incrementum tribuens ei. quam vel ipſe plantauit vel noſtro conatu viderit emerſiſſe. Nam anteq̄ȝ clament inquit ego audiam· adhuc loquentibꝫ eis ego audiam. Et iterum. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit reſpondebit tibi. Et non ſolum ſancta deſideria benignus inſpirat· ſed etiam occaſiōes ꝯſtruit vitę· ⁊ oportunitatē boni effect⁹ ac ſalutaris vię directionem demōſtrat errantibus.

## De virtute bone voluntatis noſtrę et gratię dei. Capitulū.ix.

V Nde nō facile humana ratione diſcernitur· quemadmoduȝ dominus petentibus tribuat· a querentibus inueniatur· aperiatq; pulſantibus. et rurſus inueniatur a non querentibus ſe· palam appareat inter illos qui eum non interrogabant· et tota die expandat manus ſuas ad populum non credentem ſibi et contradicentem. reſiſtentes ac longe poſitos vocet· inuitos attrahat ad ſalutē. peccare cupientibus explende copiam ſubtrahat; volūtatis ad nequitiam properantibus benignus obſiſtat. Cui autem facile pateat· quomodo ſalutis ſumma noſtro tribuatur arbitrio. de quo dicitur. Si volueritis ⁊ audieritis me· quę bona ſunt terrę māducabitꝭ· ⁊ quomō non volentis neq; currentis ſed miſerentis ſit dei. Quid etiam ſit illud. q̄ deus reddet vnicuiq; ſcd̄m opera eius. et deus eſt qui operat̄ in vobis et velle et perficere pro bona voluntate· et hoc non ex vobis· ſed dei donum eſt· non ex operibus· vt ne quis

gloꝛietur. Quid ſit etiam illud. quod
dicitur· appꝛopinq̄te deo· ⁊ appꝛopinq̄/
bit vobis. ⁊ quod alibi dicit. Nemo ve/
nit ad me· niſi pr̄ qui miſit me attraxerit
eū. Quid ſit quod dicit᷑. rectos curſus
fac pedibus tuis· ⁊ vias tuas dirige· et
quid ſit quod dicimus oꝛantes. Dirige
in conſpectu tuo viam meam: ⁊ perfice
greſſus meos in ſemitis tuis· vt non mo
ueantur veſtigia mea. Quid ſit ꝙ iterū
commonemur. facite vobis coꝛ nouū ⁊
ſpūm nouum· et quid ſit illud quod re/
pꝛomittitur· Dabo eis coꝛ nouum· ⁊ ſpi
ritum nouum tribuam ī viſceribꝫ coꝝ·
et auferam coꝛ lapideum de carne eoꝝ·
et dabo eis coꝛ carneum. vt in pꝛeceptis
meis ambulēt· ⁊ iudicia mea cuſtodiāt
Quid ſit ꝙ pꝛecepit dominus dicēs La
ua a malicia coꝛ tuū hieruſalē vt ſalua
fias· ⁊ quid ſit qđ id ipm̄ ꝓpheta a dño
poſtulat dicens. Coꝛ mundum crea in
me deus. Et iterum. Lauabis me et ſup
niuē dealbabor. Quid ſit quod ad nos
dicitur· illuminate vobis lumen ſciētie
Et quid ſit quod de deo dicit᷑. Qui do/
cet hominem ſcientiam· ⁊ dominus illumi
nat cecos· vel certe quod oꝛātes dicimꝰ
cum pꝛopheta. Illumina oculos meos
ne vnq̄ꝫ obdoꝛmiam in moꝛte· niſi quod
in his omnibus ⁊ gratia dei et libertas
noſtri declaratur arbitrij· ⁊ quia etiam
ſuis interdum motibus homo ad virtu
tum appetitus poſſit extendi· ſemper ho
a dño indigeat adiuuari. Nec eī cū vo
luerit quis ſanitate perfruit᷑· aut de egri
tudinis moꝛbo ꝓ arbitrij ſui deſiderio li
beratur. Quid autē ꝓdeſt ſanitatꝭ gra
tiam concupiſſe· niſi dominꝰ qui vite ip/
ſius vſum tribuit etiā vigoꝛē incolumi
tatis impartiat: Ut autem euidentius
clareat etiam per nature bonum ꝙ bene/
ficio creatoꝛis indultū eſt· nonnūq̄ꝫ bo
narum voluntatum pꝛodire pꝛincipia·
que tamen niſi a domino dirigantur ad
conſummationem virtutum peruenire
non poſſunt· apoſtolus teſtis eſt dicens.

Velle enim adiacet mihi· perficere autē
bonum non inuenio.

## De liberi arbitrij infirmitate Capitulū. x.

Nam libertatem ſcriptura diui/
na noſtri confirmat arbitrij di
cens. Omni cuſtodia ſerua coꝛ
tuum· Sꝫ infirmitatem eius apoſtolus
manifeſtat dicens Dominus cuſtodiat
coꝛda veſtra· ⁊ intelligentias veſtras in
chriſto ieſu· Uirtutem liberi arbitrij da/
uid enunciat dicens Inclinaui coꝛ meū
ad faciendas iuſtificationes tuas· Sꝫ ī
firmitatem eius idem oꝛans ſimiliter do
cet. Inclina inquiens coꝛ meum in teſti/
monia tua ⁊ non in auariciam. Salo/
mon quoqꝫ Inclinet coꝛda noſtra ad ſe
vt ambulemus in vniuerſis vijs eius· et
cuſtodiamus mandata eius· ⁊ cerimo/
nias eius· ⁊ iudicia eius. Poteſtatē de/
ſignat arbitrij noſtri pſalmigraphꝰ di/
cens. Cohibe linguam tuam a malo. et
labia tua ne loquantur dolum. Infirmi
tatem eius noſtra pꝛoteſtatur oꝛatio di/
centibus nobis. Pone domīe cuſtodiā
oꝛi meo· ⁊ oſtium circumſtantie labijs
meis. Arbitrij noſtri facultas a domino
declaratur cum dicitur. Solue vincula
colli tui captiua filia ſyon Fragilitatem
eius pꝛopheta decantat dicens. Domi/
nus ſoluit compeditos· et· Dirupiſti vī
cula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis
Audiuimus in euangelio dominum cō
uocantem vt ad eum pꝛoperemus per li
berum arbitrium. Uenite ad me omnes
qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiā
vos. Sed infirmitatem eiꝰ idem domi/
nus pꝛoteſtatur dicens Nemo poteſt ve
nire ad me· niſi pater qui miſit me attrax
erit eum. Apoſtolus liberum arbitrium
noſtrum incitat dicens. Sic currite. vt
compꝛehendatis Sꝫ infirmitatem eius
iohēs baptiſta teſtat᷑ cū ait Nō pōt hō
accipere a ſe q̄cq̄ꝫ· niſi fuerit ei datū de

celo. Iubemur animas noſtras ſolicite cuſtodire· dicente propheta. Cuſtodite animas veſtras Sʒ eodeʒ ſpiritu alius proclamat propheta. Niſi dominus cuſtodierit ciuitateʒ. in vanum vigilat qui cuſtodit eam. Apoſtolus philippenſibꝫ ſcribens· vt liberum eorum deſignet arbitrium· cū metu et tremore inquit veſtram ſaluteʒ operamini. Sʒ vt infirmitatem eius oſtendat: adiungit. Deus eſt enim inquit qui operatur in vobis· ꝛ velle et perficere pro bona voluntate.

## Utrum bonam voluntatem noſtraʒ ſequatur an precedat gratia dei Cap̄. xi.

ET ita ſunt hec quodāmodo indiſcrete permixta atqꝫ cōfuſa. vt quid ex quo pendeat· int̄ multos magna queſtione voluatur. i. vtruʒ quia initium bone voluntatis prebuerimus miſereatur noſtri deus· an qꝛ deus miſereatur conſequamur bone voluntatis initium. Multi enim ſingula hec credentes ac iuſto amplius aſſerentes. varijs ſibiqꝫ ꝯtrarijs ſunt erroribꝫ inuoluti Si eī dixerimus noſtrum eſſe bone principium voluntatis· quid fuit in perſecutore paulo· q̇d in publicāo mattheo: quorū vnus cruori ac ſupplicijs innocētum· alius violentijs ac rapinis publicꝭ incubans attrahitur ad ſalutem: Sin vero gratiā dei ſemper īſpirari bone voluntatis principia dixerimus· quid de zachei fide· quid de illius in cruce latronis pietate dicimꝰ· q̇ deſiderio ſuo vim quandam regnis celeſtibꝫ inferētes. ſpecialia vocationis monita preuenerunt. Conſummationē vero virtutum ꝛ executionem mandatorum dei· ſi noſtro deputauerimus arbitrio· quomō oramus Confirma deus hoc quod operatꝰ es in nobis· ꝛ opera manuuʒ nr̄arum dirige ſup nos. Scimꝰ ad maledicendū iſraeli balaam fuiſſe conductum· ſed videmus maledicere cupienti non fuiſſe ꝑmiſſum Cuſtoditur abymelech· ne rebeccā tangens peccet in deum. Ioſeph fratrum liuore diſtrahitur· vt deſcenſio filioruʒ iſrael in egiptum fieret· ꝛ illis de germani nece tractātibus· future famis remedia pararentur. Quod idē ioſeph a fratribus agnitus manifeſtat dicens. Nolite pauere· nec durū vobis videatur. ꝙ vēdidiſtis me in his regionibus. Pro ſalute enim veſtra miſit me dominus ante vos. Et infra. Premiſit enim me dominus· vt reſeruemini ſup terram· et eſcas ad viuēdum poſſitis habere. Non vr̄o cōſilio ſed volūtate dei huc miſſus ſuʒ· qui fecit me quaſi patrem pharaonis et dominū totius domus eius· ꝛ prīcipem in omni terra egipti. Et cum poſt obituʒ patris formidantibus fratribus ſuſpitionem timoris auferret· nolite inquit timere· nūquid dei poſſumus renuere voluntati: vos cogitaſtis aduerſum me malum· ꝛ deus ꝯtitit illō in bonum· vt exaltaret me ſicut in p̄ſentiarum cernitis· vt ſaluos faceret populos multos. Qō etiam beatus dauid economice tunc factum in pſalmo centeſimoquarto ſilicꝫ declarauit dicēs. Et vocauit fameʒ ſup terram· ꝛ omne firmamentum panis cōtriuit. Miſit ante eos virum· in ſeruum venūdatus eſt ioſeph. Hec duo id ē vꝫ gratia dei vel liberum arbitrium ſibi q̇dem inuicem videntur aduerſa· ſʒ vtraqꝫ concordant· ꝛ vtraqꝫ nos pariter debere ſuſcipere· pietatiꝭ ratione colligimꝰ· ne vnum horum homini ſubtrahentes eccleſiaſtice fidei regulam exceſſiſſe videamur. Nam cum viderit nos deus ad bonum velle deflectere. occurrit· dirigit atqꝫ confortat· Ad vocem enim clamoris tui ſtatim vt audierit reſpondebit tibi Et invoca me īq̇t in die tribulatiōis tue ꝛ eripiā te ꝛ glorificabꝭ me. Et rurſꝰ ſi nos nolle vel intepuiſſe perſpexerit adhortationes ſalutiferas admouet cordibus noſtris· quibus voluntas bona vel reparetur vel formetur in nobis.

## Q[uod] voluntas bona nec ſemper gratie nec ſemper ſit homini tribuenda.

### Capitulũ xij

Nec enim talem deus hoīe ƺ feciſſe credendus eſt· q̇ nec velit vnq̄ȝ nec poſſit bonũ. Alioquī nec liberum ei permiſit arbitrium· ſi ei tantũmodo malum vt velit ⁊ poſſit: bonuȝ vero a ſemetipo nec velle nec poſſe conceſſit. Et quomodo ſtabit illa domī poſt preuaricationem primi hominis lata ſentētia. Ecce adam factus eſt ſicut vnus ex nobis. ſciens bonum ⁊ malum. Nō enī talis ante fuiſſe putandus eſt· qui boni eſſet prorſus ignarus. Alioquī velut q̄d dam irrationabile atq̄ȝ inſenſatum animal eũ fatēdum eſt fuiſſe formatũ· Q̄d ſatis abſurdũ atq̄ȝ a catholica fide omnimodis alienum ē. Quinimmo ſ̄m ſapientiſſimi Salomonis ſentētiam. fecit deus hominem rectum· id eſt vt tantummodo boni ſcientia iugiter frueretur· ſȝ ipi queſierunt cogitationes multas. facti enim ſunt (vt dictum eſt) ſcientes bonum et malum. Concepit ergo adā poſt preuaricationem quam non habuerat ſcientiam mali· boni vero quā acceperat ſcientiam non amiſit. Deniq̄ȝ non amiſiſſe humanuȝ genus poſt preuaricationem ade ſciētiā boni· etiā apoſtoli ſentētia euidentiſſime declaratur qua dicit. Cum enim gentes que legem nō habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt· hi legem non habentes ipi ſibi ſunt lex· qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis· teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum· ⁊ inter ſe inuicem cogitatōibus accuſantibus aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum. Quo ſenſu etiam domin⁹ per prophetam increpat iudeorum non naturalem ſed voluntariā cecitatem· quaȝ ipi ſibi contumaciter inferebant. Surdi inquit audite· ⁊ ceci intuemini ad vidēdum. Quis ſurdus niſi ſeruus meus· ⁊ cecus niſi ad quē nuncios meos miſi: Et ne forte hanc eoꝝ cecitatē aliquis nature nō volũtati poſſit aſcribere· alibi ait. Educ foras populuȝ cecum ⁊ oculos habentem· ſurdum ⁊ aures ei ſũt. Et iteꝝ. Qui habētes ī q̇t oculus nō videtis· ⁊ aures ⁊ nō audit̄. Dominus etiam in euangelio. Quia vidētes inquit non vident· ⁊ audientes non audiunt neq̄ȝ intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia yſaie dicens. Auditu audietis ⁊ non intelligetis. ⁊ vidētes videbit̄ ⁊ nō videbit̄. Incraſſatũ eſt eī cor populi hui⁹· ⁊ aurib⁹ grauiter audierunt ⁊ oculos ſuos concluſerũt· nequando videant oculis· et auribus audiant· ⁊ corde intelligant· ⁊ conuertantur ⁊ ſanem illos. Deniq̄ȝ vt poſſibilitatem boni eis ineſſe ſignaret· increpat phariſeos Quid aũt inq̇t etiā ex vobiṗis nō iudicatis q̄d bonũ eſt: Q̄d vtiq̄ȝ eis nō dixiſſet· niſi eos iudicio naturali id quod equum eſt ſciſſet poſſe diſcernere. Unde cauendum eſt nobis· ne ita ad dominū omnia ſanctorum merita referamus· vt nihil niſi id quod malum atq̄ȝ peruerſum eſt humane aſcribamus nature In quo quidem ſapientiſſimi Salomonis immo domini cuius hec verba ſunt teſtimonio confutamur. Ita enim cum conſummata tēpli extructione oraret effat⁹ eſt. Voluitq̄ȝ dauid pater meus edificare domum nomini domini dei iſrahel· et ait domin⁹ deus ad dauid patrē meum Q̄d cogitaſti in corde tuo edificare domum nomini meo· bene feciſti hoc ipſum mente tractans· verumtamen nō tu edificab domũ nomī meo Hec ḡ cogitatio atq̄ȝ iſte tractatus regis dauid· vtrumne bonus ex deo an malus ⁊ ab homine fuiſſe dicendus eſt: Si enim bona atq̄ȝ ex deo fuit illa cogitatio· cur ab eo a q̊ inſpirata eſt eideȝ negatur effectus: Si autem mala ⁊ ex hoīe fuit· cur laudat̄ a dño. Reſtat ḡ vt ⁊ bona ⁊ ex homīe fuiſſe credatur In quem modũ etiā noſtras quotidie cogitationes poſſum⁹ iudicare

Neq; enim aut ſoli dauid bonum ex ſemetipſo cogitare conceſſum eſt. aut nobis ne q̄d boni vnq; ſapere aut cogitare poſſimus naturaliter denegatur. Dubitari ergo non poteſt ineſſe quidem omi animę naturaliter virtutum ſemina beneficio creatoris inſerta. ſed niſi hec opitulatione dei fuerint excitata ad incrementum perfectionis nō poterūt ꝑuenire. q: ſm beatū apoſtolum. neq; qui plantat eſt aliquid. neq; qui rigat. ſed q̄ incremētum dat deus. Adiacere autē homini in quamlibet partem arbitrij libertatē etiā liber ille (qui dicit̄ paſtoris) apertiſſime docet. in quo duo angeli vnicuiq; nr̄m adherere dicunt̄. id eſt bonus ac malus. in hominis vero optione cōſiſtere vt eligat quem ſequatur. Et idcirco manet ī homine ſemꝑ liberum arbitriū q̄ gratiā dei poſſit vel negligere vel amare. Non enim precepiſſet apl̄us dicens. cum metu ⁊ tremore veſtram ſalutē operamini. niſi ſciſſet eā vel excoli a nobis poſſe vel negligi. Sed ne crederent ſe ad opus ſalutis diuino auxilio non egere ſubiungit. Deus eſt enim qui operatur in vobis ⁊ velle et perficere ꝓ bona volūtate. Et idcirco thimotheum monens. noli inq̄t negligere gratiam dei que eſt in te. Et iterū. Ob quam cauſam moneo te vt reſuſcites gratiam que eſt in te. Inde eſt quod etiam chorinthijs ſcribens hortat̄ ⁊ cōmonet ne indignos ſe gr̄a dei infructuoſis operibus exhiberent dicēs. Adiuuātes aūt ⁊ obſecramus ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Quā ſine dubio q: in vacuum receperat ſymon. non ꝓfuit ei perceptio gratie ſalutaris. Non enim ꝓceptis beati petri maluit obedire dicentis. Penitentiam age ab hac nequitia tua ⁊ ora deum ſi forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. in felle enim amaritudinis et obligatiōe iniquitatis video te eſſe. Preuenit ergo hominis voluntatē quia dicit̄. Deus meus miſericordia eius preueniet me. Et rurſus dn̄m remorantem atq; vtiliter quodammodo ſubſiſtētem. vt noſtrum experiat̄ arbitrium. voluntas preuenit noſtra. cum dicit̄. ⁊ mane oratio mea preueniet te. Et iterū. Preueni ī maturitate et clamaui. et ꝑueneꝛt oculi mei ad te diluculo. Aduocat etiā nos et inuitat cum dicit. Tota die expādi manus meas ad populū non credentem mihi ⁊ ↄtradicentē. Et inuitatur a nobis cum dicimus ei. Tota die expandi man⁹ meas ad te. Expectat nos cū dicit ꝑ ꝓphetam. Propterea expectat nos dominus vt miſereat̄ noſtri. Et expectatur a nobis cum dicimus Expectans expectaui dn̄m et reſpexit me ⁊ expectaui ſalutare tuum dn̄e. Et confortat nos cum dicit. Et ego erudiui ⁊ confortaui brachia eorum ⁊ in me cogitauerūt maliciā. Et vt noſmetipſos confortemus hortat̄ cum dicit. Confortate manus diſſolutas et genua debilia roborate. Clamat ieſus. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Clamat etiā ad eū ꝓpheta. Laboraui clamās rauce facte ſunt fauces mee defecerūt oculi mei dum ſpero in deum meum. Querit nos dn̄s dicens. Queſiui ⁊ non erat vir. vocaui ⁊ non erat qui reſponderet. Querit̄ et ipſe a ſponſa flebiliter cōquerente. In cubili meo in noctibus queſiui quē dilexit anima mea. queſiui eum et non inueni. vocaui eū ⁊ non reſpōdit mihi.

## Q͛ gratiā dei humani conatus cōpenſare non poſſint. Ca. xiij.

Et ita ſemper gratia dei noſtro in bonam partem cooperat̄ arbitrio. atq; in omnibus illud adiuuat protegit ac defendit. vt nonnū q̄ etiam ab eo quoſdam conatus bone voluntatis vel exigat vel expectet. ne penitus dormienti aut inerti ocio diſſoluto ſua dona conferre videatur. occaſiones quodāmodo querēs. quibus humanę ſegniciei torpore diſcuſſo. non irrationabilis munificentie ſue largitas videat̄. dū eā ſub colore cuiuſdā deſiderij ac laboris impartit. vt nihilomin⁹ gr̄a dei ſꝑ gratuita ꝑſeueret. dū exiguis quibuſdam

paruiſq; conatibus tantam immortali tatis gl'am· tanta perennis beatitudinis dona· ieſtimabili tribuit largitate. Nec enim q̄ illius in crucelatronis preceſſe rat fides· idcirco pnunciandum eſt non ei beatam cōmorationem padiſi gratuito eſſe pmiſſam· aut penitentiā dauid regis illam vnius verbi qua dixit. peccaui dn̄o· duo taz grauia eius crimīa· ꝛ nō potius clementiam dei abſtuliſſe credendum eſt· vt per nathan pphetam mereretur audire· ꝛ dn̄s tranſtulit iniquitatez tuam· non morieris Q̄d igit' homicidiū adulterio addidit· liberi vtiq; arbitrij fuit· quod aūt arguitur p pphetaz· diuine dignationis eſt gratia Rurſuz q̄ peccatum ſuū humiliat' agnoſcit· ꝓprie libertatis eſt opus Q̄ vero ſub breuiſſimo tēporis puncto indulgentiam tantorū criminum pmeretur· dn̄i miſerentis eſt donum. Et quid de hac tam breui cōfeſſione ꝛ incompabili diuīe retributionis īmenſitate dicamus· cum beatus apoſtolus ad illaz magnitudinem future remunerationis aſpiciens· quid de illis tā innumeris pſecutionibus ſuis pnūciauerit conſiderare pfacile ſit: Nam momentaneum hoc inquit ꝛ leue tribulationis noſtre· ſupra modum vltra cōpationez eternum pōd' glorie operatur in nob De quo et alibi conſtāter enunciat dicens. Quia nō ſunt ɔdigne paſſiones huius tpis ad futuraz gl'az q̄ reuelabit' in nob Quantūlibet ergo eniſa fuerit humana fragilitas· future retributioni par eē nō poterit· nec ita laboribus ſuis diuinam imminuit grām· vt non ſp gratuita perſeueret. Et idcirco p̄dictus magiſter gētium· licet gratia dei apoſtolatus gradū ſortitum ſe fuiſſe teſtetur dicens· gratia autem dei ſum quod ſum· tn̄ ſeq; diuine gratie reſpondiſſe pnunciat dicens· Et gratia eius in me vacua non fuit· ſz abundātius illis omnib' laboraui ꝛ obtinui· non autē ego· ſed gratia dei mecū Nam cum dicit laboraui· conatuz ꝓprij ſignat arbitrij· Cum dicit· non autē ego ſed gratia dei· virtutem diuine ptectionis oſtendit Cū dicit· mecum. non ocioſo neq; ſecuro· ſed laboranti ac deſudāti eam coopatam fuiſſe declarat.

### Q̄ temptationibus ſuis deus virtutem humāi experiatur arbitrij Cap. xiiij.

Quod etiam in iob probatiſſimo athleta ſuo· cum eum dyabolus expetiſſz ad ſingulare certamen· diuinam legimus puidiſſe iuſticiam. Si enim contra inimicū non ſua virtute ſed dei ſolius fuiſſet gratia ptegente congreſſus· ꝛ abſq; vlla ꝟtute patiētie ſue diuina tm̄ opitulatōe ſuffult' multiplices illas ac tota inimici crudelitate queſitas temptationum moles ꝛ exitia pertuliſſet· quomō non illam calumnioſam diabolus q̄z prius emiſerat vocem aduerſus cum iuſtius iteraſſet Nū quid gratis colit iob deum: Nonne tu vallaſti eum ac domum eius ꝛ vniūſam ſubſtantiam eius p circuitum: Sed auffer manum tuaz. id eſt ſine eum ſuis mecum viribus decertare· niſi in faciē tuaz benedixerit tibi. Sed cum nullā huiuſcemodi querimoniam calumnioſus hoſtis poſt conflictū audeat iterare· nō dei ſed illius ſe victum viribus confitet'· licet etiam gratia dei non in totum illi defuiſſe credenda ſit· que tantā temptatori temptandi tribuit poteſtatez. quantā ꝛ illum reſiſtendi non erat habere virtutem· nō eum ab illius impugnatione ſic ptegens· vt nullum virtuti humane relinqueret locum· ſed hoc tantū pcurans ne violentiſſimus inimicus animā eius amentem faciens· ꝛ impotem ſenſu· impari cum atq; iniquo certaminis pōdere p̄grauaret. Q̄d ergo ſoleat interduz temptare dn̄s fidem noſtram vt fortior vel glorioſior fiat· euangelici illius centurionis edocemur exemplo· cuius puerum cum ſciret vtiq; poteſtate ſermonis ſui ſe dn̄s curaturum· offerre maluit preſentiam corporalem dicens. Ego veniā ꝛ curabo eum. Sed illo hanc eius obla

tionem feruentioris fidei flagrantia ſu/
pergrediente atqꝫ dicente. Domine non
ſum dignus vt intres ſub tectum meū
ſed dic tantum verbo et ſanabitur puer
meus· miratur eū dominus atqꝫ collau
dat· cūctisqꝫ illis qui ex iſrahelis popu
lo crediderāt prefert dicens. Amē dico
vobis· non inueni tantam fidem in iſra
hel. Nullius enim laudis eſſet ac meriti·
ſi id in eo chriſtus quod ipſe donauerat
pretuliſſet. Alioquin dixiſſet. Amē dico
vobis· non dedi tantam fidem in iſrael·
Quam explorationem fidei· etiam in il
lo magnificentiſſimo patriarcha dn̄aꝫ
legimus diſpenſaſſe iuſticiam· cum dici
tur. Et factū eſt poſt hec verba tempta
uit deus abraham. Non enī illam fidē
quā ei dn̄s inſpirabat· ſed illā qꝫ voca
tus ſemel atqꝫ illuminatus a domino p ar
bitrij libertatem poterat exhibere· experi
ri voluit diuina iuſticia. Unde non im-
merito fidei eius cōſtantia comprobat·
atqꝫ ad eum ſubueniente gratia dei que
eum pauliſper ſubreliquerat vt proba-
ret ita dicitur. Ne inferas manum tuā
in puerum· neqꝫ facias ei quicqꝫ· nūc enī
ſcio· quia times dominum tu· et non pep
ciſti filio tuo dilecto propter me. Quod
temptationis genus nob quoqꝫ ad pro
bationis meritū poſſe contingere· i deu
teronomio ſatis euidēter a legiſlatore p̄
dicatur. Si ſurrexerit inter vos prophe
ta· aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat· et
p̄dixerit ſignum atqꝫ portentum· et eue/
nerit qd locutus eſt· et dixerit tibi eamus
et ſeruiamus dijs alienis quos ignoras
ne audias verba prophete illius aut ſom
niatoris· quia temptans temptat te dn̄s
deus tuus· vtrum diligas eū in toto cor
de tuo· et cuſtodias mandata illius an nō.
Quid ergo: Cum iſtum prophetā aut
ſomniatorem ſurgere permiſerit deus· ita
ne eos quorum fidem probare diſponit·
protecturus eſſe credendus eſt· vt nullū
penitus locū quo ſuis viribus cū tem
ptatore confligant libero eorum relinquet
arbitrio: Et quid eos neceſſe eſt vel tem/
ptari· quos ita infirmos nouit ac fragi/
les· vt nequaqꝫ virtute ſua valeant reſi-
ſtere temptatori: Sed vtiqꝫ nec tempta-
ri eos iuſticia domini permiſiſſet· niſi pa
rem in eis reſiſtendi ſciſſet ineſſe virtutē·
qua poſſent equitatis iudicio in vtroqꝫ
merito vel rei vel laudabiles iudicari· Ta
le eſt et illud quod ab apoſtolo dicitur.
Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne ca-
dat. Temptatio vos nō apprehendat ni
ſi humana. Fidelis autem deus qui nō
permittit vos temptari ſupra id qd po-
teſtis· ſed faciet cum temptatione et exitū
vt ſuſtinere poſſitis. Cum enī dicit· qui
ſtat videat ne cadat· ſollicitū reddit ar-
bitrij libertatem· quā vtiqꝫ nouerat per-
cepta gratia· vel ſtare per induſtriā· vel
cadere per negligentiam poſſe. Cum au
tem infert· temptatio vos non apprehen
dat niſi humana· infirmitatem eorū et
inconſtantiam necdum robuſte mētis
exprobrat· qua adhuc ſpiritalium nequi
tiarum turbinibus nō poterant impugna
ri· aduerſumqꝫ ſeipm vel illos pfectos no-
uerat quotidie dimicare· de quibus ad
epheſios dicit. Iam non eſt nobis collu
ctatio aduerſus carnē et ſanguinem· ſed
aduerſus principatus· aduerſus ptātes· aduer
ſus mundi rectores tenebrarum harum·
contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus.
Cum vero ſubiungit· fidelis autem deus
qui nō permittit vos temptari ſupra id
quod poteſtis. non vtiqꝫ optat ne eos
dominus temptari permitteret· ſed ne ſu
pra id quod ſuſtinere poterant tempta-
rentur. Illud enim indicat humani ar/
bitrij facultatem· hoc vero dn̄i gratiam
temptationum luctamina moderantis
oſtendit. In his igitur omnibus appro-
batur ita ſemper diuinam gratiam arbi
trium hominis incitare· vt illud nō in oī
bus taliter protegat ac defendat· vt non
etiam proprijs conatibus congredi ad-
uerſum ſpiritales faciat inimicos· in qui
bus vel gratiā dei victor· vel infirmitatē
ſuā ſuperatus intelligat· et ita diſcat nō
de ſua fortitudine ſed de diuino ſemper

ſperare ſuffragio· atqȝ ad ſuum iugiter recurrere protectorem. Et vt hoc nō noſtra coniectura· ſed euidentioribꝫ adhuc ſcripture teſtimonijs approbetur· illud quod in ieſu naue legitur retractemus. Has inquit gētes dimiſit dominus. ac diſperdere noluit· vt in eis experiretur iſrahelē· vtrū cuſtodiret mandata domini dei ſui· vt haberent conſuetudinē cū hoſtibus preliandi. Et vt incomparabili creatoris noſtri clementie mortale aliquid· non pro equalitate pietatis· ſed ex aliqua indulgentie ſimilitudine comparemꝰ· ſi nutrix pia atqȝ ſollicita diu ſinu paruulum geſtat· vt quandoqȝ ingredi doceat· et primū quidem eum reptare pmittit· dehinc erectum vt alternis paſſibus innitatur· dextre ſue ꝟtute ſuſtētat· at mox paululū derelictū. ſi titubantē viderit· protinus apprehendit· nutantē ſuſcipit· lapſū erigit· et vel arcet a caſu· vel etiam decidere leuiter ſinēs eleuat pꝰ ruinam. cum autem eum ad pueriam vel adoleſcentie ac iuuentutis perduxerit robur· quedam etiam pondera vel labores quibus non opprimatur· ſed exerceatur iniungit· et cum emulis decertare permittit. quanto magis celeſtis ille omnium pater nouit· quem ſinu gratie ſue geſtet· ꝛ quē libere voluntatis arbitrio ī conſpectu ſuo exerceat ad virtutem· et tñ adiuuat laborantem· exaudit vocantem· non relinquit querentem· eripit de periculo interdum etiam neſcientem.

## De multiplici vocationum gratia. Cap. xv.

Per que etiam euidenter oſtēditur inſcrutabilia eſſe iudicia dei et inueſtigabiles vias eius· qbus ad ſalutem humanum attrahit genus· Qḋ etiam euangelicarū vocationum exemplis poſſumus approbare. Andream namqȝ ac Petrum ceteroſqȝ apoſtolos· nihil de ſalute ſue remedio cogitātes· ſpontanea gr̄e ſue dignatione prelegit· Zacheum ad cōſpectum ſe domini fideliter extendentem· et exiguitatē ſtature ſue ſycomori celſitudine ſblevantem· non ſolum ſuſcipit· verumetiam benedictione cohabitatiōis illuſtrat. Inuitum ac repugnantē attrahit paulum· Aliū ita precepit ſibi inſeparabiliter inherere· vt ei poſtulāti breuiſſimaſ pro ſepultura patris nō concedat inducias. Cornelio precibus et elemoſynis iugiter inſiſtenti· velut remunerationis vice via ſalutis oſtēditur· eiqȝ angeli viſitatione precipitur· vt accerſiens petrū verba ſalutis ab eo· quibus vna cū omibus ſuis ſaluaretur agnoſcat. Et ita multiformis illa ſapientia dei ſalutem hominum multiplici atqȝ inſcrutabili pietate diſpenſat· ac ſcḋm capacitatem vniuſcuiuſqȝ gratiā ſue largitatis impertit· vt ipſas quoqȝ curationes nō ſcḋm vniformē maieſtatis ſue potentiam· ſed ſcḋm menſuram fidei in qua vnūquēqȝ repperit· vel ſicut vnicuiqȝ ipſe partitus eſt· maluerit exercere. Credentem namqȝ qḋ ad emundationē lepre ſue voluntas chriſti ſufficeret· ſolo voluntatis ſue curauit aſſenſu· dicēs· Uolo· Mūdare. Alteri deprecāti· vt adueniens per impoſitionē manꝰ ſue defunctam filiam ſuſcitaret. ingreſſus domum eius· eodem modo quo ille ſperauerat· id quod rogabatur indulſit. Alij credenti ſummā ſalutis in verbi eiꝰ preceptione conſiſtere· ac reſpondenti. dic tantum verbo et ſanabitur puer meus· per ſermonis imperium reſolutos artus priſtino robore ſolidauit dicēs. Uade et ſicut credidiſti fiat tibi. Alijs de tactu fimbrie eius ſperantibus medicinā· vbertim ſanitatis dona largitus eſt. Aliorum morbis medelam rogatꝰ indulſit. Alijs ſpontaneā preſtitit medicinam. Alios hortatus eſt vt ſperarent dicens. Uis ſanus fieri· Alijs nō ſperantibꝫ vltro ingeſſit auxilium. Aliorū deſideria priuſqȝ voluntati eorum ſatiſfaceret explorauit dicens. Quid vultis vt faciā vobis. Alij ignorāti viam qua id quod

concupierat obtineret benignꝰ oſtēdit·
ſi credideris inquiens· videbis gloriam
dei. Inter alios ita virtutem curationū
affluenter effudit· vt de eis euangeliſta
cōmemoret· et curauit om̄es languidos
eorū· Inter alios vero immenſa illa bn̄
ficiorum chriſti abyſſus ita obturata ē·
vt dicatur· ⁊ nō poterat inter illos ieſus
facere virtutes propter incredulitatez il
lorum. Et ita largitas dei ſm capacita·
tē hūane fidei etiaz ipa formatur· vt hu·
ic quidem dicat· ſm fidem tuam fiat ti·
bi· illi vero· vade ⁊ ſicut credidiſti fiat ti
bi· alij aūt· fiat tibi ſicut vis· et rurſuz al
teri· fides tua te ſaluū fecit.

## De gratia dei eo ꝙ humane fi·dei tranſcendat anguſtias.

### Cap. xvi.

Nemo autem eſtimet hec a nobis
ob hoc fuiſſe prolata· vt nitamꝰ
aſtruere ſummā ſalutis in no·
ſtre fidei dicione conſiſtere· ſm quorun·
dam profanam opinionem· qui totuz li
bero arbitrio deputātes· gratiā dei diſpē
ſari ſm meritum vniuſcuiuſqꝫ definiūt
Sed abſoluta plane pronunciamꝰ ſen·
tentia· etiam exuberare gratiā dei ⁊ trāſ
gredi interdum humane infidelitatiſ an·
guſtias· Qđ in illo euāgelico factū fuiſ·
ſe regulo reminiſcimur· qui dum facilꝰ
credit egrotantem filium ſuuz poſſe cu·
rari· qꝫ mortuum ſuſcitari· preſentiā do
mini feſtinus implorat dicens. Domine
deſcende· priuſqꝫ moriatur filius meus·
Cuius infidelitatem licet his ſermonibꝰ
chriſtꝰ arguerit· niſi ſigna ⁊ prodigia vi
deritis non creditis· tamen nō ſm infir·
mitatem fidei eius gratiam ſue diuinita
tis exercuit· nec preſentia corporali quē·
admodum ille crediderat letales febriū
morbos· ſed verbo ſue poteſtatis excluſit
dicens. Vade filius tuus viuit. Quam
ſuperabundantiam gratie· etiā in illius
paralitici curatione, dominum legimus
effudiſſe· cum ei languoris ſui tantum
quo corpus fuerat reſolutum: remedia
poſcenti· anime prius ingerit ſoſpitatez
dicens. Conſtans eſto fili· dimittuntur
tibi peccata tua. Poſt quod non credē·
tibus ſcribis poſſe eum remittere huma·
na peccata· ad confundendam incredu·
litatem eorum· etiam membra eius para
liſeos valitudine reſoluta· poteſtatiſ ſue
ſermone reſtrinxit dicens. Quid cogita
tis mala in cordibus veſtris: Quid ē fa
cilꝰ dicere· remittūtur tibi peccata· aut
dicere· ſurge ⁊ ambula: Ut ſciatis autē
quia filius hominis poteſtatem habet in
terra dimittendi peccata· tunc ait para·
litico. Surge ⁊ tolle lectum tuū· ⁊ vade
in domū tuam. Similiter autem in illo·
qui trigintaa ⁊ octo annos iuxta natato
rie crepidinem fruſtra decūbens. de aq̄
illius motu ſperauerat medicinam· mu
nificentiam vltronee largitatis oſtendit
Nam cum volens eum ad ſalutis reme·
dia prouocare dixiſſet ei· vis ſanus fie·
ri: cūqꝫ ille de humani adiutorij inopia
quereretur ac diceret· hominem non ha
beo· vt cum turbata fuerit aqua mittat
me ī piſcinā· ī credulitati eiꝰ et ignorātie
veniam tribuens· priſtine eū ſanitati· nō
illa qua ſperauerat via· ſed qua dominꝰ
voluit miſeratiōe reſtituit dicens. Sur·
ge tolle lectuz tuum· ⁊ vade in domū tu
am. Et quid mirū ſi hec domini poteſta·
te geſta narrētur· cū ſimilia etiā ꝑ ſuos
ſuos diuina grā fuerit operata: Ingre
dientibus namqꝫ templum petro ⁊ Jo·
hanne· cum ille claudus ex vtero matris
qui greſſum penitus ignorabat elemoſi
nam poſtularet· illi nō vilia era que po·
ſcebat infirmus· ſed greſſus officia largi
untur· et paruiſſime ſtipis ſperantē ſola·
tia in ſperate ſalutis premijs locupletāt·
dicente petro. Argentum ⁊ aurum nō ē
mihi· quod autem habeo hoc tibi do In
noīe ieſu chriſti nazareni ſurge ⁊ ambu
la.

## De inſcrutabili diſpenſatione dei. Cap. xvij.

P Er hec igitur exempla q̄ d̄ euā
gelicis protulimuſ monimentiſ.
euidentiſſime poterimus aduē
tere diuerſis atq̄ʒ innumeris modis et
inſcrutabilibus vijs deum ſalutem hu
mani generis procurare et quorundam
quidem volentium ac ſitientiū curſum
ad maiorem inuitare flagrantiā · q̊ſdaʒ
vero etiam nolentes inuitoſq̄ʒ compelle
re et nunc quidem vt impleātur ea que
vtiliter a nobis deſiderata pſpexerit ad
iuuare nunc vero etiam ipſius ſancti de
ſiderij inſpirare principia et vel initium
boni operis vel perſeuerantiam cōdona
re. Inde eſt ꝙ orantes non ſolum prote
ctorem ac ſaluatorem · ſed etiā adiutorē
ac ſuſceptorem dominum proclamam⁹.
In eo enim ꝙ prior aduocat et ignoran
tes nos atq̄ʒ inuitos attrahit ad ſalutē
protector atq̄ʒ ſaluator noſter ē in eo au
tem ꝙ annitentib⁹ nobis opem ferre re
fugienteſq̄ʒ ſuſcipere ac munire conſue
uit ſuſceptor ac refugium nominatᷣ. De
niq̄ʒ hanc diſpenſationis dei multipli
cem largitatem beatus apoſtolus men
te pertractans et in quoddā immenſuʒ
atq̄ʒ interminabile pietatis dei pelagus
ſe incidiſſe conſpiciēs · exclamauit. O al
titudo diuitiaruʒ ſapientie ⁊ ſciētie dei
q̄ʒ inſcrutabilia ſunt iudicia eius et in
ueſtigabiles vie eius. Quis eniʒ cogno
uit ſenſum domini: Huius ergo ſciētie
admirationem q̄ʒ ille talis ac tantus gē
tium magiſter expauit euacuare conabi
tur quiſq̄ʒ crediderit illius ĩeſtimabilis
abyſſi profunditatem humana ratione
ſe poſſe metiri. Nam qui ad plenuʒ diſ
penſationes dei quibus ſaluteʒ in homi
nibus operatur vel mente concipere vel
diſſerere ſe poſſe confidit proculdubio ĩ
pugnans apoſtolice ſententie veritateʒ
ſcrūtabilia eſſe dei iudicia et veſtiga
biles vias eius · probans pronuncia
bit audacia · ipſo quoq̄ʒ domino hec ad
eos ita teſtante. Non enim cogitationes
mee cogitatiōes veſtre · neq̄ʒ vie vr̄e vie
mee · dicit dominus · quia ſicut exaltan
tur celi a terra · ſic exaltate ſunt vie mee a
vijs veſtris · ⁊ cogitationes mee a cogita
tionibus veſtris. Hanc igitur diſpenſa
tionem atq̄ʒ amorem ſuum · quem nobiſ
tribuere dominus indefeſſa pietate dig
tur · volens humane affectionis motu ex
primere nec inueniēs in hac creatura ta
lem charitatis affectum · cui eum compa
rare dignius poſſet · tenerrimis pie mr̄is
viſceribus comparauit et vtitur quideʒ
hoc exemplo · quia carius aliud in natu
ra hominum non poteſt inueniri dicens
Nunquid obliuiſci poteſt mulier infan
tem ſuum · vt nō miſereatᷣ filio vteri ſui:
Sed non contentus hac comparatiōe
tranſcendit eam confeſtī atq̄ʒ ſubiungit
dicens. Et ſi illa oblita fuerit · ego tamē
non obliuiſcar tui.

## Definitio patrum eo ꝙ liberuʒ arbitrium ad ſaluandum non ſit idoneum. Cap. xviij.

P Er quod euidenti ratione colli
gitur ab his qui nō loquacib⁹
verbis ſed experientia duce · vel
magnitudinem gratie · vel modulū hu
mani metiuntur arbitrij · quia nō leuib⁹
curſus · nec fortibus prelium · nec ſapien
tibus panis · nec prudentibus diuitie ·
nec ſcientibus gratia · ſed operatur hec
omnia vnus atq̄ʒ idem ſpirituſ diuidēs
vnicuiq̄ʒ prout vult. Et idcirco fide nō
dubia et vt ita dicam palpabili experiē
tia comprobatur · vniuerſitatis deū ve
lut pijſſimū patrem · benigniſſimūq̄ʒ me
dicum · ſm apoſtolum indifferenter om
nia in omnibus operari et nunc quideʒ
ſalutis inſpirare pricipia et inſerere vni
cuiq̄ʒ bone voluntatis ardorem · nūc ve
ro ipſius operationis effectum ⁊ conſum
mationeʒ donare virtutū et nūc a ruina

iam proxima lapſuq; precipiti etiam inuitos ⁊ inſcios reuocare· nunc autem occaſiones ⁊ oportunitates ſalutis ingerere· ac precipites violentosq; conatus a letalibus diſpoſitionibus inhibere· ⁊ alios quidem volentes currẽtesq; ſuſcipere· alios vero nolentes renitentesq; pertrahere· et ad bonã cogere voluntatem· Totum vero non ſemper reſiſtentibus nec perſeuerãter inuitis nobis a diuinitate concedi· et ſummã ſalutis noſtre· non operum noſtrorum merito· ſed celeſti gratie deputandam· ita domini ipſius vocibus edocemur. Et recordabimini viarũ veſtrarum· et omnium ſcelerum veſtrorum quibus polluti eſtis in eis· et diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro· in omnibus malitijs veſtris quas feciſtis· et ſcietis quia ego dominus cum bene fecero vobis propter nomen meum· non ſecundum vias veſtras malas· neq; ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus iſrahel. Et idcirco hoc ab omnibus catholicis patribus diffinitur· qui perfectionem cordis nõ inani diſputatiõe verborum· ſed re atq; opere didicerũt diuini eſſe muneris· Primũ vt accendatur vnuſquiſq; ad deſiderandum omne quod bonum eſt· ſed ita vt in alterutram partẽ plenũ ſit libere volũtatis arbitriũ· Itemq; etiã ſecundum· diuine eẽ gratie vt effici valeant exercitia predicta virtutum· ſed ita vt poſſibilitas nõ extinguatur arbitrij· Tertiũ quoq;· ad dei munera pertinere vt acquiſite virtutis perſeuerantia teneatur· ſed ita vt captiuitatem libertas addicta non ſentiat. Sic enĩ vniuerſitatis deus omnia in omnibus credendus eſt operari· vt incitet protegat atq; confirmet· non vt auferat quã ſemel ipſe conceſſit arbitrij libertatem. Si quid ſane verſutius humana argumentatione ac ratiocine collectum. huic ſenſui videatur obſiſtere· vitandum magis eſt quam ad deſtructionem fidei prouocandum. Non enim fidem ex intellectu· ſed intellectum ex fide meremur· ſicut ſcriptum eſt· Niſi credideritis non intelligetis· quia quemadmodum ⁊ deus omnia operetur in nobis· et totum libero aſcribatur arbitrio· cui dicitur· ſi volueritis ⁊ audieritis me· que bona ſunt terre mãducabitis· ad plenum humano ſenſu ac ratione non poteſt vt arbitror comprehendi. Hoc nos beatus cheremon confirmatos cibo laborem ſeſtinanti itineris non ſentire.

**Explicit collatio tertia abbatis cheremonis de protectione dei.**

**Incipiunt capitula collationis prime abbatis neſterotis de ſpiritali ſcientia. Cap. i.**

Verba abbatis neſterotis de religioſorum ſcientia.
ij De apprehendenda ſpiritaliũ rerum cognitione
iij Quod actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtat.
iiij Quod actualis vita erga multas profeſſiones ac ſtudia diriuetur.
v De profeſſionis arrepte perſeuerantia·
vi De infirmorum mobilitate.
vij Exemplum caſtitatis quo docetur non omnia ab omnibus emulanda.
viij De ſpiritali ſcientia.
ix Quod de actuali ſcientia proficiatur ad ſpiritalem.
x De apprehendenda vere ſcientie diſciplina.
xi De multiplici intellectu diuinarum ſcripturarum.
xij Interrogatio quomodo poſſit ad obliuionem ſecularium carminũ perueniri.
xiij Reſponſio quo pacto memoriam eorum poſſimus abluere.
xiiij Quod immũda anima neq; trade

re neqꝫ percipere poſſit ſcienti-
am ſpiritalem.
xv Obiectio de eo ꝙ multi immun-
di ſcientiam habeant et ſanc-
ti non habeant.
xvi Reſponſio ꝙ mali ſcientiam ve-
ram habere non poſſint.
xvij Quibus ratio perfectionis de-
beat aperiri.
xviij Quibus d̓ cauſis ſpiritalis do-
ctrina infructuoſa ſit.
xix Quod plerumqꝫ etiam indigni
gratiam ſalutiferi ſ̄monis ac-
cipiant.

Expliciūt capitula.

## Incipit collatio prima Abbatis neſterotis de ſpiritali ſcientia. Cap. i.

Sponſio nis noſtre ⁊ itineris ordo ſcompellit. vt abbatis Neſterotꝭ preclari in omnibꝫ ſummeqꝫ ſcie̅tie viri inſtitutio ſubſequatur. Qui cum ſacrarum ſcripturarum nos aliqua memorie commendaſſe et eorum intelligentiā deſiderare ſenſiſſet talibus nos adorſus ē verbis. Multa quidem ſcientiarum in hoc mundo ſunt genera tanta ſiquidez earum quanta ⁊ artium diſciplinarūqꝫ varietas eſt. Sed cum omnes aut omnino inutiles ſint aut preſentis tantum vite cōmodis proſint nulla eſt tamen que non habeat proprium doctrine ſue ordinem atqꝫ rationem per quam ab expetētibus poſſit attīgi. Si ergo ille artes ad inſinuationez ſui certis ac proprijs lineis diriguntur quanto magis religionis noſtre diſciplina atqꝫ ꝓfeſſio que ad cōtemplanda inuiſibilium ſacramentorū tendit archana nec preſentis queſtus ſꝫ eternorum retributionem expetit premiorum certo ordine ac ratione ſubſiſtit. Cuius quidem duplex eſt ſcie̅tia. Prima practice id eſt actualis que emēdatione morum ⁊ viciorum purgatione perficit altera theoretice id eſt que in cōtēplatione diuinarum rerum et ſacratiſſimorum ſenſuum cognitione conſiſtit.

## De apprehendēda ſpiritalium rerum cognitione. Cap. ij.

Quiſquis igitur ad hāc theoreticen voluerit ꝑuenire necē eſt vt omni ſtudio atqꝫ virtute actualem primū ſcientiam conſequatur. Nā hꝫ practice abſqꝫ theoretice poſſideri poteſt theoretice vo ſine actuali omnimodis apprehendi non poteſt. Gradus enim quidam ita ordinati atqꝫ diſtincti ſunt vt humana humilitas poſſit ad ſublime conſcendere qui ſi inuicez ſibi ea q̄ diximus ratione ſuccedant poteſt ad altitudinem perueniri ad quā ſublato ꝑmo gradu non poteſt tranſuolari. Fruſtra igitur ad conſpectum dei tendit q̄ viciorum contagia nō declinat. Spūs namqꝫ dei effugiet fictuz nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

## Quod actualis ꝑfectio duplici ratione ſubſiſtat. Cap. iij.

Hec autez actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtit. Nam ꝑmus eius modus eſt vt omniū natura viciorum ⁊ curationis ratio cognoſcatur. Secundus vt ita diſcernatur ordo virtutum earūqꝫ perfectione mēs noſtra formetur vt illis non iaz velut coacta et quaſi violēto imperio ſubiecta famuletur ſed tamqꝫ naturali bono de-

lectetur atqꝫ paſcatur· ⁊ arduã illã atqꝫ
anguſtam viam cum oblectatione con/
ſcendat. Quo ei modo · vel ꝟtutũ ratio
nem qui ſecundus in actuali diſciplina
gradus eſt. vel rerum ſpiritalium et cele,
ſtium ſacramenta· que in theorie gradu
ſublimiore conſiſtũt· valebit attingere q̃
naturam viciorum ſuorum nec potuit i,
telligere nec niſus ē extirpare: Cõſeqnē
ter enim pronunciabitur progredi ad ex
celſiora non poſſe· qui non euicerit plani
ora· multoqꝫ minus ea que ſunt extrinſe
cus apprehendit· quiſqꝫ intelligere ea q̃
ſibi ſunt inſerta non quiuerit. Sciendũ
tamen eſt· duplici nobis laboris intenti/
one ſudandum· tam in expellẽdis viciis
q̃ȝ in virtutibus acquirendis· Et hoc ñ
noſtra capimus cõiectura· ſed illius ſen
tentia ꝑdocemur· qui ſolus opificij ſui
vires rationemqꝫ cognoſcit. Ecce inq̇t
conſtitui te hodie ſuper gentes ⁊ ſuper re
gna· vt euellas ⁊ deſtruas et diſperdas
et diſſipes ⁊ edifices ⁊ plantes. In expul
ſione enim noxiarum rerū quattuor eẽ
neceſſaria deſignauit· id eſt· euellere· de,
ſtruere· diſperdere· diſſipare. In ꝑficien
dis vo ꝟtutibus· et his que ad iuſticiã
pertinent acquirendis· edificare tantū
modo atqꝫ plantare. Unde liquido pa
tet difficiliꝰ ꝯuelli atqꝫ eradicari inolitas
corporis atqꝫ anime paſſiones· q̃ȝ ſpirita,
les extrui plantariqꝫ virtutes.

## Q actualis vita erga multas ꝓfeſſiones ac ſtudia diriuetur. Cap̃. iiij.

Hec igitur practice que duobus
vt dictū eſt ſubſiſtit modis· er
ga multas profeſſiones ſtudia
qꝫ diuiditur. Quidam enĩ ſummã intẽ,
tiõis ſue erga heremi ſecreta ⁊ cordis cõ/
ſtituunt puritatem· vt in preteritis heli,
am ⁊ heliſeum· noſtriſqꝫ temporibus be
atum antonium· alioſqꝫ eiuſdem propo
ſiti ſectatores· familiariſſime deo per ſilẽ
tium ſolitudinis coheſiſſe cognoſcimus
Quidam erga inſtitutionem fratrū· ⁊
peruigilem cenobiorum curam. omnem
ſtudij ſui ſollicitudinem dederũt. vt nu
per abbatem Johannem qui in vicinia
ciuitatis cui nomen eſt thimius· grandi
cenobio prefuit· ac nõnullos eiuſdē me
riti viros apoſtolicis etiam ſignis claru
iſſe meminimus. Quoſdā xenodochij
et ſuſceptionis pium delectat obſequiū·
per quod etiam in preteritis Abraham
patriarcham ⁊ Loth domino placuiſſe
ſcimus· et nuper beatum machariū ſin
gularis manſuetudinis ac patientie vi,
rum· qui xenodochio ita apud alexãdri
am prefuit· vt nulli eorum qui ſolitudi
nis ſecreta ſectati ſunt· inferior ſit creden
dus. Quidam eligentes egrotantiũ cu
ram· alij interceſſionem que pro miſeris
atqꝫ oppreſſis impenditur exequentes.
aut doctrine inſtantes· aut elemoſynam
pauperibus largiẽtes· inter magnos ac
ſummos viros· pro affectu ſuo ac pieta
te viguerunt.

## De profeſſionis arrepte perſe, uerantia. Cap̃. v.

Qua propter hoc vnicuiqꝫ vtile
atqꝫ conueniens eſt· vt ſm̃ pro
poſitum quod elegit· ſiue grati
am quam accepit· ſummo ſtudio ac dili
gentia ad operis arrepti perfectionem ꝑ
uenire feſtinet· et aliorũ quidem laudãs
admirãſqꝫ ꝟtutes· neq̃ q̃ȝ a ſua quã ſe
mel elegit profeſſione diſcedat· ſciẽs ſm̃
apoſtolum vnum quidem eſſe corpus ec
cleſie· multa autē membra· ⁊ habere eã
donationes ſm̃ gratiam que nobis da
ta eſt differentes· ſiue prophetiā ſm̃ ra
tionem fidei· ſiue miniſterium in miniſtrã
do· ſiue q̇ docet ĩ doctrĩa· ſiue q̇ exhortatᷣ
in exhortatiõe· q̇ tribuit ĩ ſimplicitate· q̇
ꝑeſt ĩ ſollicitudĩe· q̇ miſeretᷣ ĩ hilaritate·

Nec enim vlla membra aliorum ſibi membrorum poſſunt miſteria vendicare· q̄a nec oculi manuū nec nares auriū vtūtur officio· et idcirco non omnes apoſtoli· non omnes prophete· non omnes docctores· non omnes gratias habent curationum· non omnes linguis loquūtur· non omnes interpretātur.

## De infirmorum mobilitate. Cap. vi·

*vide*

Solent enim hi qui nec dū ſunt in illa quā arripuerūt profeſſione fundati· cum audierit quoſdam in diuerſis ſtudijs ac virtutibus predicari· ita eorum laude ſuccendi· vt imitari eorum protinus geſtiāt diſciplinam· in quo irritos neceſſario impendit conatus humana fragilitas. Impoſſibile nam qꝫ eſt vnum eūdemqꝫ hominē ſimul vniuerſis quas ſuperius comprehendi fulgere virtutibus. Quas ſi quis voluerit pariter affectare· in id cum incidere neceſſe eſt· vt dum omnes ſequitur nullam integram conſequatur· magiſqꝫ ex hac mutatione ac varietate diſpendium capiat qꝫ profectum. Multis enim vijs ad deū tenditur· et ideo vnuſq̄ſqꝫ illā quā ſemel arripuit irreuocabili curſus ſui intentiōe cōficiat· vt ſit in q̄libet profeſſione perfectus.

## Exemplū caſtitatis quo docetur nō omnia ab omibus emulanda. Cap. vij.

Abſqꝫ illo diſpendio quo feriri monachum diximus· qui mobilitate mētis ad ſtudia cupit trāſire diuerſa· etiam hinc periculum mortiſ incurritur· quod nō nunqꝫ recte quedā ab alijs geſta· malo ab alijs preſumunt exemplo· et que nōnullis bn̄ ceſſerant ꝑnicioſa ab alijs ſentiuntur. Nā vt q̄dam exempli gratia proferamus· velut ſi quis illam viri illius imitari virtutem velit quā ſolet abbas Johannes· nō ad imitationis formulam· ſed tantūmodo pro admiratione proferre. Nam quidā veniens ad predictū ſenem habitu ſeculari· cum ei quaſdam frugum ſuarū primitias detuliſſet· ferociſſimo quendam demonio arreptum ibidē repperit. Qui cum abbatiſ iohannis obteſtatiōes ac ꝓcepta deſpiciens· teſtaret̄ ſenunqꝫ ad illius imperium de corpore quod obſederat migraturum· huius aduentu perterritus· cum reuerentiſſima nominis illiuſ inclamatione diſceſſit. Cuius tā euidentem gratiam ſenex non mediocriter admiratus· eoqꝫ amplius obſtupeſcens ꝙ eum ſeculari cerneret habitu· cepit ab eo vite ac ꝓfeſſionis eius ordinē diligēter inquirere. Cumqꝫ ille ſecularem ſe atqꝫ vxorio vinculo colligatum eſſe dixiſſet· beatus Johannes excellentiam virtutis eius et gratie mente pertractans· q̄nam illi eſſet conuerſatio attētius explorabat. Ille ſe ruſticū· et quotidiano manuū opere victum querere· nec vlliꝰ boni eſſe ſe conſcium teſtabatur· niſi ꝙ nunqꝫ ante ad iuris opera mane exercēda ꝓcederet· neqꝫ veſpere domū reuerteretur· niſi in eccleſia pro quotidiane vite cōmeatu largitori eiuſ deo gratias retuliſſet· neqꝫ ſe vnqꝫ de fructibꝰ ſuis aliq̄d vſurpaſſe· niſi prius deo primitias eorum ac decimas obtuliſſet· et nūqꝫ ſe boues ſuos per aliene meſſis traduxiſſe confiniū· niſi eorum prius ora clauſiſſet· ne vel parum damni per incuriā eius proximus ſuſtineret. Et cum hec quoqꝫ abbati Johanni· necdum ad comparationem tante gratie qua eum prelatum ſibi eſſe cernebat· idonea viderentur· atqꝫ ab eo quidnam eſſet illud quod tante gratie meritis conferri poſſet ſciſcitans ſcrutaretur· ille reuerentia tam ſollicite inquiſitionis aſtrictus· vxorem ſe parentum vi imperioqꝫ compulſum cum profiteri monachum vellet ante vndecim annos accepiſſe confeſſus eſt· quā nemine etiā nunc conſcio ſororis loco a ſe virginem

*exēplū de ruſtico demoniū expelēte*

cuſtodiri teſtabatur. Quod factum cũ audiſſet ſenex· tanta eſt admiratiõe permotus· vt coram ipſo publice proclamaret. Non immerito demonem qui ſe deſpexerat· illius non toleraſſe preſentiam· cuius ipſe virtutem non ſolum in iuuentutis ardore· ſed ne nunc quidẽ ſine diſcrimine caſtitatis auderet appetere. Q̄d factum abbas iohãnes licet ſumma admiratione pretulerit· tamen neminẽ monachorũ vt experiretur hortatus eſt· ſciens multa recte ab alijs geſta· magnam alijs imitantibus intuliſſe perniciẽ· nec vſurpari ab omnibus poſſe· quod paucis dominus ſpeciali munere ꝯtuliſſet.

## De ſpiritali ſcientia. Cap. viij.

SEd ad expoſitionem ſcientie de qua ſumptum eſt ſermonis exordium reuertamur. Itaq; ſicũ ſuperius diximus practice erga multas ꝓfeſſiones ac ſtudia diriuatur· Theoretice vero in duas diuidit̃ partes· id eſt· ĩ hyſtoricã interpretationem· ⁊ intelligẽtiam ſpiritalem. Unde etiam Salomõ cum eccleſie multiformẽ gratiam enumeraſſet adiecit. Omnes enim qui apd̄ eã ſunt veſtiti ſunt dupliciter. Spiritalis autem ſcientie genera ſunt tria· tropologia· allegoria· anagoge. de quibus in ꝓuerbijs ita dicitur. Tu autẽ deſcribe tibi ea tripliciter· ſuper latitudinẽ cordis tui. Itaq; hyſtoria preteritarum ac viſibilium agnitionem complectitur rerũ· que ita ab apoſtolo replicatur. Scriptũ eſt enim· quia abraham duos filios habuit· vnum de ancilla· et alium de libera· ſed qui de ancilla ſꝫm carnem natus eſt· qui autem de libera per repromiſſionẽ. Ad allegoriã aũt pertinẽt que ſequũtur· quia ea que in veritate geſta ſunt· alterius ſacramenti formã prefiguraſſe dicuntur. Hec enim inquit ſunt duo teſtamenta. Unũ quidem de monte ſyna· in ſeruitutem generans. quod eſt agar. Syna enim mons eſt in arabia· qui comparatur huic q̄ nunc eſt hieruſalem· ⁊ ſuit cum filijs ſuis. Anagoge vero de ſpiritalibus miſterijs ad ſubliniora quedam et ſacratiora celorum ſecreta conſcendens· ab apoſtolo ita ſubijcitur. Que aũt ſurſum eſt hieruſalẽ libera eſt· que eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Letare ſterilis que nõ paris· erumpe ⁊ clama q̄ nõ parturis· quia multi filij deſerte magis q̃ eius que habet virum. Tropologia eſt moralis explanatio· ad emendationẽ vite ⁊ inſtructionem pertinens actualem· velut ſi hec eadem duo teſtamenta intelligamꝰ praticen ⁊ theoreticen diſciplinã· vel certe ſi hieruſalem aut ſyon aĩaz hominis velimus accipere· ſꝫm illud. Lauda hieruſalem dominum: lauda deũ tuum ſyon. Igitur predicte quattuor figure in vnũ ita ſi volumus ꝯfluũt· vt vna atq; eadem hieruralem quadrifariã poſſit intelligi· ſꝫm hyſtoriam ciuitas iudeorum· ſꝫm allegoriam eccleſia chriſti· ſꝫm anagogen ciuitas dei illa celeſtis que eſt mater omnium noſtrum· ſꝫm tropologiã anima hominis que frequenter hoc noĩe aut increpatur aut laudatur a domino. De his quattuor interpretationum generibus beatus Apoſtolus ita dicit. Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens· quid vobis prodero· niſi vobis loquar: aut in reuelatione· aut in ſcientia· aut in prophetia· aut in doctrina? Reuelatio namq; ad allegoriã pertinet· per quã ea que tegit hyſtorica narratio· ſpiritali ſenſu ⁊ expoſitione reſerantur· vt verbi gratia· ſi illud aperire temptemus· quemadmodum patres noſtri omnes ſub nube fuerint· et oẽs in moyſe baptizati ſint in nube ⁊ ĩ mari· ⁊ quẽadmodum omnes eandem eſcã ſpiritalem mãducauerint· ⁊ eũdẽ ſpiritalẽ de ꝯſequẽti petra biberint potũ· petra autẽ erat chriſtꝰ. Que expoſitio ꝑfigurationi

corporis ⁊ ſanguinis chriſti quem quoti
die ſumimus comparata · allegorie con
tinet rationem. Scientia vero que ſimi-
lit᷑ ab apoſtolo memorat᷑ tropologia ē ·
qua vniuerſa que ad diſcretionem per-
tinent actualem · vtrum vtilia vel hone-
ſta ſint prudenti examinatione diſcerni
mus · vt eſt illud. Cum apud noſmetip-
ſos iudicare precipimur · vtrum deceat
mulierem non velato capite orare deuꝫ.
Que ratio vt dictū ē moraleꝫ continet ī
tellectum. Itē prophetia q̄m tertio apo-
ſtolus intulit loco · anagogen ſonat · per
quā ad inuiſibilia ac futura ſermo trāſ-
fertur · vt eſt illud. Nolumus auteꝫ vos
ignorare frēs de dormiētibꝫ · vt nō cōtri-
ſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem nō habēt
Si enī credimus ꝙ chriſt⁹ mortuus eſt
et reſurrexit · ita ⁊ deus eos qui dormierūt
ꝑ ieſum adducet cū eo. Hoc enī vob di
cimus in verbo domini · quia nos qui vi-
uimus · qui reſidui ſumus · ī aduētu do-
mini non preueniemus eos qui dormie-
rūt ī chriſto. q̄m ipſe dominus ī iuſſu et ī
voce archangeli · et in tuba dei deſcēdet
de celo · et mortui qui in chriſto ſunt re-
ſurgent primi. Qua exhortatiōis ſpecie
anagoges figura prefert᷑. Doctrina ꝟo
ſimplicem hyſtorice expoſitionis ordinē
pādit · in qua nullus occultior intellect⁹
niſi qui verbis reſonat continetur · ſicut
eſt illud. Tradidi enim vobis in primis
quod ⁊ accepi · q̄m chriſtus mortuus eſt
pro peccatis noſtris · ſcḋm ſcripturas · ⁊ qꝛ
ſepult⁹ ē · et qꝛ reſurrexit tertia die ſcḋm ſcri-
ptūras · ⁊ qꝛ viſus ē cephe · Et miſit de⁹ fili
um ſuum factum ex muliere · factum ſub le
ge · vt eos q̇ ſub lege erāt redimeret · Si-
ne illud. Audi iſrael · dominus deus tu⁹
deus vnus eſt.

¶ Quod actualis ſcientia proficia-
tur ad ſpiritalem. Cap. ix.

Qua propter ſi vobis cura ē ad
ſpiritalis ſcientie lumen · non
inanis iactantie vicio. ſed emendatio-
nis gratia peruenire · illius primum bea-
titudinis cupiditate flammamini · de q̄
dictum eſt. Beati mundo corde · quoni-
am ipſi deum videbunt · vt etiam ad illā
de qua angelus ad danieleꝫ ait · perueni
re poſſitis · qui autem docti fuerint fulge
bunt ſicut ſplendor firmamenti · et qui
ad iuſticiam erudiūt multos · quaſi ſtel-
le in perpetuas eternitates · Et in alio ꝓ
pheta. Illuminate vobis lumen ſcientie
dum tempus eſt. Tenēte itaqꝫ illā quā
habere vos ſentio diligētiā lectiōis · om
ni ſtudio feſtinate actualeꝫ · id eſt · ethicā ·
q̄ꝫ primuꝫ ad integrum comprehendere
diſciplinam. Abſqꝫ hac nanqꝫ illa quā
diximus theoretica puritas non po-
teſt apprehendi · quā hi tantuꝫ qui n̄ alio
rum docentium verbis · ſed propriorum
actuum virtute perfecti ſunt · poſt mlta
operum ac laborum ſtipendia · iam qua
ſi in premio conſequūtur. Non enī a me
ditatione legis intelligentiam · ſed ex fru
ctu operis acquirentes · cum pſalmigra
pho canūt. A mandatis tuis ītellexi · Et
excoctis paſſionibus vniuerſis fiducia-
liter dicunt. Pſallam ⁊ intelligā in via
inmaculata. Ille enim pſallens intelli-
git que canuntur · qui in via inmacula-
ta greſſu puri cordis innititur · Et id cir-
co ſi ſciētie ſpiritalis ſacrum in corde ve-
ſtro vultis tabernaculum preparare · ab
omniū vos viciorūꝫ contagione purga
te · et curis ſeculi preſentis exuite. Impoſ
ſibile namqꝫ eſt animaꝫ que mundanis
vel tenuiter diſtentionibus occupatur ·
donum ſcientie promereri · vel generatri-
cem ſpiritalium ſenſuum · aut tenaceꝫ ſa
crarum lectionum fieri. Obſeruate igit᷑
in primis · et maxime tu iohānes · cui ma
gis ad cuſtodienda hec que dicturus ſū
etas adhuc adoleſcentior ſuffragat᷑ · ne
ſtudium lectiōis ac deſiderij tui labor va
na elatione caſſetur · vt inducas ſummū
ori tuo ſilentium · hic eſt enim primus

# De ſpiritali ſcientia

diſciplineactualis ingreſſus·om̄is q̄ p-
pꝛe labor hoīs in oꝛe ipſius· et vt omnium
ſeniorum inſtituta atq̄ ſententias inten
to corde ⁊ q̄ſi muto oꝛe ſuſcipias·ac dili
genter in pectore tuo ꝯdens·ad perfici-
enda ea potius q̄ ad docenda feſtines·
Ex hoc enim cenodoxie pernicioſa p̄ſum
ptio·ex illo autem fructus ſpiritalis ſcie̅
tie pullulabunt. Nihil ita q̄ in collatio-
ne ſeniorum proferre audeas· niſi qđ in
terrogare te aut ignoꝛatio nocitura·aut
ratio neceſſarie cognitionis impulerit·
ñ vt q̊daꝫ vane glorie amore diſſenti ·ꝓ
oſtētatiōe doctrine ea que optime norūt
interrogare ſe ſimulant. Impoſſibile eī
eſt eum qui propoſito acquirēde laudis
humane·ſtudio lectionis inſiſtit· donū
vere ſcientie promereri. Nā qui hac paſ
ſione deuictus eſt·neceſſe eſt vt alijs q̊q̄
⁊ maxime ſupbie vicijs obligetur·⁊ ita ī
actuali atq̄ ethica congreſſione proſtra
tus·ſcientiam ſpiritalem que ex ea naſci
tur minime conſequetur. Eſto ergo per
omnia citus ad audiendum·tardus au-
tem ad loquendum·ne cadat in te illud
quod notatur a ſalomone. Si videris vi
rum velocem in verbis·ſcito quia·ſpem
habet inſipiēs mag̃ q̄ ille· Nec que̅q̄
verbis docere preſumas· quod opere an
te non feceris. Huncenim nos oꝛdinem
tenere debere·etiā exemplis ſuis domin⁹
noſter īſtituit· de quo ita dicitur·que ce-
pit ieſus facere et docere. Caue ergo ne
ante actum proſiliens ad docendum ·in
illoꝛuꝫ numero deputeris· de quibus in
euāgelio dn̄s ad diſcipl'os ſuos loq̄tur.
Que dicunt vobis ſeruate et facite·ſcđm
opera vero eoꝛuꝫ nolite facere· dicūt enī
et nō faciūt. Alligāt āt onera grauia et ī
poꝛtabilia·et imponunt ea ſuper hūeros
hominum·ipſi autem digito ſuo nolunt
ea mouere. Si enim ille qui vnum man
datum minimū ſoluens docuerit ſic ho
mines· minimus vocabitur in regno ce
loꝛum·qui multa ⁊ maioꝛa negligēs do
cere preſūpſerit·conſequēs profecto ē·
vt nō iam minimus in regno celoꝛum·ſꝫ
in gehenne ſupplicio maxim⁹ habeatur.
Et ideo cauēdū tibi eſt· ne illoꝛū ad doce̅
dum inciteris exemplis·qui peritiā diſ-
putandi·ac ſermonis affluentiam cōſe-
cuti·quia poſſunt ea que voluerint oꝛna-
te copioſeq̄ diſſerere·ſcientiam ſpiritalē
poſſidere credūtur·ab his qui vim eius
et qualitatem diſcernere non nouerunt.
Aliud namq̄ eſt facilitatem oꝛis et nito-
rem habere ſermonis·et aliud venas ac
medullas celeſtium intrare dictoꝝ·ac ꝓ
funda ⁊ abſcondita ſacramenta puriſſi
mo coꝛdis oculo contemplari·quod nul
latenus humana doctrina·nec eruditio
ſecularis· ſed ſola puritas mentis per il
luminationē ſancti ſpiritus obtinebit.

## De apprehendēda vere ſcien-
tie diſciplina. Cap̄.x.

Feſtinandū igitur tibi eſt· ſi ad
veram ſcripturarum vis ſcien-
tiam peruenire· vt humilitateꝫ
coꝛdis immobilē pꝛimitus conſequaris·
que te non ad illam que inflat·ſed ad eā
que illuminat ſcientiam· charitatis con
ſummatione perducat. Impoſſibile nā-
q̄ eſt immundam mentem donum ſcien
tie ſpiritalis adipiſci. Et idcirco oī cau-
tione deuita·ne tibi per ſtudiuꝫ lectiōis·
nō ſcientie lumen· nec illa perpetua que
per illuminationē doctrine promittitur
gloria· ſed inſtrumenta perditionis d̄ ar
rogantie vanitate naſcantur. Deinde ħ
tibi eſt omnimodis enitendum·vt expul
ſa om̄i ſollicitudine ⁊ cogitatione terre-
na·aſſiduū te ac potius iugem ſacre pre-
beas lectioni·donec continua meditatio
imbuat mentē tuam·⁊ quaſi in ſimilitu-
dinem ſui foꝛmet·archam quodammo
do ex ea faciens teſtamenti·habentem in
ſe ſcilicet duas tabulas lapideas·id eſt·
duplicis inſtrumēti ꝑpetuā firmitatē·ꝑr-
nā q̊q̄ aureaꝫ·ħ eſt memoꝛiam·puram
atq̄ ſincerā·que reconditū in ſe manna

perpetua tenacitate conſeruet. ſpiritaliū
ſcȝ ſenſuum. et angelici illius panis per-
ennē celeſtemqȝ dulcedinem. necnō etiā
virgā aaron. id eſt. ſummi veriqȝ ponti-
ficis noſtri ieſu chriſti ſalutare vexillūȝ.
immortalis memorie ſemper viriditate
frondeſcens. Hec namqȝ eſt virga que
poſtea qȝ de radice yeſſe ſuccíſa ē viuaci⁹
mortificata reuireſcit. Hec autem oīa
duobus cherubin. id eſt. hyſtorice et ſpi-
ritalis ſcientie plenitudine proteguntur
Cherubin enim interpretatur ſciētie mul-
titudo. que propiciatorium dei. id ē pla
cíditatem pectoris tui iugiter protegent.
et a cunctis ſpiritalium nequitiarum in-
curſibus obumbrabūt. Et ita mēs tua
non ſolum in archam diuini teſtamenti
verumetiam in regnum ſacerdotale p-
uecta. per indiſſolubilem puritatis affe-
ctuȝ quodāmodo abſorpta ſpiritalib⁹
diſciplinis. illud implebit pōtificale mā-
datuȝ. quod a legiſlatore ita precipitur.
Et de ſanctis nō egredietur. ne polluat
ſanctuarium dei. id eſt cor ſuum. in q iu-
giter habitaturum ſe dn̄s repromittit
dicens. Inhabitabo in eis. et inter illos
ambulabo. Quāobrem diligenter mēo-
rie cōmendanda eſt. et inceſſabiliter recē-
ſenda ſacrarum ſeries ſcripturaꝝ. Hec
etenim meditationis iugitas duplicem
nobis cōferet fructum. Primū qȝ dū in
legendis ac parandis lectionibus occu-
patur mentis intentio. neceſſe eſt. vt nul-
lis noxiaruȝ cogitationuȝ laqueis capti-
uetur. deinde qȝ ea que crebérrima repe-
titione percurſa. dum memorie tradere
laboram⁹. intelligere id tēporis obliga-
ta mente nō quiuim⁹. poſtea ab omniū ac-
tuum ac viſionum illecebris abſoluti. p-
cipueqȝ nocturna meditatione taciti re-
uoluētes. clarius intuemur. ita vt occul-
tiſſimorum ſenſuū quos ne tenui quidē
vigilantes opinatione percepimus. qui-
eſcentibus nobis. et vel ſoporis ſtupore
demerſis. intelligentia reueletur.

## De multiplici intellectu diuina-
rum ſcripturarum.
### Cap. xi.

Creſcente autem per hoc ſtudiū
innouatione mētis noſtre. etiā
ſcripturarum facies incipiet in-
nouari. et ſacratioris intelligētie pulchri-
tudo quodammodo cum proficiente p-
ficiet. Pro capacitate enim humanorū
ſenſuum. earuȝ quoqȝ ſpecies coaptat.
et vel terrena carnalibus. vel diuina ſpi-
ritalibus apparebit. ita vt hi quib⁹ an-
tea videbatur craſſis quibuſdam nebu-
lis inuoluta. nec ſubtilitatem eius cōp-
hendere nec fulgorem valeant ſuſtinere.
Sed vt hoc ipſum quod aſtruere niti-
mur aliquō clarius pandatur exemplo.
vnum legis teſtimonium protuliſſe ſuf-
ficiat. per quod etiam omnia precepta ce-
leſtia ſcḋm menſuram ſtatus noſtri ad om-
ne hominum genus probemus extendi.
Scriptū ē in lege. Nō fornicaberiſ. Hoc
ab homine carnalium adhuc obſcenita-
tum paſſionibus obligato ſcḋm ſim-
plicem litere ſonum ſalubriter cuſtodi-
tur. Ab eo autem qui iam ab hac actio-
ne lutulenta et impuro diſceſſit affectu.
neceſſe eſt idipſum ſpiritaliter obſerua-
ri. vt ſcilicet non ſolum a cerimonijs ido-
lorum. ſed etiam ab omni ſuperſtitione
gentilium et auguriorum. omniumqȝ ſi-
gnorum et dierum ac temporum obſer-
uatione diſcedat. vel certe ne quorundā
verborum aut nominum coniecturis. q
ſinceritatem fidei noſtre polluunt impli-
cetur. Hac enim fornicatione etiam hie-
ruſalem dicitur conſtuprata. q fornicata
eſt in omni colle ſublimi. et ſub omni lig-
no frondoſo. Et quā dominus iterū in-
crepans per prophetam. Stent inquit
et ſaluēt te augures celi qui contēplabā-
tur ſidera. et ſupputabant menſes. vt ex
eis annunciarent ventura tibi. De qua
fornicatione et alibi arguens eos domi-
nus ait. Spūs fornicatōis decepit eos.
et fornicati ſunt a deo ſuo. Quiſqȝ vo

# De ſpiritali ſcientia

a gemina hac fornicatiōe diſceſſerit· habebit terciam quā deuitet· que in legl' et iudaiſmi ſuperſtitionib9 cōtinetur· De quib9 ap'lus· Dies inq̄t obſuatis ⁊ mēſes ⁊ tp̄a ⁊ annos. Et iter͛. Ne tetigeris neq꜔ guſtaueris neq꜔ ꝯtrectaueris· Que de ſuperſtitionib9 legis dicta eſſe nō dubiū ē· in q̄s ſi q̇s īciderit ꝓculdubio mechat9 a chriſto: ab ap'lo n̄ meret͛ audire· Deſpōdi·n· voſ vni viro ꝟginē caſtā exhibere chriſto· ⁊ illud ad eum q̄d ſeq̇tur voce eiuſdē apoſtoli diriget͛· Timeo āt ne ſicut ſ'pēs ſeduxit euā aſtutia ſua· ita corrūpant͛ ſenſus veſtri a ſimplicitate q̄ eſt in chriſto ieſu. Q̄ ſi immūdiciā hui9 q̄z fornicationis effugerit· habebit quartā q̄ heretici dogmatis adulterio perpet͛rat͛. De qua idē btūs ap'lus. Ego inq̇t ſcio· quia poſt diſceſſionē meā intrabūt lupi graues in vos· nō parcentes gregi· et ex vobis ip̄is ſurgēt viri loquētes peruerſa· vt abducant diſcipulos poſt ſe. Hanc etiā qui potuerit declinare caueat ne ſ'btiliore peccato ī fornicationis vitiū collabat͛· q̄ ſc3 in cogitationū peruagatione conſiſtit· q2 oīs cogitatio nō ſolū turpl' ſ3 etiā ocioſa· et a deo q̄ntulūcūq꜔ diſcedens· a perfecto viro immūndiſſima fornicatio deputatur.

## Interrogatio quō poſſit ad obliuionē ſecularīū carminū perueniri. Cap̄· xij.

Germanus. Ad h' ego occulta p̄mū cōpunctiōe permotus ac deinde grauiter ingemiſcēs· hec inquā oīa q̄ copioſiſſime digeſſiſti maiora mihi intulerūt deſperatiōis augmēta quā hactenus ſuſtinebā Quippe cui p̄ter illas generales aīe captiuitates· q̇bus nō dubito infirmos quoſq꜔ pulſari extrinſecus· ſp̄ale impedimentū ſalutis accedit· per illā quā tenuiter videor attigiſſe noticiā literar͛· in qua me ita vel inſtantia pedagogi· vel cōtinue lectionis macerauit intētio· vt nūc mēs mea poetic' velut illis infecta carminib9· illas fabularū nugas hiſtoriaſq꜔ bellor͛ qui-bus a paruulo primis ſtudior͛ imbuta eſt rudimētis· oratiōis etiā tp̄e meditet͛· pſallentiq꜔ vel p̄ peccatorū indulgentiā ſupplicanti· aut impudens poematū memoria ſuggeratur· aut quaſi bellantium heroū āte oculos imago verſet͛· taliūq꜔ me fantaſmatū imaginatio ſp̄ illudens ita mentē meā ad ſupernos intuit9 aſpirare nō patitur· vt quotidianis fletibus nō poſſit expelli·

## Reſponſio quo pacto memoriam eorum poſſimus abluere. Cap̄. xiij.

Neſteros. De hac ip̄a re vnde tibi purgatiōis maxima naſcitur deſperatio· citū ſatis atq꜔ efficax remediū poterit oboriri· ſi eandē diligentiā atq꜔ inſtantiā q̄z te in illis ſecularib9 ſtudijs habuiſſe dixiſti· ad ſpiritaliū ſcripturarū volueris lectionē meditationeq꜔ transferre. Neceſſe eſt enī mētē tuā tamdiu illis carminibus occupari· q̄zdiu ſibi aliqua q̄ intra ſemetipſam recolāt ſimili ſtudio ⁊ aſſiduitate conq̇rat· ac p̄ illis infructuoſis atq꜔ terrenis· ſpiritalia atq꜔ dīna pturiat· Que cū p̄funde alteq꜔ conceperit· atq꜔ in illis fuerit enutrita· vel expelli p̄ores ſenſi3 poterūt vel penitus aboleri. Vacare enī cunctis cogitationib9 hūana mēs nō poteſt· et ideo q̄zdiu ſp̄ualib9 ſtudijs non fuerit occupata· neceſſe eſt eā illis q̄ pridē didicit implicari. Q̄zdiu enī non habuerit q̄ recurrat· ⁊ indefeſſos exerceat motus· neceſſe eſt vt ad illa quib9 ab infantia ībuta eſt collabatur· eaq꜔ ſemp̄ reuoluat· q̄ longo vſu ac meditatiōe ꝯcepit. Vt igitur h' in te ſciā ſpiritalis perpetua ſoliditate roboret͛· nec ea iam tēporarie perfruaris· ſicut illi qui eā nō ſuo ſtudio· ſ3 aliena relatione ꝯtingunt· et velut aerio vt ita dixerim odore percipiūt· ſed vt ſenſibus tuis inuiſcerata quodāmodo ⁊ perſpecta atq꜔ palpata cōdatur· illud omī obſuantia cuſtodire te cōuenit· vt etiā ſi ea q̄ optime noſti· forte audieris in collatione p̄ferri· nō ex hoc q̄d tibi iam no-

ta ſint· aſpernanter faſtidioſeq; ſuſcipi-
as· ſed ea cordi tuo illa auiditate cōmen-
des· qua debent deſiderabilia ſalutis ver-
ba· vel auribus noſtris indeſinent' infun-
di· vel de noſtro ore iugiter proferri. Om-
nis eni adhibeat' ſanctarū rerum crebra
narratio· nunq̄ tamē aīe ſitim vere ſciē-
tie ſuſtincti· ſatietas generabit horrorē·
ſed ea quotidie velut noua ac deſidera-
ta ſucipiens· quanto frequentius hauſe-
rit· tanto auidius vel audiet vl' loquet'·
et confirmationem potius percepte ſciē-
tie ex eorū repetitione q̄ vllum ex frequē-
ti capiet collatione faſtidium. Euidens
nanq; eſt tepide ac ſuperbe mentis indi-
cium. ſi verborum ſalutarium medicinā·
q̄uis ſtudio nimie aſſiduitatis ingeſtā·
faſtidioſe negligēterq; ſuſcipiat· Anima
eni que in ſatietate eſt fami illudit· anie
aūt egenti etiā amara dulcia videntur.
Si itaq; hec diligenter excepta· et in re-
ceſſu mentis condita atq; indicta fuerit
taciturnitate ſignata· poſtea vt vina q̄-
dā ſuaue olētia ꝛ letificātia cor hoīs· cū
ſenſuū canicie ꝛ patiētie fuerit vetuſtate
decocta· cū magna ſui fragrātia de va-
ſe tui pectoris proferentur· et tanq̄ pe-
nis fons de experientie venis et irriguis
virtutum meatibus redundabunt· fluē-
taq; continua velut de quadam abyſſo
tui cordis effundent. Eueniet nanq; in
te illud qd̄ in prouerbijs ad illum dicit'·
qui hec opere ꝯſūmauit· Bibe aquas d̄
tuis vaſis et de puteorū tuorum fonte· ſu-
pereffluant tibi aque de tuo fonte· in tu-
as autē plateas pertrāſeant aque tue· ac
ſm yſaiā prophetam. eris quaſi ortus
irriguus· et ſicut fons aquarum cui⁹ nō
deficient aque et edificabuntur in te de-
ſerta a ſeculis· fundamēta generatiōis
et generatiōis ſuſcitabis· et vocaberis edi-
ficator ſepium· auertens ſemitas iniqui-
tatum. Illa etiam tibi beatitudo proue-
niet· quā idem propheta ꝓmittit· Et nō
faciet dn̄s auolare a te vltra doctorem
tuū· et erunt oculi tui videntes precepto-
rem tuū· et aures tue audient verbū poſt
tergum monentis. Hec via ambulate i
ea· neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram.
Atq; ita fiet vt non ſolum oīs directio
ac meditatio cordis tui· verumetiā cun-
cte euagationes atq; diſcurſus cogitati-
onum tuarum· ſint tibi diuine legis ſan-
cta ꝛ inceſſabilis ruminatio.

**Qd immūda anima neq; trade-
re neq; percipere poſſit ſcientiā
ſpiritalem. Cap. xiiij.**

Impoſſibile eſt autē hec ſicut p-
fati ſumus inexpertū quēquā
vel agnoſcere vel docere. Nam
qui ne ad percipiendum quidem capax
eſt quomodo erit idoneus ad tradēdū·
De quibus tamen etiam ſi aliquid doce-
re preſumpſerit· inefficax proculdubio et
inutilis vſq; ad aures tantummodo au-
dientium eius ſermo perueniet· cor autē
eorum penetrare nō poterit· inertia ope-
rum· ꝛ infructuoſitate ſue proditus va-
nitatis· quia non de theſauro bone ꝯſci-
tur conſcientie· ſed de inani iactantie p̄-
ſumptione. Impoſſibile nanq; eſt imun-
dam aīam quantalibet deſudauerit le-
ctionis inſtantia· adipiſci ſcientiam ſpi-
ritalē. Nemo enim in vas fetidū atq;
putridum ſiue corruptum· vngentū ali-
quod nobile· aut mel optimū· aut precio-
ſi quicq̄ liquoris infundit. Facilius eni
q̄uis odoratiſſimū mirrhū ſemel horrē-
dis imbuta fetoribus teſta cōtaminat·
q̄ vt aliquid ex eo ſuauitatis aut gratie
ipſa concipiat· quia multo citius mun-
da corrūpuntur q̄ corrupta mūdant'.
Ita igit' ꝛ vas pectoris nr̄i niſi ꝑus fuerit
ab omni fetidiſſima viciorum contagio-
ne purgatum· nō merebitur ſuſcipere il-
lud benedictionis vngentum. de quo di'
per ꝓphetam. Sicut vngentum in capi-
te quod deſcendit in barbam aaron· qd̄
deſcendit in oram veſtimenti eius· nec il-
lam ſcientiam ſpiritalē et eloquia ſcri-
pturarū que dulciora ſunt ſuper mel et
fauū impolluta ſeruabit. Que eni parti-
cipatio iuſticie cū iniquitate: Aut que
ſocietas luci cū tenebris: Que aūt ꝯuētio

chriſti ad belial.

## Obiectio de eo ꝙ multi imūdi ſcientiam habeant et ſancti nō habeāt. Cap̄.xv.

Germanus. Diffinitio iſta nequaꝗ̄ videtur nobis veritate
fulciri· aut probabili ratiōe ſb,
nixa. Cum eniȝ omnes qui fidem chriſti
aut nequaꝗ̄ ſuſcipiūt· aut ipia dogma,
tum prauitate corrumpunt· imnūdi cor,
dis eſſe manifeſtum ſit· quō multi iu,
deorum atqꝫ hereticorum· vel etiam ca,
tholicorum qui diuerſis vicijs inuolu͞u,
tur· perfectam ſcripturarum ſcientiaȝ cō,
ſecuti· de ſpiritalis doctrine magnitudīe
gloriantur· et econtra ſanctorum viroꝝ
innumera multitudo· quorū cor ab omi
peccatoruȝ contagione purgatū eſt· ſim
plicis fidei pietate contenta· profundi,
oris ſcientie ignorat archana Quemad
modū ergo ſtabit iſta ſententia. q̄ ſcienti
am ſpiritalem ſoli cordis tribuit purita
ti.

## Reſponſio ꝙ mali ſciam veram habere nō poſſunt. Cap̄.xvi.

Neſteros. Haud recte virtu,
tem diffinitionis explorat· qui
nō omnia diligenter plate ſen
tentie verba ppēdit. Prediximus nāqꝫ
huiuſmodi homines diſputandi tantū
habere peritiam ⁊ elocutionis ornatuȝ·
ceterum ſcripturarum venas· et archa,
na ſpiritalium ſenſuuȝ intrare nō poſſe.
Eteni vera ſciētia nō niſi a veris dei cul
toribus poſſidetur· quā is vtiqꝫ non ha
bet cui dicitur. Audi popule ſtulte q̄ nō
habes cor· qui habetis oculos ⁊ nō vide
tis· et aures et nō auditis. Et iterū. Q:
tu ſcientiam repuliſti· et ego repellam te·
ne mihi ſacerdotio fungaris. Cum eniȝ
in chriſto omnes thezauri ſapientie ⁊ ſci,
entie abſconditi eſſe dicantur· quomo,
do is qui chriſtum inuenire contempſit.
aut inuentū ſacrilego ore blaſfemat· aut
certe catholicam fidem immūdis operi,
bus polluit· veram ſcientiam aſſecutus
eſſe credendus eſt· Spiritus eni dei effu
giet fictum. nec habitabit in corpore ſub
dito peccatis. Nō ergo alias ad ſcienti,
am ſpiritalem niſi hoc ordine peruenit.
quem vnus prophetarum eleganter ex
preſſit d. Seminate vob ad iuſtitiā· me,
tite ſpeȝ vite. illuminate vobis lumē ſcīe
Primū ḡ ſeminādū nob ē ad iuſtitiā· h̄
eſt vt actualem perfectionē operibꝫ iuſti
ſpes propagem⁹· deinde metēda eſt nob
bis vite· id eſt virtutum ſpiritalium fru,
ctus· expulſione viciorum carnaliū con
gregandi· et ita illuminare nobis lumē
ſcientie poterimus. Quem ordinē etiaȝ
pſalmigraph⁹ tenere debere decernit di,
cens. Beati immaculati in via qui am,
bulāt in lege domini· beati qui ſcrutant
teſtimonia eius. Non eni prius dixit: be
ati qui ſcrutantur teſtimonia eius· ⁊ pt⁹
ea intulit· beati immaculati in via· ſ; p̄us
inquit· beati immaculati in via· per hoc
euidenter oſtendens neminē recte poſſe
ad perſcrutanda dei teſtimonia perue,
nire· niſi prius per actualem conuerſati
onem in via chriſti immaculatus icedat.
Hi ergo quos dixiſtis nō iſtā quā imū
di hr̄e non poſſunt ſed pſendonimon h̄
eſt falſi nominis ſcientiam poſſident· de
qua beatus Apl'us· o inquit thymotee
depoſitum cuſtodi· deuitans profanas
vocū nouitates· et oppoſitiones falſi no,
minis ſcīe· quod in greco dr̄· ta ſān theſe
iſtes pſeulonimi gnoſeuis· De iſti ergo
qui imaginem quādam ſcientie vident
acquirere· vel de his qui cū ſacroꝝ volu
minū lectioni ac memorie ſcripturarum
diligenter inſiſtant· carnalia tamē vicia
nō relinquūt· in prouerbijs eleganter ex
primitur. Sicut inauris aurea in nari,
bus ſuis· ita mulieris male morate ſpe,
cies. Quid eni prodeſt quempiam orna
mentū eloquiorum celeſtiū et illam preci,
oſiſſimā ſcripturarū ſpeciē conſequi· ſi
eam lutulentis operibus vel ſenſibꝫ in,
herendo quaſi immūdiſſimā terrā ſubi,
gendo confringat· aut cenoſis libidinuȝ
ſuarū polluat volutabris. Fiet enim vt
id qd̄ recte vtentibꝫ decori eſſe conſueuit

nō ſolū iſtos ornare nō poſſit· verūetiā maioris ceni colluuiō e ſordeſcat. Ex ore eñ peccatoris nō ē pulcra laudatio· Cui dicitur per ꝓphetam. Quare tu enarras iuſtitias meas. et aſſumis teſtamentum meū per os tuū? De huiuſmodi animabus. que nequaquā ſtabiliter timorem domini poſſidentes· de quo dicitur. timor domini diſciplina ⁊ ſapiā eſt· ſcripturarum acquirere ſenſum de ingi earū meditatione conantur· ſatis ꝓprie ī prouerbijs memoratur. Ut quid ſuerit diuitie inſipienti? Poſſidere enī ſapientiam excors nō poterit. Jntātū vero ab illa eruditione ſeculari q̄ carnaliū viciorū ſorde pollnitur· vera hec ⁊ ſpiritalis ſciētia ſēmouetur· vt eā in nonnullis elinguibꝫ ac pene illiteratis ſciamus nōnunq̄ mirabilit̄ viguiſſe· Qđ in aplīs multiſq̄ etiam ſanctis viris euidentiſſime cōprobatur· qui non inani ſoliorum dilatabantur luxuria· ſed veris ſpiritalis ſcientie fructibus curuabant̄. De quibus et in actibus apoſtolorū ſcriptū eſt· Uidentes aūt petri conſtantiā ⁊ iohannis· et cōperto qꝫ homines eſſent ſine literis ⁊ ideote admirabāt̄. Et idcirco ſi tibi cure eſt ad eius immarceſcibilem flagantiā peruenire· cunctis primū conatibꝫ elabora· vt a domino puritatē caſtitatis obtineas. Nullus enī in quo adhuc carnalium paſſionū ⁊ maxime fornicationis dominatur affectus· ſpiritalem poterit ſciētiam poſſidere. Jn corde enī bono requieſcet ſapientia· et qui timet deum inueniet ſcientiam cum iuſtitia. Hoc autem q̄ prediximus ordine ad ſpiritalem ſcientiam perueniri· etiam beatus Apoſtolus docet. Nam cum vniuerſarum virtutum ſuarum non ſolum catalogum texere· verūetiam ordinem earum vellet exponere. vt que quam ſequeretur· vel que quam parturiret exprimeret. poſt aliquāta intulit dicens. Jn vigilijs· in ieiunijs· in caſtitate· in ſciētia· in longanimitate· in ſuauitate· in ſpiritu ſancto· ī charitate nō ficta. Jn qua cōiugatione virtutum euidentiſſime nos voluit erudire de vigilijs atq̄ ieiunijs ad caſtitatem· de caſtitate ad ſcientiam· de ſcientia ad longanimitatem· de lōganimitate ad ſuauitatē· de ſuauitate ad ſpiritūſanctū· de ſpiritu ſancto ad charitatis non ficte premia peruenire. Cum igitur hac diſciplina atq̄ hoc ordine tu quoq̄ perueneris ad ſcientiam ſpiritalē· habebis proculdubio ſicut diximus· nec ſterilem· nec inertem· ſed viuā fructuoſamq̄ doctrinā· ſemēq̄ ſalutaris verbi· qđ cū a te fuerit audientiū cordibꝫ cōmendatū· ſubſequens ſpiritusſancti imber largiſſimus fecundabit· ac ſ̄m id quod pollicitus eſt ꝓpheta· dabitur pluuia ſemini tuo· vbicunq̄ ſeminaueris in terra· et panis frugum terre tue erit vberrimus et pinguis

## Quibus rō perfectionis debeat aperiri. Cap. xvij.

Cave etiam ne hec que tam lectione q̄ experientie ſudore didiceris· cū te etas maturior prouexerit ad docendum· vane glorie ſeduct⁹ amore· im mūdis hominibus paſſim ingeras· illudq̄ qđ ſapientiſſimus ſalomon interdixit incurras. Noli applicare īpiū ad paſcua iuſti· neq̄ ſeducaris ſaturitate ventris. Non enī expediunt ſtulto delicie· nec opus eſt ſapientia vbi deeſt ſenſus. Magis enī dicitur inſipientia· q̄a ſeruus durus nō emēdabitur verbꝫ. Si eñ ⁊ itellexerit nō obediet. Auribꝫ imprudentis noli quicq̄ dicere· ne forte irrideat ſapientes ſermones tuos. Et ne dederitiſ ſanctū canibus· neq̄ miſeritiſ margaritas veſtras ante porcos· ne forte cōculcent eas pedibꝫ ſuis· et ꝯuerſi dirūpant vos. Oportet itaq̄ vt huiuſmodi hominibus ſpiritaliū ſenſuū ꝯtegēs ſacramēta efficaciter canas. Jn corde meo abſcondi eloquia tua· vt nō peccem tibi. Sꝫ dicas forſitan. Et quibꝫ diuinarū ſcripturarū diſpēſanda ſunt ſacramēta? Docet te ſapiētiſſim⁹ ſalomon. Date inq̄t ebrietatem his qui in triſtitia ſunt· et vinum bibere his qui in doloribus ſunt· vt ob

liniſcantur paupertatis et dolo℞ ſuorū nō meminerint amplius·id eſt·his qui pro penitudine actuū priſtino℞ merore atqꝫ triſticia deprimūtur. ſpiritalis ſciēticie iocunditatē velut vinum qd̄ letificat cor hominis affluēter infundite·eoſqꝫ ſalutaris verbi crapula refouete·ne ſorte iugitate meroris·ac letali deſperatione demerſi·abundantiore abſorbeantur triſticia·qui eiuſmodi ſunt. De illis vero qui in tepore ac negligentia conſtituti·nullo cordis ſui dolore mordentur·ita dicitur. Nam qui ſuauis ꝛ ſine dolore eſt·in egeſtate erit. Quāta potes igit̄ cautiōe deuita·vt ne vane glorie amore detentus·illius quem propheta collaudat pn̄cepſ eſſe nō poſſis·qui pecuniam ſuam nō dedit ad vſuram. Omnis enī qui eloquia dei de quibus dicitur. eloquia domini eloquia caſta·argentum igne examinatum·probatū terre purgatū ſeptuplū·humane laudis amore diſpēſat· pecuniā ſuā erogat ad vſurā·nō ſolū nullā p̄ hoc laudē·ſed etiā ſupplicia meritur⁹. Ob hoc enī pecunias domini maluit pfligare·vt ex ea temporalem conſequeretur ipſe mercedem·non vt dn̄s ſicut ſcriptum eſt veniens·reciperet et quod ſuū eſt cum vſura.

## Quibus ꝺ cauſis ſpiritalis doctrina infructuoſa ſit. Cap̄. xviij

Duabus autem ex cauſis inefficacem ſpiritalium rerum ꝯſtat eſſe doctrinā. Nam aut ille q̄ docet inexperta cōmendans·vano verborum ſono inſtruere nititur auditorē·aut certe neqꝫ ac vicijs refertus auditor·ſalutarē ſpiritalis viri ſanctamqꝫ doctrinam obturato corde nō recipit. De quibus dicitur per prophetam. Excecatū eſt enī cor populi hui⁹·ꝛ auribꝰ grauiter audierunt·et oculos ſuos concluſerunt·neqn̄ videant oculis ſuis·ꝛ auribꝰ ſuis audiant·ꝛ corde intelligant·et conuertātur et ſanem illos.

## Q plerūqꝫ etiā īdigni gratiā ſalutiferi ſmonis accipiāt. Ca. xix

Nonnūqꝫ tamen diſpenſatoris noſtri dei qui omnes homines vult ſaluos fieri·et ad agnitionē veritatꝭ venire·munifica liberalitate conceditur·vt is qui indignum ſe predicationi euangelice reprehenſibili conuerſatione prebuit·pro ſalute multorū ſpiritalis doctrine gratiam ꝯſequat̄. Quibus autem modis etiā cariſmata curationum ad expellendos demones a dn̄o concedātur·conſequens eſt vt ſimili diſputatione pandamus·q̄ꝫ conſurgentes ad refectionē in veſperā reſeruemus·q̄a efficacius ſemper corde concipitur·quicquid ſenſim ꝛ abſqꝫ nimio labore corporis intimatur.

## Explicit collatio prima abbatiſ neſterotis ꝺ ſpiritali ſciētia. Incipiūt capitula ſecūde collatōiſ eiuſdem abbatis de cariſmatibus diuinis· Cap. i.

Diſputatio abbatꝭ neſterotis ꝺ tripartita cariſmatum ratione
ij In q̄ quis ſanctos viros debeat admirari.
iij De ſuſcitato mortuo ab Abbate machario.
iiij De miraculo quod abbas abraham in mulieris fecit vberibus.
v De claudi cuiuſdam curatione·quā idem eſt operatus.
vi Q̄ meritum vniuſcuiuſqꝫ nō ex ſignis debeat eſtimari.
vij Q̄ cariſmatum virtus nō in mirabilibus·ſꝫ in humilitate conſiſtat·
viij Q̄ mirabili⁹ ſit ꝺ ſemetipſo vicia q̄ꝫ ꝺ altero demones extruſiſſe.
ix Q̄ tātū precellat vite probitas, opera ſignorum.
x Reuelatio ꝺ perfecte caſtitatis experimēto.

Expliciūt capitula.

**Incipit collatio ſecunda abbatis neſterotis de cariſmatibus diuinis. Cap. i.**

Poſt ſina
xim veſpertinā ad
repromiſſam narra
tionē intenti pſia
thijs pariť ex more
cõſedim⁹ Cũq; ſilẽ
tium aliquantiſper pro ſenis reuerentia
preberemus taciturnitatem vercundie
noſtre tali preuenit eloq̃o. Uſq; ad ſpi
ritaliũ rationem cariſmatum proferen
dam precedens diſputatiõis ordo pue
nerat quã tripartitam eſſe maiorũ tra
ditione percepimus. Prima ſiquidem
curationũ cauſa eſt cum pro merito ſan
ctitatis electos quoſq; ac iuſtos viros ſi
gnorũ gratia comitať ſicut apoſtolos
multoſq; ſanctorum ſigna ac prodigia
ſcḋm auctoritatem dñi feciſſe manifeſtum
eſt ita dicentis Infirmos curate mortu
os ſuſcitate leproſos mũdate demones
eijcite gratis accepiſtis gratis date. Se
cunda cum ob edificationẽ eccleſie vel
eorum qui infirmos ſuos ingerũt vel eo
rum qui curandi ſunt fidem ſanitatum
virtus etiam a peccatoribus indigniſq;
procedit De quibus ſaluator in euãge
lio. Multi inquit dicẽt mihi in illa die
dñe dñe nõne ĩ noĩe tuo ꝓphetauim⁹ et
ĩ noĩe tuo demonia eiecim⁹ ⁊ in tuo noĩe
virtutes multas fecimus et tũc confite
bor illis quia nunq̃ noui vos Diſcedi
te a me operarij iniquitatis. Et econtra
rio ſi offerentiũ vł infirmorũ deſit fides
etiã illos q̇bus curationũ dona collata
ſunt ñ ſinit ſanitatũ exercere ỽtutẽ. De
qua re lucas euangeliſta. Et nõ poterat
inquit ieſus facere inter eos virtutes ꝓ
pter incredulitatem illorꝫ. Unde idem
dñs. Multi inquit leproſi erant in iſra
hel ſub heliſeo propheta et nemo eorum
mundatus eſt: niſi naaman ſyrus. Ter
tius curationũ modus etiam colluſio
demonum ac factione ſimulatur vt dũ
homo manifeſtis criminibus obligatus
ꝓpter admirationẽ ſignorũ ſanctus ac
dei famulus creditur etiam vicio ꝑ eius
emulatio ſuadeatur et per hoc obtrecta
tionis aditu reſerato etiã religionis ſan
ctitas infametur vel certe vt is qui cura
tionũ dona habere ſe credit per ſuperbi
am cordis elatus grauius elidatur. In
de eſt q̃ inuocãtes eorũ nomina quos
nulla merita ſanctitatis nec vllos ſpiri
tales fructus habere cognoſcunt vri ſe
eorum meritis ac de obſeſſis ſimulãt cor
poribus effugari De quibus in deutero
nomio. Si ſurrexerit ĩquit in medio tui
propheta aut qui ſomniũ ſe vidiſſe di
cat et predixerit ſignũ atq; portentum ⁊
euenerit qḋ locutus eſt, et dixerit tibi, ea
mus et ſequamur deos alienos q̊s igno
ras et ſeruiamus eis non audias verba
prophete illius aut ſomniatoris q: tem
ptat vos dominus deus vr̃ vt palã fiat
vtrũ diligatis eum an nõ in toto corde
et in tota anima veſtra. Et in euangelio
Exurgent inquit pſeudo chriſti et pſeu
do prophete ⁊ dabunt ſigna magna et
ꝓdigia ita vt in errorem inducãtur ſi fie
ri poteſt etiam electi.

**In quo quis ſanctos viros debeat admirari. Cap. ij.**

Quapropter nũq̃ debem⁹ eos q̇ hẽ
affectãt in his virtutibꝫ admi
rari ſꝫ potius intueri vtrũ vici
orũ oĩm expulſione et morꝝ emẽdatione
perfecti ſint. Qḋ vtiq; nõ pro alterius fi
de aut diuerſitate cauſarũ ſed pro vni⁹
cuiuſq; ſtudio dei gratia diſpenſante cõ
ceditur. Hec nanq; eſt actualis ſcientia
que alio vocabulo charitas ab apoſto
lo nũcupať et vniũſis linguis hominũ
et ãgelorꝫ et plenitudini fidei q̃ etiã mõ
tes trãſferat et oĩ̃i ſcientie ac ꝓphetie
et erogationi oĩm facultatũ ipiq; poſtre
mo glorioſo martirio apoſtolica aucto
ritate prefertur. Nam cuꝫ dinumeraſſet
vniuerſa cariſmatũ genera atq; dixiſſet
Alij datur per ſpiritum ſermo ſapie alij
ſermo ſcie alij fides alij grã ſanitatũ alij

operatio virtutũ· ⁊ reliqua· de charitate
dicturis· queadmodum eam cunctis p̄
tulerit cariſmatibus paucis aduertite.
Et adhuc inquit ſupra modũ excellenti
orem vobis viam demõſtro. Per quod
euidẽter oſtenditur perfectionis ac beati
tudinis ſummã· nõ in illorũ mirabiliuȝ
operatione· ſed in charitatis puritate con
ſiſtere. Nec immerito. Omia enĩ illa eua
cuãda ac deſtruẽda ſunt· charitas vero
perpetuo permanſura. Ideoq̄ꝫ a patribꝫ
noſtris opera iſta ſignorũ nequaq̄ꝫ vidi
mus affectata· quinimo cuȝ ea ſpiritus
ſancti gratia poſſiderent· nunq̄ꝫ exercere
voluerunt· niſi forte extrema illos ⁊ ine
uitabilis neceſſitas coartaſſet.

## De ſuſcitato mortuo ab Abbate machario. Cap. iiij.

SIcut ⁊ ab abbate machario q̄
habitationẽ ſchytiotice ſolitu
dinis primus inuenit· mortuũ
ſuſcitatũ eſſe reminiſcimur. Nam cũ he
reticus quidam qui eunomi perfidiam
ſectabatur· ſinceritatẽ catholice fidei ar
te dyaletica ſubuertere conaretur· mag
nãq̄ꝫ iã hoĩm multitudinẽ iã decepiſſet·
rogatus a catholicis viris qui ruina tã
te ſubuerſionis grauiſſime mouebãtur
beatus macharius· vt ſimplicitatẽ totꝰ
egipti ab infidelitatis naufragio libera
ret· aduenit. Quem cũ hereticus arte di
aletica fuiſſet aggreſſꝰ· ⁊ ad ariſtotelicas
ignorantẽ ſpinas vellet abducere· beatꝰ
Macharius apoſtolica multiloquium
eius breuitate concludens· non eſt inq̄t
in verbo regnum dei. ſed in virtute. Ea
mus igitur ad ſepulchra· et nomẽ dñi ſu
per mortuũ qui primus inuentus fuerit
inuocemꝰ· ac ſic̄ ſcriptũ eſt· oſtẽdamꝰ ex
opibꝫ fideȝ nr̄aȝ· vt manifeſtiſſime recte
fidei documẽta eius teſtimonio declarẽ
tur· et perſpicuã veritatẽ nõ inani diſpu
tatione verboꝝ ſed virtute ſignorũ· et il
lo qd̄ nõ poteſt falli iudicio cõprobemꝰ.
Quo audito· hereticus corã circũſtanti
plebe pudore conſtrictus· cuȝ ad pñs ꝑ
here ſe conditiõi ꝓpoſite ſimulaſſet aſſẽſuȝ
ſeq̄ꝫ affuturum in craſtinũ ꝓmiſiſſet. po
ſtero die expectantibꝫ vniuerſis qui ſtu
dioſius ad condictũ locũ ſpectaculi hu
ius cupiditate cõfluxerũt· exterritus cõ
ſcientia ſue infidelitatis aufugit· ac ꝓti
nus ab vniuerſa egypto tranſmigrauit.
Quẽ cuȝ beatus macharius vſq̄ꝫ ad ho
ram nonã cuȝ ꝑplis preſtolatus pro ſua
conſcientia declinaſſe vidiſſet· aſſumẽs
plebẽ q̄ ab illo fuerat deprauata· ad cõ
dicta ſepulchra perrexit. Hũc autẽ egy
ptijs morẽ nili fluminis inuexit aluꝰ· vt
q̄m vniuerſa illius latitudo terre· inſtar
immẽſi pelagi· nõ paruo anni tpe ſolita
aquarũ eruptiõe cõtegitur· ita vt nulla
tũc cuiq̄ꝫ humãdi copia humani corpo
ris tribuat· niſi poſt tranſuectionem de
curſam· corpora mortuorum pigmen
tis condita redolentibꝫ· in editioribꝫ cel
lulis recondantur. Nam madens ebrie
tate contigua terre illius ſolũ humandi
arcet officiũ. Si qua enĩ cadauera defoſ
ſa ſuſceperit· euomere ad ſuperficiẽ ſuã
inũdationũ nimietate cõpellitur. Cum
igitur antiquiſſimo cuidaȝ cadaueri be
atus macharius aſtitiſſet ait. O homo ĩ
quit· ſi veniſſet huc mecum hereticus ille
filius perditionis· et aſtante ipo nomen
chriſti dei mei inuocãs exclamaſſeȝ· vtrũ
ne corã his qui pene eius fuerant fraude
ſubuerſi· ſurrecturus fuiſſes edicito. Tũ
ille conſurgens· annuentis voce reſpon
dit. Quẽ interrogans abbas machariꝰ
quid nã fuiſſet aliquãdo cũ frueretꝰ hac
vita· vel qua hominũ fuiſſet etate· aut ſi
nomẽ chriſti tũc tpis cõgnouiſſet. ille ſe
ſub antiquiſſimis regibus vixiſſe reſpõ
dit· chriſtiq̄ꝫ nomẽ aſſeruit illis ſe nec au
diſſe tẽporibus. Cui rurſus abbas ma
charius. Dormi inquit in pace· cũ ceteris
in tuo ordine a chriſto in fine tempoꝝ ſu
ſcitandus. Hec igitur eius ꝟtus et gra
tia q̄ꝫtũ in ipo fuit ſemper fortaſſe latuiſ
ſet· niſi eum neceſſitas totius prouincie
periclitantis· et erga chriſtum plenã de
uotio amorq̄ꝫ ſincerus· iſtud exercerẽ mi
raculum cõpuliſſet. Qd̄ vtiq̄ꝫ vt ab eo

fieret non oſtentatio glorię ſed charitas chriſti ⁊ totius plebis extorſit vtilitas. vt beatum quoq; heliā feciſſe regnorū lectio manifeſtat. qui ignem de celo ſuper hoſtias impoſitas pire. pię idcirco deſcendere poſtulauit. vt periclitantē pſeudo prophetarum preſtigijs fidem totius populi liberaret.

**De miraculo qđ abbas abrahā in mulieris fecit vberibus Cap. iiij.**

Quid ſi etiam abbatis Abrahe geſta commemorem. qui pais. id eſt. ſimplex pro ſimplicitate morum et innocentia cognominatur. Qui cum metendi gratia ad egyptū de heremo diebus quinquageſime perrexiſſet. et a muliere quadam paruulum ſuū lactis inopia iam tabidum atq; seminecem preferente lachrymoſis precib; fuiſſet obſtrictus. calicem ei aquę potandū impreſſo crucis ſignaculo dedit. cuius hauſtu. confeſtim miruz in modum. arida iam penitus vbera copia lactis redūdante confluxerunt.

**De claudi cuiuſdam curatione quā idem eſt operatus. Cap. v.**

Tel cū idem ipſe pgēs ad vicum circundatus eſt illudentiū turbis. qui ſubſannantes oſtendebant ei quendam hominem cōtracto genu. multis iam annis greſſus officio deſtitutum. et antiqua debilitate reptantē. ac temptantes eum. oſtende aiebant abba abraham ſi ſeruus es dei. et reſtitue hunc priſtine ſanitati vt nomen chriſti quem colis vanum non eſſe credamus. Tunc ille confeſtim inuocato chriſti nomine. inclinās ſe. ⁊ apprehendens aridū pedem hominis traxit. cuius tactu continuo ſiccum genu incuruumq; directū eſt. ac recepto vſu greſſuum quem obliuioni iam tradiderat annoſa debilitas. letus abſceſſit.

**Q meritum vniuſcuiuſq; nō ex ſignis debeat eſtimari. Cap. vi**

Hi itaq; viri nihil ſibi pro taliū mirabilium virtute donabāt. quia non hec ſuo merito agi. ſ dñi miſcđia fatebantur. apoſtolicis verbis in admiratione ſignorum humanā gloriam refutantes. Viri fratres inquiunt. quid admiramini in hoc. aut nos quid intuemini. quaſi nr̄a vtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare. Nec quemq; in donis ac mirabilibus dei. ſ; potius ex proprijs virtutū fructibus predicandum eſſe cenſebant. qui induſtria mentis et operum virtute generantur. Plerumq; enim vt ſupra iam dictum ē homines mente corrupti. reprobi circa fidem. in nomīe domini et demonia expellunt. et virtutes maximas operant᷑. De quibus cum apoſtoli cauſarentur ⁊ dicerent. preceptor. vidimus quendam in nomine tuo eijcientem demonia. et prohibuimus eum. quia nō ſequitur nobiſcum. licet eiſdem ad preſens reſponderit chriſtus. nolite prohibere. qui enim non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. tamen eis in fine dicentibus. domine domine. nōne in nomine tuo prophetauimus. et in tuo nomine demonia eiecimus. et in tuo nomine virtutes multas fecimus. reſponſurum ſeeſſe teſtatur. quia nunq; noui vos. diſcedite a me operarij iniquitatis. Et idcirco etiā iſtos quib; hāc gloriam ſignorum atq; virtutum pro merito ſanctitatis ipſe conceſſit. ne in his extollantur admonet dicens. Nolite gaudere quia demonia vobis ſubijciūtur. gaudete autem. quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis.

**Q carisṁatum virtus nō in mirabilibus ſed in humilitate conſiſtat. Cap. vij.**

Deniq; ipſe auctor ſignorū omnium atq; virtutū. cum ad doctrine ſue magiſterium diſcipulos aduocaret. quid ab eo veri atq; electiſſimi ſectatores peculiariter diſcere deberent. euidenter oſtēdit. Venite inquit

et diſcite a me·nõ vtiqꝫ vt demones cę-
leſti ptãte pellatis·non vt leproſos emũ-
detis·nõ vt cecos illuminetis·nõ vt mor-
tuos ſuſcitetis. Hec enim etiã ſi ꝑ q̊ſdã
ſeruos meos operor·non poteſt ſe inſere-
re laudibus dei humana conditio·nec
vllam ſibi in hoc miniſter et famulus de-
cerpere portionem· vbi ſolius diuinitatꝭ
eſt gloria. Vos autem inquit hoc diſcite
a me quia mitis ſum et humilis corde.
Hoc enĩ eſt qđ cunctis generaliter diſce-
re ⁊ exercere poſſibile eſt·opera autẽ ſig-
norũ atqꝫ ꝟtutum nec ſꝑ neccĩa·nec oĩbꝫ
cõmoda·nec omnibꝫ cõcedunt̃. Humi-
litas eſt ergo omniũ magiſtra virtutũ·
ipa eſt celeſtis edificij firmiſſimũ funda-
mentum·ipa eſt donum proprium atqꝫ
magnificũ ſaluatoris. Iſta etenĩ vniu̾-
ſa miracula que chriſtus operatus eſt·ſi-
ne periculo elationis exercet·qui mitem
dominũ·nõ ſublimitate ſignorum ſꝫ pa-
tientię atqꝫ humilitatis virtute ſectat̃.
Qui vero immũdis ſpiritibus impera-
re. aut languentibus ſanitatũ dona cõ-
ferre·aut aliquod ſignũ mirabile popul'
geſtit oſtendere·quãuis in oſtentationi-
bus ſuis chriſti inuocet nomẽ·tamẽ alie-
nus a chriſto eſt·quia humilitatis magi-
ſtrum ſuperba mente nõ ſequitur. Nã
etiã cũ ad patrẽ remeãs quoddã vt ita
dixerim conderet teſtamentũ·hoc diſci-
pulis dereliq̇t. Mãdatũ inq̇t nouũ do
vobis vt diligatꝭ inuicẽ ſicut dilexi vos
vt et vos diligatis inuicem. Statimqꝫ
ſubiunxit. In hoc cognoſcẽt oẽs qꝛ mei
eſtis diſcipuli·ſi dilectionẽ habueritꝭ ad
inuicem· Non ait. ſi ſigna atqꝫ virtutes
ſimiliter feceritis·ſed ſi dignã dilectiõeꝫ
inuicem habueritis. q̈m certũ eſt niſi mi-
tes atqꝫ hũiles ꝑuare nõ poſſe. Quapꝓpt̃
nũqꝫ monachos ꝓbos nec morbo ceno-
doxię vacuos noſtri maiores eſſe dixerũt·
qui ſemetipos exorciſtas corã homibꝫ ꝓ-
fitentur·et inter admirantiũ turbas hãc
q̈m vel meruerũt vel preſumpſerũt grãꝫ
iactantiſſima oſtentatiõe diffamãt. Sꝫ
incaſſum. Qui enim innititur mẽdacijs
hic paſcet ventos·idem autẽ ipẽ ſeq̇tur
aues volantes. Sine dubio enĩ eueniet
eis illud quod in prouerbijs dicitur. Si-
cut venti et nubes ⁊ pluuię manifeſtiſſi-
me ſũt·ita qui gloriãtur in dato falſo.
Et ideo ſi quis coram nobis hoꝝ aliq̇d
fecerit·nõ de ãmiratione ſignorum·ſꝫ de
ornatu morum debet apud nos eſſe lau-
dabilis· nec vtrum demonia ei ſubiecta
ſint·ſed vtrum charitatis membra q̄ de-
ſcribit apoſtolus poſſideat inquirendũ.

## Q̈ mirabilius ſit de ſemetipſo vicia qꝫ đ altero demones extru-ſiſſe. Cap̄. viij.

Treuera maius miraculum ẽ
de propria carne fomitem luxu-
rię eradicare· qꝫ expellere imun-
dos ſpiritus đ corporibus alienis· ⁊ ma-
gnificentius ſignum eſt virtute patiẽtię
truculentos motus iracũdie cohibere·qꝫ
aereis principatibꝰ imperare·pluſqꝫ eſt
excluſiſſe edaciſſimos de corde proprio
triſtitie morbos· qꝫ valitudines alterius
febreſqꝫ corporeas expuliſſe. Poſtremo
multis modis preclarior virtus ſublimi-
orqꝫ profectus eſt·anime proprie curare
languores· qꝫ corporis alieni. Quanto
enĩ hec ſublimior carne eſt·tanto preſtã-
tior eius eſt ſalus·quantoqꝫ precioſior̃
excellentiorisqꝫ eſt ſubſtantię·tanto gra-
uioris ac pernicioſioris eſt et ruine.

## Quantum precellat vite probitas opera ſignorum. Cap̄. ix.

Et de illis quidem curationibꝫ
ita beatiſſimis apl̃is dr̃. No-
lite gaudere quia demonia vo-
bis ſubijciuntur. Hoc enĩ faciebat nõ
eorum poteſtas·ſed virtus dominici no-
minis inuocati·et idcirco monẽtur·vt ex
hac parte nihil ſibi beatitudiniſ aut glo-
rię audeant vendicare· que dei tantum
potentia ac virtute perficitur· ſed ex illa
vite ſuę cordiſqꝫ intima puritate· ob q̈m
nomina eorum inſcribi merẽtur in celis.

**Reuelatio d' perfecte caſtitatis experimento. Cap.x.**

exēplū de abbate pafū tio

Et vt hocipſum quod diximus vel teſtimonijs veterꝝ vel diuinis oracul' approbem⁹. q̄d beatus Pafunti⁹ vl' d' admiratiōe ſignꝝ· vel de grā ſenſerit puritatis· īmmo quid āgeli reuelatiōne cognouerit· ipi⁹ verbis atq₃ experimenti s rectitis proferemus. Hic nanq₃ ita niultis vigeus annis diſtricti one precipua· vt crederet ſeetiani carna lis cōcu piſcentie laqueis penitus abſo/ lutū· co ꝙ cunctis infeſtationibus demo num· quibus diu aperteq₃ conflixerat· ſuperiorem ſe factū eſſe ſentiret· dum ad uenientibus viris ſanctis pulmentū len ticuleq₃ d' illi athꝛran nomināt preparet· manus eius in clibano vt aſſolet flāma ſuperuolitāte combuſta eſt. Quo facto triſtificatus magnū immodū cepit ſecuz tacitus voluere· cur ignis inquiēs mecū nō habet pacē: cum duriora mibi demo nū ceſſerint prelia: aut quēadmodū me ī illo metuendo examinis die per ſe tran ſiturū ille ignis inextinguibilis· et inqui ſitoꝛ meritoꝝ omniū nō tenebit· cui nūc extrinſecus hic temporalis ac paruul⁹ ñ pepercit: Cunq₃ eſtuanti huiuſcemodi cogitationibus atq₃ triſtitia ſopoꝛ ſubi tus obrepſiſſet· adueniēs angelus dn̄i· cur inquit pafunti triſtis es· q̄d nec du₃ pacatus tibi ſit ignis iſte terrenus· cū ad huc reſideat in mēbris tuis carnalium motuū necdum purū excocta cōmotio: Cuius radices donec in tuis viuūt me dullis· ignē iſtum materialē nequaq₃ ti bi pacificū eſſe permittēt. Quē vtiq₃ in noxiū alias ſentire nō poteris· niſi oīnes internos motus his indicijs in temetip ſo experiaris extinctos. Uade ⁊ apprehē de nudam et pulcherrimā virginē· et ſi il lam tenens· tranquillitatem tui cordis ī mobilem· eſtuſq₃ carnales pacificos ī te ſenſeris perduraſſe· huius quoq₃ viſibi lis flāme mitis atq₃ innoxius in modū illoꝝ triū ī babilonia pueroꝝ te allābet· attact⁹. Itaq₃ ſenex ex huiuſmodi reuela tiōe perculſus· nō quidem experimēti di uinitus demonſtrati pericula conſuluit ſz interrogans pſcientiā ſuam· ⁊ purita tem ſui cordis examinās· nec adhuc pō dus caſtimonie ſue huius probationis ponderi cōpenſare coniectans· nō mirū eſt ait· ſi cedentibus mihi immūdoꝝ ſpi rituū prelijs· aduſtiones ignis quas di riſſimis cōgreſſibus demonū inferiores eſſe credebam· adhuc aduerſum me ſen ſerim ſeuientes. Maioꝛ quippe eſt virtus ac ſublimioꝛ gratia· internā libidinē car nis extinguere· ꝙ̄ nequitias demonū ex trinſecus irruentes· ſigno dn̄i ac virtute altiſſime potentia ſubiugare· vel de ob ſeſſis corpoꝛibus noīs diuini inuocatio ne expellere. Hucuſq₃ abbas neſteros· oratiōnē de vera cariſmatū operatione pſummās· nos ad cellam ſenis ioſeph q̄ ſex ferme milibus ab ipō aberat prope rantes· doctrinę ſuę inſtitutione proſe ſecutus eſt.

**Explicit collatio ſecunda abbatis neſterotis de cariſmatibus diuinis. Incipiūt capitula collationis prime abbatis ioſeph de amicicia. Cap.i.**

Quid a nobis abbas Joſeph p̄mitus inquiſierit.
ij Diſputatio eiuſdem ſenis de infido amiciciarum genere.
iij Unde indiſſolubilis amicicia ſit.
iiij Interrogatio vtrum vtile aliq̄d etiā contra votum fratris effici debeat.
v Reſpōſio ꝙ perpetua amicicia niſi inter perfectos ſtare ñ poſſit
vi Quibus modis inuiolablis poſſit ſocietas retentari.
vij Qꝫ nihil charitati preponendu₃ ſit· nec iracūdie poſtponendū.
viij Quibus de cauſis inter ſpiritales naſcatur diſſenſio.

ix De amputandis etiam ſpiritalibus cauſis diſcordiarum.
x De optimo examine veritatis.
xi Quod impoſſibile ſit quẽquã qͥ proprio fidit iudicio diaboli illuſione nõ decipi.
xij Qm ob cauſam nõ debeant inferiores in collatione contemni.
xiij Quod charitas nõ ſolum res dei· ſꝫ etiam deus ſit.
xiiij De gradibus charitatis.
xv De his qui vel ſuam vel fratrum cõmotionẽ diſſimulatione corroborant.
xvi De eo quod ſi frater aduerſum nos aliquid habeat ſimultatis· munera orationũ noſtraruꝫ a dño reſpuantur.
xvij De his qui patientiaꝫ ſecularibꝰ magis putãt impendendaꝫ eſſe qꝫ fratribus.
xviij De his qui patientiã mentiẽtes ad iracundiam fratres ſilentio accendunt.
xix De his qͥ ex indignatiõe ieiunãt
xx De quorundam ſimulata patiẽtia qui maxillam verberandam alterã ingerunt.
xxi Interrogatio quẽadmodũ chriſti mãdatis obtẽperãtes euãgelica perfectione fraudentur.
xxij Reſponſio quod chriſtus nõ ſolum facti ſed etiam voluntatis inſpector ſit.
xxiij Quod ille ſit fortis ⁊ ſanus qͥ ſuccũbit alterius voluntati.
xxiiij Quod infirmi iniurioſi ſint ⁊ iniurias ferre nõ poſſint.
xxv Interrogatio quomodo fortis ſit qͥ nõ ſp̄ ſuſtentat infirmũ.
xxvi Reſponſio quod infirmus non ſe ſinat ſuſtentari.
xxvij Quemadmodum ſit iracundia cõprimenda.
xxviij Amicicias coniuratiõe initas firmas eſſe non poſſe.


Expliciũt capitula.

Incipit collatio prima Abbatis Ioſeph de amicicia. Cap. i.

BEatus ioſeph cuiꝰ nũc inſtituta ac precepta pandẽda ſunt· vnus ex tribus quorum in prima collatiõe fecimus mentionem· clare admodum familie· ac primarius ciuitatis ſue intẽ egyptũ fuit q̃ appellatᷣ thyinnis· et ita nõ ſolum egyptia· ſed etiam greca facundia diligenter edoctus· vt vel nobis vel his qͥ eloquentiam penitus ignorabant· non vt ceteri per interpretem· ſed per ſemetipſum elegantiſſime diſputaret· Qui cum inſtitutionem ſuam nos deſiderare ſenſiſſet· percontatus primũ· vtrum nã eſſemus germani fratres· audienſqꝫ a nobꝭ quod non carnali ſed ſpiritali eſſemus fraternitate deuincti· noſqꝫ ab exordio renunciationis noſtre· taꝫ i peregrinatiõe que ab vtroqꝫ noſtrum fuerat obtentu militie ſpiritalis arrepta· qꝫ i cenobij ſtudio indiuidua ſemper ꝯiunctione ſociatos· tali vſus eſt ſermonis exordio.

Diſputatio eiuſdem ſenis de infido amiciciarũ genere. Cap. ij.

AMiciciarum ac ſodalitatis multa ſunt genera· que diuerſis modis humanũ genus dilectiõis ſocietate connectunt. Quoſdam enĩ precedens cõmendatio· primũ noticie· poſt etiaꝫ amicicie fecit inire cõmertia. In qͥbuſdam vero contractus quidã ſeu dati accepti vel depactio· charitatꝭ federa copulauit Quoſdã negociatiõis ſeu militie vel artis ac ſtudij ſimilitudo atqꝫ cõmunio amiciciarum vinculis nexuerũt· per quam ita etiaꝫ effera ſibi inuiceꝫ corda manſueſcunt· vt etiaꝫ hi qui in ſiluis ac montibus latrocinijs gaudent· et effuſione hũani ſanguinis delectantur· ſuorum ſcelerum participes amplectantur ac foueant. Eſt etiam dilectiõis aliud genus

qđ inſtictu nature ipi⁹ ꝛ ꝯſanguinitatꝪ
lege connectitur· qua vel contribules vł
coniuges· vel parentes ſeu fratres· ac fi-
lij· naturaliter ceteris preferūtur· quod
non ſolum humano generi· verumetiaꝫ
oībꝫ alitibus atqꝫ aiantibꝫ ineſſe depre
hendituur. Nam pullos vel catulos ſu-
os naturali affectu inſtigante ſic ꝓtegūt
ac defendūt· vt frequēter ꝓ ipis etiā obij
cere ſe ꝑicul' mortiqꝫ ñ metuāt. Deniqꝫ
etiā illa beſtiaꝝ vł ſerpentiuꝫ vel alitum
genera· que intolerabilis feritas ac leta
le virus ab oībus ſeparata eē cernit· vt
ſūt baſiliſci vł monocerotes vł griphes·
cum etiam viſu ipſo cunctis perniciosa
eſſe dicantur· inter ſe tamē pro originis
ipſius affectioniſqꝫ conſorti'o pacata et
innoxia perſeuerant. Sed hec omnia q̄
diximꝰ genera charitatis ſicut malis ac
bonis· feris etiam atqꝫ ſerpentibus vide
mus eſſe cōmunia· ita etiam vſqꝫ in finē
certum eſt perſeuerare non poſſe. Eteniꝫ
interrūpit ea frequenter ac diuidit loco
rum diſcretio· et obliuio temporalis· et
verbi vel cauſe negociorūqꝫ contractus·
Utenim ex diuerſis· vel lucri· vel libidi-
nis· vel conſanguinitatis· ac neceſſitudi-
nū variarum ſocietatibꝫ acquiri ſolent:
ita intercedente qualibet diuorcij occaſi-
one ſoluūtur.

## Unde indiſſolubilis amicicia ſit Cap. iij.

In his igitur cunctis vnuꝫ ge
nus eſt inſolubile charitatꝪ· qđ
nec cōmendationis gratia· nec
officij vel munerū magnitudo contrac-
tuſqꝫ cuiuſqꝫ rō· vł nature neceſſitas iūgit ſꝫ
ſola ſimilitudo ꝟtutū. Hec inqꝫ ē que
nullis vnqꝫ caſibꝫ ſcinditur· quam nō
ſolū diſſociare vel delere locoꝝ vel tēpo-
rum interualla nō preualent· ſꝫ ne mors
quidem ipa diuellit. Hec eſt vera et īdi
rupta dilectio· que gemina amicoꝝ ꝑ
fectione ac virtute concreſcit. Cuius ſe-
mel initum ſedus· nec deſideriorum va
rietas· nec contētioſa dirūpet contrarie-
tas voluntatum. Ceterum multos no-
uimus in hoc ꝓpoſito conſtitutos· q cuꝫ
ꝓ charitate chriſti flagrantiſſima eſſent
ſoliditate deuicti· non perpetuo eam· nc
indirupte ſeruare potuerunt. quia licet
bono ſocietatꝪ principio niterētur· nō tñ
vno nec pari ſtudio arreptuꝫ propoſitū
tenuerūt· fuitqꝫ inter eos quedam tpal'
affectio· quia non eq̄li vtriuſqꝫ virtute·
ſꝫ vnius patiā fuabat'. Que quāuis ab
vno magnanimiter atqꝫ infatigabiliter
retentetur· neceſſe eſt tamen eam alteriuſ
puſillanimitate dirūpi. Infirmitates
namqꝫ eorum qui tepidius perfectionis
expetunt ſanitatem· quantalibet fortiuꝫ
tolerantia ſuſtentētur· ab ipis tamen q
infirmi ſunt nō feruntur. Habent enī in
ſitas ſibi cōmotionū cauſas que eos qe
tos eſſe nō ſinant· vt ſolent hi qui carna-
li egritudine detinentur· ſtomachi ſui in-
firmitates et faſtidia cocorum vel mini-
ſtrantium negligentijs imputare· ꝛ quā
talibet eis obſequētium ſollicitudo deb-
uiat· nihilominꝰ tamē ſanis cauſas ſue
cōmotionis aſcribere· quas ſibi vtiqꝫ vi
cio valitudinis ſue ineſſe non ſentiunt.
Quāobrem hec eſt amicicie vt diximus
fida indiſſolubiliſqꝫ coniunctio· que ſo
la virtutū parilitate federatur. Dñs enī
inhabitare facit vnius moris in domo.
Et idcirco in his tantum indirupta po-
teſt dilectio permanere· in quibus vnū
ꝓpoſitum ac voluntas· vnū velle ac nol-
le conſiſtit. Quā ſi vos quoqꝫ cupitis ī-
uiolabilem retentare· feſtinandum ē vo-
bis vt expulſis primitꝰ vicijs· mortificetꝪ
ꝓprias volūtates· ꝛ vnito ſtudio atqꝫ ꝓ
poſito· illud quo propheta ad modū de-
lectatur· gnauiter impleatis· ecce qꝫ bo-
nū ꝛ qꝫ iocundū habitare fratres ī vnū.
Qđ non localiter ſꝫ ſpiritaliter oportet ī
telligi. Nihil enim prodeſt· ſi moribꝫ ac
ꝓpoſito diſſidentes vna habitatiōe iū-
gantur· nec obeſt parili virtute funda-
tis· per locoꝝ interualla diſiungi. Apđ
deū namqꝫ morum cohabitatio· non lo
corū vnita fratres habitatio coniungit·
nec poteſt vnqꝫ pacꝪ integritas cuſtodiri

vbi voluntatū diuerſitas inuenit.

## Interrogatio vtrū vtile aliqd etiā cōtra votū fratris effici debeat. Cap. iiij.

G Ermanus. Quid ergo ſi vno
volente perficere aliquid qḋ
ſm deū ꝯmodū ꝛ ſalubre ꝑſpe
xerit· alius nō preſſet aſſenſum· exequen-
dum ne etiam contra votū fratris eſt· an
pro eius arbitrio negligendum:

## Reſpōſio ꝙ perpetua amicicia niſi iter perfectos ſtare nō poſſit. Cap. v.

I Oſeph. Idcirco diximꝰ ple-
nā atꝗ perfectā amicicię gra-
tiam niſi inter perfectos viros
eiuſdēꝗ virtutis perſeuerare non poſſe·
quos eadem voluntas vnūꝗ ꝓpoſitū
aut nūꝗ aut certe raro diuerſa ſentire·
aut in his que ad profectū ſpiritalis per
tinent vitę patitur diſſidere. Qḋ ſi ani-
moſe ceperint ꝯtentionibus eſtuare· liqt
vtiꝗ eos nūꝗ ſm regulā quā prediximꝰ
fuiſſe cōcordes. Sed qꝛ nemo poteſt a ꝑ-
fectione habere principiū· niſi qui ab ip
ſo eius ceperit fundamēto· et vos nō qn
ta eius ſit magnitudo· ſed quēadmodū
ad eam perueniri poſſit inquiritis· neceſ-
ſariū reor vt paucis regulā vobis eius
ac tramitē quendam· per quē greſſus ve
ſtri dirigātur aperiā. vt patientię ac pacꝭ
bonū facilius obtinere poſſitis.

## Quibus modis inuiolabilis poſſit ſocietas retētari. Cap. vi.

P Rima igitur ſunt vere amicicie
in contemptu ſbę mundialis et
omniū quas habemus rerū de
ſpectione fundamina. Quā enī iniuſtū
atꝗ impium eſt· ſi poſt abrenūciatā mū
di ꝛ omnium que in eo ſunt vanitatem·
precioſiſſime fratris dilectiōi ſuppellex
viliſſima que ſuperfluit preferatur. Se-
cundum eſt· vt ita ſuas vnuſquiſꝗ reſe
cet voluntates· ne ſe ſapientem atꝗ con
ſultum eſſe iudicans ſuis malit ꝗ pro-
ximi diffinitionibꝰ obedire. Tertium eſt
vt ſciat oīa etiā q̄ vtilia ac neceſſaria
eſtimat· poſtponēda bono charitatis ac
pacis. Quartū· vt credat nec iuſtis nec i
iuſtis de cauſis penitus iraſcendū. Quī
tū· vt aduerſus ſe iracundiā fratris· etiā
ſine ratione conceptam· eodem modo q̄
ſuam curare deſideret· ſciens equaliter ſi
bi pernicioſam alterius eſſe triſtitiam ac
ſi aduerſus aliū ipſe moueatur· niſi eā
ꝗtū in ſe eſt etiā ḋ fris mēte depulerit.
Poſtremū illud eſt· qḋ generale viciorū
omnium peremptorium eſſe non dubiū
eſt· vt ſe de hoc mūdo credat quotidie mi
graturum. Que perſuaſio non ſolū nul
lam in corde triſtitiā reſidere permittit·
verumetiam vniuerſos concupiſcenti-
arum ac peccatorum omnium cōprimet
motus. Hec igitur quicunꝗ tenuerit·
amaritudinē ire atꝗ diſcordię nec pa
ti poterit nec inferre. His autem ceſſan-
tibus cum primum ille emulus charita-
tis in cordibus amicorum triſtitię ſeu ſiꝰ
venena ſuffuderit· neceſſe eſt vt frequen-
tibus iurgijs paulatim dilectione tepe̾fa
cta· amātium corda diu exulcerata quā-
doꝗ diſſociet. Nam qui per callem pre
dicte directionis ingreditur· in quo ab
amico vnꝗ ſuo poterit diſſidere· qui pri-
mum litium cauſam que ex paruulis re
bus viliſſimiſꝗ materijs generari ſolet·
nihil ſuum vendicans radicitus ampu-
tauerit· illud quod in actibus apoſtolo-
rum legimus de vnitate credentiū om
ni virtute cuſtodiēs. Multitudinis autē
credentium erat cor vnum ꝛ anima vna
nec quiſꝗ eorum que poſſidebāt aliqd
ſuum eſſe dicebat· ſed erant illis omnia
communia: Deinde quemadmodū ab
eo ſeminariū diſſēſionis exurget· qui nō
ſue ſed fratris ſeruiens voluntati· domi
ni atꝗ auctoris ſui fuerit imitator effec
tus· qui loquēs ex perſona hominis quē
gerebat. Non veni inqt vt facerē volū
tatē meā ſꝫ volūtatē eiꝰ q̄ me miſit: Quo
autem modo vllum contentionis fomi
tē ſuſcitabit· qui de intelligētia ac ſenſu
ſuo· nō tā ꝓprio iudicio ꝗ fratris credere
decreuit examini· p eius ſcꝫ arbitrio· vel

probans ſua inuenta· vel improbans· ⁊
euangelicū illud pij cordis humilitate
conſummans· verumtamē nō ſicut ego
volo ſed ſicut tu vis. Aut qua ratiōe ali
qd quo frater meſtificet admittet· q̇ bo-
no pacꝭ nihil iudicat eſſe precioſius· dñi
ce illius ſententię memoriā nō amittens
In hoc cognoſcēt oēs ꝙ mei eſtis diſci-
puli· ſi dilectionē habueritis ad inuicē·
per quā velut ſpāli ſignaculo gregē oui
um ſuorum in hoc mundo voluit chri-
ſtus agnoſci· atqꝫ hoc a ceteris vt ita di-
xerim caractere diſcerni. Qua vero ex cā
vel in ſe recipere vel in alio reſidere rāco
rem triſtitię ſuſtinebit· cui ſumma diffi-
nitio eſt iracundię quę pernicioſa ⁊ illi-
cita eſt iuſtas cauſas eſſe non poſſe·
eodemqꝫ ſe modo ſuccenſente ſibi fratre
orare nō poſſe· quo ſi fratri ſuo ipſe ſuccē
ſeat· illam domini ſaluatoris humili ſp
retinens corde ſententiā. Si offers mu
nus tuum ad altare ⁊ ibi recordatus fu
eris ꝙ frater tuus habet aliquid aduſū
te relinque ibi munus tuū ante altare· ⁊
vade prius reconciliari fratri tuo· et ſic
veniens offer munus tuū. Nihil enim
proderit ſi te quidem aſſeras nō iraſci· et
credas te iplere illud mādatū quo dicit
ſol non occidat ſuper iracundiā veſtrā·
et qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudi-
cio. alterius vero triſtitiam quā delinire
tua manſuetudine potuiſti· contumaci
corde deſpicias. Eodem nāqꝫ modo p̄-
cepti dominici preuaricatione plecteris·
Qui enī te iraſci aduerſus alterū nō de-
bere dixit· nec alterius ꝯtemni triſtitiam
debere dixit· quia non intereſt apud deū
qui omnes hoīes vult ſaluos fieri· vtrū
te an alium quempiā perdas. Unum ſi
quidem cuiuſlibet interitu ei naſcitur de
trimentum· itidemqꝫ illi cui grata omni
um perditio eſt· vnū lucrum· vel tua vel
fratris morte cōquiritur. Quemadmo-
dū poſtremo poterit vel tenuē ꝯ fratrē
retinere triſtitiam· qui ſe credit quotidie
imo continuo ab hoc ſeculo migraturū.

**Qꝫ nihil charitati preponendū ſit· nec iracūdie poſtponendum. Cap. vij.**

Sicut ergo nihil preponendum
eſt charitati· ita furori vel iracū
dię nihil eſt econtrario poſtpo-
nendum. Omnia naqꝫ quāuis vtilia ac
neceſſaria videantur ſpernenda tamen
ſunt· vt ire perturbatio deuitetur· ⁊ om-
nia etiam quę putantur aduerſa ſuſci-
pienda atqꝫ toleranda ſunt· vt dilectio-
nis paci ſeqꝫ tranquillitas illibata ſerue
tur· quia nec ira atqꝫ triſtitia pernicioſi-
us quicqꝫ· nec charitate vtilius creden-
dum eſt.

**Quibus de cauſis inter ſpiritales naſcatur diſſēſio. Cap. viij**

Nam quemadmodum carnales
adhuc ⁊ imbecilles fratres ob
vilem terrenamqꝫ ſbam cito in
imicus diſiungit· ita etiā īter ſpiritales
gignit pro intellectuū diuſitate diſcor-
diam. Ex qua ſine dubio contentiones
rixeqꝫ verborum· quas apoſtolus dām-
nat· plerumqꝫ conſurgunt· vnde conſe
quenter diuorcia inter vnanimos fratres
hoſtis inuidus ac malignꝰ īterſerit. Ue-
ra eſt namqꝫ ſapientiſſimi ſalomonis il-
la ſentētia. Odiū ſuſcitat contentio· vni
uerſos vero qui non contendunt prote-
git amicicia.

**De amputādis etiam ſpiritalibus cauſis diſcordiarū. Ca. ix.**

Qua propter ad conſeruandā
perpetuam ⁊ indiuiduam cha-
ritatē· nihil prodeſt primā cau
ſā amputaſſe diſcidij· quę naſci ſolet d̄
rebus caducis atqꝫ terrenis· et vniuerſa
deſpexiſſe carnalia· atqꝫ omniū quibꝫ no
ſter vſus indiget rerum· indiſcretam cō-
munionem fratribus permiſiſſe· niſi etiā
ſecundā q̄ ſub ſpecie ſpiritaliū ſenſuum
naſci ſolet ſimiliter abſcidentes· acquiſi
erimus in omnibꝫ humilem ſenſum· ⁊ con
ſonas voluntates.

**De optimo examine veritatis. Cap. x.**

# De amicicia

Nemini namq; cũ me adhuc ad
herere ꝯſortio etas iunioꝛ horta
ret̄ huiuſmodi nob̄ ĩtelligẽtiã·
vel in moꝛalibus diſciplinis·
vł in ſcripturis ſacris frequẽter inƀtã· vt
nihil ea verius·nihilq; rationabili⁹ cre-
deremus. Sed cũ in vnũ conuenientes
ſnĩas noſtras ꝓmere cepiſſemus·quedã
cõmuni exãĩatiõe diſcuſſa· primum ab
altero falſa ac noxia nõtabãtur·mox de
inde vt ꝑnicioſa cõmuni ꝓnunciata iu
dicio dãnabãtur·quę intm̃ prius infu-
ſa a diabolo luce clarius fulgebãt· vt fa-
cile potuiſſent generare diſcoꝛdiã·niſi p̃
ceptũ ſenioꝛũ velut diuinũ quoddã oꝛa
culũ cuſtoditũ ab om̃i nos ꝯtentione re-
uocaſſet. quo ab illis legali quadaʒ ſan
ctione peꝛſcriptũ eſt· vt neuter noſtrum
pl⁹ iudicio ſuo q̃z fratri crederet· ſi nũq̃z
vellet diaboli calliditate deludi.

**Q̄ impoſſibile ſit quẽq̃z qui ꝓ-
prio fidit iudicio diaboli illuſi-
one nõ decipi. Cap̃. xi.**

Veni ſepe illud qd̄ apoſtol⁹ di-
cit· ꝓbatuʒ eſt euenire. Ipe enĩ
ſathanas tranſfigurat ſe in an-
gelũ lucis· vt obſcurã ac tetrã caliginem
ſenſuũ ꝓ vero lumine ſcientię fraudulẽ-
ter effundat. Qui niſi humili ⁊ manſue-
to coꝛde ſuſcepti·maturiſſimi fratris vel
ꝓbatiſſimi ſenioꝛis refuẽtur examini·et
eoꝝ iudicio diligẽter excuſſi·aut abijciã-
tur·aut recipiantur a nobis·ſine dubio
venerãtes in cogitatiõibus noſtris pro
angelo lucis angelum tenebrarũ grauiſſi-
mo feriemur interitu. Quã perniciẽ im-
poſſibile eſt euadere quẽpiam iudicio ꝓ
prio confidenteʒ·niſi hũilitatis ve ama-
toꝛ ⁊ executoꝛ effectus·illud qd̄ apl̃s ma-
gnopere depꝛecatur om̃i contritione coꝛ
dis impleuerit. Si qua ergo inquit con
ſolatio in chriſto·ſi qd̄ ſolatiũ charita-
tis·ſi qua viſcera miſerationis·implete
gaudiũ meũ vt ideʒ ſapiatis·eandẽ cha
ritatẽ habentes· vnanimes idipm̃ ſenti
entes·nihil per contentionẽ·neq; per ina
nẽ gloꝛiã·ſʒ in humilitate ſuperioꝛes vo-
biſmetipĩs alterutrũ arbitrãtes· ⁊ illud·
honoꝛe alterutrũ pꝛeuenietes· vt pl⁹ vn⁹
quiſq; conſoꝛti ſuo ſcientię ⁊ ſanctita-
tis aſcribens· ſummã diſcretionis ve in
alteri⁹ magĺ q̃z ĩ ſuo credat ſtare iudicio

**Quã ob cauſam non debeant ĩ-
ferioꝛes in collatione contem-
ni. Cap̃. xij.**

Epe autem accidit· ſiue illuſio
ne diaboli·ſiue interceſſu erroꝛis
humani·quo nullus eſt in hac
carne qui falli velut homo nõ poſſit· vt
et ille interdum qui acrioꝛis ingenij ſciẽ
tię q; maioꝛis eſt·aliquid falſum mẽte cõ
cipiat·et ille qui tardioꝛis ingenij ac mi-
noꝛis eſt meriti·rectius aliquid veriuſq;
perſentiat. Et idcirco nullus ſibi q̃zuis
ſcientia pꝛeditus inani tumoꝛe perſuade
at·quod poſſit collatione alterius non
egere. Nam etiam ſi iudicium eius dia-
bolica non fallat illuſio· elationis tamẽ
et ſuperbię grauioꝛes laqueos non eua-
det. Quis enim hoc ſibi abſq; ĩgenti po
terit vſurpare pernicie·cum vas electio
nis in quo chriſtus vt ipẽ profeſſus ẽ lo-
quebatur·ob hoc ſolummodo ſe aſſerat
hieroſolimã conſcendiſſe· vt cuʒ ſuis co
apoſtolis euangelium· qd̄ gentibus re-
uelante ⁊ cooperante domino pꝛedica-
bat·ſecreta examinatione cõferret· Per
quod oſtẽditur nõ ſolum vnanimitatẽ
atq; concoꝛdiam per hec pꝛecepta ſerua
ri·verumetiam cunctas diaboli aduer-
ſantis inſidias et illuſionum eius laque
os non timeri.

**Q̄ charitas non ſolum res dei
ſed etiam deus ſit. Cap̃. xiij.**

Eniq; intantum virtus charí-
tatis extollitur· vt eam beatus
Johannes apoſtolus·nõ ſolũ
rẽ dei·ſed etiã deum eſſe pronũciet dicẽs
Deus charitas eſt·et qui manet in cha
ritate in deo manet et deus in eo. Nam
vſq; adeo illam diuinaʒ eſſe perſpicim⁹
vt illud apl̃i manifeſtiſſime vigere ſenti
am⁹ ĩ nob̄·qm̃ charitas dei diffuſa ẽ in
coꝛdib⁹ nr̃is ꝑ ſpm̃ ſanctũ q̇ hitat ĩ nob̄

Qđ tale ē· ac ſi dicat· Qm̄ deꝰ diffuſus
eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū
qui habitat in nobis. Qui etiā cū igno-
remus quid debeamus orare· īterpellat
ꝓ nobis gemitibꝫ inenarrabilibꝫ. Qui
aūt ſcrutatur corda ſcit q̇d deſideret ſpi-
ritus qꝛ ſm̄ deū poſtulat pro ſanctis.

## De gradibus charitatis.
### Cap. xiiij.

Llam igitur charitatē q̄ dicit
agape· poſſibile eſt oībꝰ exhi-
bere· de qua beatus apl'ſ. Ergo
dum tēpus habemus inquit· operemur
bonū ad oēs· maxime aūt ad domeſticos
fidei. Que in tantū oībus eſt generali-
ter exhibēda· vt eā etiā inimicis noſtris
a dn̄o iubeamur impendere. Nam dili-
gite inq̇t inimicos vr̄os. Diathesis aūt· i·
affectio· paucis admodū et his q̇ vl' pa-
rilitate moꝝ vel virtutū ſocietate cōne-
xi ſunt exhibetur· licet etiā ipa diatheſis·
multā in ſe differentiā habere videatur.
Aliter enī parētes· aliter coiuges. alit' fra-
tres· aliter filij diligūtur· et in ipa quoqꝫ
hoꝝ affectuū neceſſitudie magna diſtā-
tia eſt· nec vniformis parentū dilectio er-
ga filios inuenitur. Qđ etiā Jacob pa-
triarche probatur exemplo· qui cū eſſet
duodecim filioꝝ pater· omneſqꝫ paterna
charitate diligeret· tn̄ ꝓpenſiore Joſeph
dilexit affectu· vt de eo aperte ſcriptura
cōmemoret. Inuidebant autē ei fratres
ſui· eo ꝙ diligeret eū pater ſuus· ſcꝫ nō
q̊ vir iuſtus ⁊ pater nō valde diligeret
etiā ceteram ꝓlem· ſed ꝙ huius quia ty-
pum dn̄i preferebat· affectui dulcius qđ-
ammodo atqꝫ indulgentius inhereret.
Hoc etiā de Johāne euāgeliſta legimꝰ
euidentiſſime deſignari· cū de ipo dicit.
Diſcipulus ille quē diligebat ieſus· cū
vtiqꝫ etiā reliquos vndecim ſimiliter
electos· ita precipua dilectiōe cōplexus
ſit· vt hoc etiā euangelica atteſtatiōe de-
ſignet dicēs. Sicut dilexi vos ⁊ vos di-
ligite inuicē. De quibꝫ ⁊ alibi dicit. Dili-
gens ſuos qui erāt in mūdo vſqꝫ in finē
dilexit eos· ſꝫ hic vnius dilectio nō erga
reliquos diſcipulos teporem charitatis
ſꝫ largiorē erga hūc ſuperabundantiam
amoris expreſſit· quā et ꝟginitatis ꝑuile-
giū ⁊ carnis īcorruptio cōferebat. Que
idcirco velut ſublimior cū quadā excepti-
one ſignatur· quia nō eam odij cōpara-
tio· ſꝫ affluentior gratia exuberantiſſimi
amoris extollit. Tale quid etiā ex perſo-
na ſponſe legimus in cantico canticoꝝ
dicētis. Ordinate in me charitatē. Hec
enī ē vere charitas ordinata· q̄ odio ha-
bēns neminē quoſdā meritoꝝ iure pluſ
diligit· queqꝫ cū generaliter diligat cun-
ctos· excipit tamē ſibi ex his quos debe-
at peculiari affectione complecti. et rur-
ſum inť ipos qui in dilectiōe ſūmi atqꝫ
precipui ſunt· aliquos ſibi qui ceteroꝝ
affectui ſuperextollantur excerpit.

## De his qui vel ſuā vel fratrū cō-motione diſſimulatione corroborāt.
### Cap. xv.

Contra nouimus· qđ vtinā ne-
ſciremus· nōnullos fratrū tan-
te eſſe obſtinationis atqꝫ duri-
cie· vt cū vel ſuos aduerſus fratrē. vl' fra-
tris aduerſum ſe ſenſerint animos exci-
tatos· ad diſſimulandā mentis ſue triſti-
tiam· q̄ ex indignatiōe alterutre cōmoti-
onis exorta eſt· ſecedētes ab eis q̄s hūili
ſatiſfactione atqꝫ colloq̊o lenire debue-
rāt· aliquos pſalmoꝝ incipiūt decanta-
re verſiculos. Qui dū conceptā cordis
amaritudinē delinire ſe putāt· inſultan-
do augent· qđ ſtatim extinguere potuerāt
ſi magis anxij atqꝫ humiles eſſe voluiſ-
ſent· vt oportuna cōpunctio ⁊ ipoꝝ cor-
dibꝫ mederetur· et fratrū animos delini-
ret. Nam illo vtiqꝫ modo puſillanimi-
tatis immo ſuperbie ſue viciū palpāt· ⁊
nutriūt potiꝰ q̄ꝫ extirpāt fomitē iurgio-
rū· dn̄ice illius preceptiōis immemores·
qua ait. Qui iraſcitur fratri ſuo reꝰ erit
iudicio· ⁊ ſi recordatus fueris ꝙ frater tu-
us habet aliquid aduerſum te· relinque
ibi munus tuum ad altare· et vade priꝰ
recōciliari fratri tuo· et tūc veniens offe-
res munus tuū.

**De eo q̄ ſi frater aduerſum nos aliquid habeat ſimultatiſ mūera orationū noſtrarū a domino reſpuātur. Cap. xvi.**

INtantum igitur nō vult nos deus noſter alteri⁹ deſpectui habere triſtitiam· vt ſi aliquid aduerſuꝫ nos frater habuerit· nec munera noſtra ſuſcipiat· id eſt· n̄ orationes ſibi a nob̄ permittat offerri· donec de animo e⁹ triſticiam iuſte iniuſte ve cōceptaꝫ· celeri ſatiſfactione tollamus. Neq̄ꝫ eniꝫ ait ſi habet veram querelam aduerſum te frater tuus· relinque ibi munus tuū ad altare· ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo· ſꝫ ſi recordatus fueris inquit· quia frat' tuus habet aliquid aduerſum te· id eſt· etiam ſi leue aliquid ac vile ſit q̊ fratris in te fuerit excitata cōmotio· et hoc in memoriam tuā ſubita recordatione pulſauerit· ſcias te offerre precum tuaruꝫ ſpiritalia munera nō debere. niſi prius qualibet ex cauſa ortam triſticiā de corde fratris benigna ſatiſfactiōe depuleris. Si igitur euangelicus ſmo etiā ꝓ preterita et minima ſimultate· ac de exiguis oborta cauſis ſatiſfacere nos iraſcētibꝫ iubet· quid de nobis miſeris fiet· qui recentes ⁊ maximas cauſas noſtro q̄ꝫ errore cōmiſſas ꝑtinaci diſſimulatione cōtemnimus· ⁊ inflati tumore diabolico· dum humiliari erubeſcimus· auctores nos fraterne triſticie denegamus· ac rebelli ſpiritu ſubiici ꝑceptis dn̄i dedignantes· neq̄ꝫ ea vel obſeruari debere. vel impleri poſſe contēdimus. Eo q̄ꝫ fit vt iudicantes eū impoſſibilia vel incōgrua precepiſſe· efficiamur ſm apoſtolū nō factores· ſꝫ iudices legꝭ.

**De his qui patientiam ſecularibus magis putāt impēdendaꝫ eſſe q̄ꝫ fratribus. Cap. xvii.**

ILlud quoq̄ꝫ q̄bus lachrymis eſt deflendum· q̄ nō nulli fratrum fuerint contumelia cuiuſlibet ſmonis accenſi· ſi alterius cuiuſpiā qui eos lenire deſiderat precibus fatigētur: cum audierint nequaq̄ꝫ debere aduerſus fratrem cōcipere tenere ve triſticiaꝫ· ſm illud qđ ſcriptum eſt. qui iraſcit' fratri ſuo reus erit iudicio· et ſol nō occidat ſuper iracundiā veſtrā· proclamāt ilico· Si paganus aliquis· ſi ſecularis hoc feciſſet· aut ita dixiſſet· recte debuit ſuſtineri. Quis aūt ferat fratrē tam grauis cōſcium culpe aut tam inſolens de ore cōuiciū proferentē: Quaſi vero patiētia infidelibus tantū· atq̄ꝫ ſacrilegis· et nō omnibus ſit generaliter adhibenda· aut iracūdia contra gentilem noxia contra fratrē vtilis eſtimanda· cū vtiq̄ꝫ ꝑturbate mentis obſtinata cōmotio nō diſſimile contra quē uis fuerit excitata ſibi īferat detrimentuꝫ. Quante autem obſtinationis· immo vecordie eſt· vt nec ipām verborū ꝓprietatē brute mentis ſtupore diſcernat. Quia n̄ dicitur. omīs qui iraſcitur alienigene reus erit iudicio· qđ fortaſſe poterat ſm illoruꝫ ſenſuꝫ· cōtra conſortes noſtre fidei ⁊ conūſationis excipere· ſꝫ ſignificanter expreſſit euāgelicus ſmo. dicens. Omīs qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Licet itaq̄ꝫ ſm regulam veritatis omnē hoīem fratrē debeam⁹ accipere· tamē hoc ī loco magis fidelis ac noſtre cōuerſationis particeps q̄ꝫ ethnic⁹ fratris vocabulo deſignatur.

**De his qui patientiā mentientes ad iracūdiā fratres ſilētio accendunt. Cap. xviii.**

ILlud vero quale eſt· q̄ interdū patiētes eſſe nos credimus· q̄ꝛ reſpondere ꝯtemnimus laceſſiti· ſꝫ ita cōmotos fratres amara taciturnitate vel motu geſtu q̄ꝫ irriſorio ſubſannamus· vt eos magis ad iracūdiaꝫ vultu tacito prouocemus. quā tumida potuiſſent incitare cōuicia· ī eo nos eſtimātes minime apud deuꝫ reos· q̄ꝛ nihil ore protulimus· qđ nos notare hominuꝫ iudicio aut condemnare potuiſſet: Quaſi vero apud deū verba tantūmodo· ⁊ n̄ precipue volūtas vocetur in culpam· et opus ſolum peccati· et nō etiā votuꝫ ac ꝓpoſituꝫ habeatur in crimine· aut ſꝫ tm̄

qđ vnuſquiſq; fecerit per loquelã· et nõ
qđ etiã per taciturnitatem facere ſtudue
rit· in iudicio ſit querendum. Non eniꝫ
ſola cõmotionis illate qualitas: ſ etiam
ꝓpoſitũ irritãtis in noxa eſt· Et idcirco
nõ quemadmodũ iurgiũ fuerit excitatũ
ſ cuius conflagrauerit vicio· verũ iudi
cis noſtri perquiret examen. Affectus enĩ
peccati· nõ ordo conſiderãdus eſt admiſ
ſi. Quid enĩ differt vtrũ quis gladio ip
ſe peremerit fratrẽ· an aliqua ad mortem
fraude cõpulerit· cum ipſius eum dolo
vel crimine conſtet extinctum. Quaſi ve
ro cecum in preceps manu propria non
impegiſſe ſufficiat· cum ſimiliter reus ſit
qui ꝓnũ ⁊ imminentẽ iam fouee cũ potu
erit reuocare cõtempſerit· aut ille ſolus ĩ
crimine ſit qui manu ſua quẽpiã laque-
auerit· et nõ etiã is qui vel parauerit vel
ingeſſerit laqueũ· vl̕ certe cũ potuerit au-
ferre noluerit. Ita igitur: tacere nihil pro
deſt ſi idcirco nobis indicamus ſilenti-
um· vt quod agendum conuicio fuerat
hoc taciturnitate faciamus· aſſimulan-
tes quoſdam geſtus· quibus et ille queꝫ
curare nos oportuit vehementiori inar-
deſcat iracundia· et nos ſuper hec omĩa
damno illius ac perditione laudemur·
quaſi vero nõ etiã ex hoc ipõ quis crimi-
noſior ſit· ꝙ gloriã ſibi de fratris volue-
rit perditione cõquirere. Vtriq; enĩ tale
ſilentiũ erit equaliter noxiũ· quia ſicut ex
aggerat in alterius corde triſticiaꝫ ita in
ſuo nõ permittit extingui Contra quos
illa ꝓphete ſatis ꝓprie eſt directa maledi-
ctio· Ve qui potat amicũ ſuũ· mittẽs fel
ſuũ· et inebrians vt aſpiciat nuditatem
eius· repletus eſt ignominia pro gloria.
Illud q̊ꝫ qđ per aliũ de talibus dicitur:
Quia omnis frater ſupplantãs ſupplã-
tabit· et omnis amicus fraudulenter in-
cedet· et vir fratrem ſuũ irridebit· ⁊ veri-
tatẽ nõ loquẽtur· extenderũt enĩ linguaꝫ
ſuã q̃ſi arcũ mendacij ⁊ ñ veritatis Se
pe aũt ficta patientia etiam acriꝰ ad ira-
cundiam q̃ꝫ ſermo ſuccendit· et attrociſ
ſimas verborũ tranſcendit iniurias· ma
ligna taciturnitas· leuiuſq; tolerantur ĩ
imicorũ vulnera q̃ꝫ irridentiuꝫ ſubdola
blandimenta. De quibus ꝓprie dicitur
per ꝓphetam. Molliti ſunt ſermones eiꝰ
ſuper oleum· et ipĩ ſunt iacula. Et alibi.
Verba callidorũ mollia· hec aũt feriũt
in penetralia ventris. Quibus etiam
illud poteſt elegãter aptari. In ore pacẽ
cum amico ſuo loquitur· et occulte põit
ei inſidias· quibꝫ tamẽ magis decipitur
ipẽ qui decipit. Naꝫ qui preparat ante
faciem amici ſui rete· circũdat illud pedi
bus ſuis· et qui fodit foueam ꝓximo ſuo
incidet in eam ipẽ. Deniq; cũ magna ad
comprehendendũ dñm cũ gladijs et fu
ſtibus multitudo veniſſet· nẽo in aucto
reꝫ vite noſtre illo cruentior extitit parri
cida· q̃ꝫ qui cunctos ficto ſalutatiõis ho
nore preueniens oſculum ſubdole chari
tatis ingeſſit. Cui dñs. Iuda in q̇ oſcu
lo filium hominis tradis· id eſt· amaritu
do perſecutiõis atq; odij tui· hoc tegmẽ
aſſumpſit· quo dulcedo vere amoris exꝓ
mitur. Apertius quoq; ac vehemẽtius ꝑ
ꝓphetã vis huiꝰ doloris exaggerat̕. Nã
ſi inimicus inquit meus maledixiſſet mi
hi· ſuſtinuiſſem vtiq;· ⁊ ſi is q̇ oderat me
ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcon
diſſem me forſitan ab eo Tu vero homo
vnanimis dux meus ⁊ notus meus· qui
ſimul mecũ dulces capiebas cibos· in do
mo dei ambulauimus cũ conſenſu.

## De his qui ex indignatiõe ieiu nant. Cap. xix.

Aliud quoq; ꝓfanũ triſticie ge
nus eſt· quod dignuꝫ cõmemo
ratione nõ fuerat· niſi id a non
nullis fratribus ſciremus admitti· qui
cum triſtificati fuerint vel irati· ab ipſo
etiam pertinaciter abſtinent cibo· ita vt
qđ etiam dicere abſq; pudore nõ poſſu
mus· illi qui dũ placidi ſunt refectionem
cibi vſq; ad horã ſextã· vel vt multũ no
nã negãt ſe poſſe differre· cũ fuerint triſti
cia vel furore ſuppleti. ieiunia etiaꝫ bidu
ana nõ ſentiãt· tãtãq; inedie defectiõeꝫ
iracundie ſatietate ſuſtentẽt. In q̊ plane

ſacrilegij crimen euidenter incurrūt. ieiunia ſcʒ q̄ ſoli deo ꝓ humiliatione cordis ⁊ purgatione viciorū ſunt ſpecialiť offerēda. ꝓ diabolico tumore tolerātes. Qđ tale eſt. ac ſi orationes atqꝫ ſacrificia nō deo ſed demonijs deferāt. illā qꝫ moſaycam increpationē mereātur audire. Sacrificauerūt demonijs ⁊ nō deo. dijs q̄s ignorabant.

## De quorundaʒ ſimulata patiētia qua maxillaʒ verberandam alteram ingerūt. Cap̄. xx.

Non ignoramus etiā aliud demētie genus. qđ ſb colore fucate patientie in nōnullis fratribꝫ inuenitur. quibꝫ parū eſt iurgia commouiſſe. niſi etiā inſtigatorijs verbis vt feriantur irritent. cum vtiqꝫ vel leui fuerint impulſione cōtacti. aliā quoqꝫ partem corporis ingerūt verberandā. quaſi per hoc perfectionē mandati illius impleuiri quo dicitur. ſi quis te percuſſerit in dexterā maxillā tuā. prebe illi et alterā. ſcripture vim ac ꝓpoſitū penitus ignorātes Euangelicā nanqꝫ patientiā per iracūdie viciū exercere ſe putant. Ob qđ radicitus excidendum. nō ſolum viciſſitudo talionis. et ꝯcertādi irritatio prohibeť. ſʒ etiam furoreʒ verberātis geminate iubemur iniurie tolerantia mitigare.

## Interrogatio quemadmoduʒ chriſti mandatis obtemperantes euangelica perfectiōe fraudentur. Cap̄. xxi.

Germanus. Quomodo repꝛehendendus eſt is qui precepto ſatiſſaciens euāgelico nō ſoluʒ nō intulit talionē. ſʒ etiā paratus ē vt ſibi geminetur iniuria?

## Reſponſio ꝙ chriſtus nō ſoluʒ facti ſed etiā voluntatis inſpector ſit. Cap̄. xxij.

Joſeph. Sicut Paulo ante dictuʒ eſt. nō ſolum res ipſa que geritur. ſʒ etiā qualitas mētis ⁊ ꝓpoſitum facientis eſt intuendum. Et idcirco ſi id qđ ab vnoquoqꝫ perficitur. quo animo fiat. vel quo procedat affectu. intimo perpēdatis cordis examine. videbitis patientie lenitatiſqꝫ virtutem nequaqꝫ poſſe cōtrario ſpiritu. id ē. impatientie ac furoris impleri. Siqdeʒ dñs noſter atqꝫ ſaluator ad profundaʒ nos inſtruens patientie lenitatiſqꝫ virtutē. id eſt. nō vt labijs eā tantūmodo ꝓferamus. ſʒ vt intimis aīe noſtre abditis recondamus. iſtā nobis perfectiōis euāgelice formulā dedit dicēs. Si quis te ꝑcuſſerit in dextera maxilla tua. prebe illi ⁊ alterā. ſubauditur ſine dubio dexteram Que alia dextera niſi interioris hominis vt ita dixerim facies poteſt accipi? Per hoc omnē penitus iracūdie fomiteʒ de ꝓfundis cupiens aīe penetralibꝫ extirpare id eſt. vt ſi exterior dextera tua impetum ferientis exceperit. interior quoqꝫ hō per humilitatis aſſenſum dexterā ſuā prebeat verberandā. cōpatiens exterioris hominis paſſioni. et qđammodo ſuccūbēs atqꝫ ſubijciēs ſuum corpus ferientis iniurie. ne exterioris hominis cede vel tactus intra ſe moueatur interior. Videtis ergo longe eos ab euāgelica perfectiōe diſtare. que patiētiā docet nō verbis. ſʒ interiore cordis tranquillitate ſeruandā. eamqꝫ a nobis cū quid aduerſi euenerit ita precipit cuſtodiri. vt nō ſolū nosmet ipſos alienos ab iracūdie perturbatiōe ſeruemus. ſʒ etiaʒ illos qui ſuo cōmoti ſūt vicio ſuccūbentes iniurijs corꝝ ad placiditatē expleta cedis ſatietate cogamus. furoreʒ eorum noſtra lenitate vincentes Et ita etiā illud apoſtolicū implebim⁹. Noli vinci a malo. ſʒ vince in bono malum. Quod ab illis impleri nō poſſe certiſſimū eſt. qui illo ſpiritu ac tumore verba lenitatis atqꝫ humilitatis emittunt. vt nō ſolum nō mitigent ꝯceptū furoris incendiū. ſed magis illud tam in ſuo qꝫ in fratris cōmoti ſenſu faciāt conflagrare. qui tamē etiā ſi poſſent aliquo modo ipſi mites ac placidi permanere. nō ſic q̄ꝫ rem aliquos iuſticie fructus caperēt. cuʒ damno proximi patiētie ſibi gloriā ven

dicantes ⁊ per hoc ab illa apoſtolica charitate omnimodis alieni: que nō querit que ſua ſunt ſed ea que aliorum. nō enī ita diuitias concupiſcit ut lucrum ſibi de proximi faciat detrimento: nec acquirere quicq̄ cū alterius deſiderat nuditate.

## Q ille ſit fortis et ſanus q̄ ſuccumbit alterius voluntati Cap̄. xxiij.

Sciendum ſane generaliter illū partes agere fortiores: qui volūtati fratris ſuā ſubijcit voluntatem: q̄ eum qui in defendendis ſuis diffinitionibus ac tenendis pertinacior inuenitur. Ille enī ſuſtentans ac tolerans proximū ſani ac validi: hic autē infirmi et quodāmodo egrotantis obtinz locum: que ita palpari neceſſe eſt ac foueri: ut interduz etiā a rebus neceſſarijs ꝓ eius quiete ac pace ſalubre ſit aliquid relaxari. In quo quidem non ſe credat q̄s aliquid de ſua perfectione minuiſſe: tam et ſi quiddā de ꝓpoſita diſtrictione condeſcendēdo ſūmiſerit: ſꝫ econtrario multo amplius ſe pro longanimitatis ⁊ patiētie bono nouerit acquiſiſſe. Apoſtolicuz nāq̄ preceptū eſt: Uos qui fortes eſtis: ībecillitates infirmoꝝ ſuſtinete: et alterutrū onera vr̄a portate: et ſic adīplebitꝭ legē chriſti. Nūq̄ ei infirmꝰ ſuſtētat infirmū: nec tolerare poterit: aut curare lāguētem is qui ſimiliter egrotat. ſꝫ ille medelam tribuit imbecillo: qui imbecillitati ipſe nō ſubiacet. Merito enī ei dicit: Medice cura teipm̄.

## Q infirmi iniurioſi ſint et iniurias ferre nō poſſint. Cap̄. xxiiij

Notandum etiam illud eſt: infirmorum naturaz eſſe ſemꝑ eiuſmodi: ut prompti quidez ac faciles ſint ad cōtumelias ingerēdas ⁊ iurgia conſerenda: ipſi vero ne minima quidem iniurie velint ſuſpitione contingi: cunq̄ inferentes proterua cōuicia incōſiderata ſuperequitent libertate: ne parua quidem atq̄ leuiſſima ſuſtinere contenti ſunt. Ideo q̄ ſcḋm predictā ſeniorꝫ ſententiam: charitas ſtabilis atq̄ indiruꝑta nō poterit perdurare: niſi inter viros eiuſdē virtutis atq̄ ꝓpoſiti. Scindi etenī neceſſe eſt eaz quocunq̄ tpe quantalibet fuerit cautione ab altero cuſtodita.

## Interrogatio quō fortiſ ſit qui nō ſemper ſuſtentat infirmum. Cap̄. xxv.

Germanus. In quo ergo laudabilis perfecti viri poteſt eſſe patientia: ſi tolerare non preualet ſemper infirmū?

## Reſponſio ꝙ infirmus ſe nō ſinat ſuſtentari. Cap̄. xxvi.

firmioꝛa terrę veniſtis inſpicere. Et īfra.
Mittite inquit ex vr̄is vnū· et adducite
fratrē veſtrū huc· vos aūt cuſtodiemini
hic· vſq; dum manifeſta fiant verba ve
ſtra· an verū dicatis· an nō· ſin autē· per
ſalutē pharaonis exploꝛatoꝛes eſtis. Si
enī nō eos hoc miſericoꝛdi mendacio ter
ruiſſet· nec patrē fratrēq; reuiſere· nec eos
in tantis inopie periculis alere· nec cōſci
entiā poſtremo fratrū a reatu venditiōis
ſuę expurgare potuiſſet. Non ergo tam
repꝛehenſibile fuit metuz fratrib⁹ incuſ/
ſiſſe mendaciō· q̄z ſanctū atq; laudabile
occaſione ficti periculi inimicos ac ven/
ditoꝛes ſuos ad ſalutarē pn̄iam cōpuliſ
ſe. Deniq; cū grauiſſime inſimulatiōis
vrgerētur inuidia· nō illius q̄ falſo obij
ciebatur· ſ; anterioꝛis criminis ꝯſcientia
frangebātur· dicētes ad inuicē. Merito
hec patimur· quia peccauimus in fratrē
noſtruz· q2 deſpeximus tribulationē aīe
eius· cum rogaret nos et non audire/
mus eū· ꝓpter hoc venit nobis omnis tri
bulatio hec. Que quidez confeſſio· non
ſolum apud fratrē in quē impia crudeli
tate peccauerāt· verūetiā apud deū hūi/
litate ſaluberrima· tantū eoꝝ facinus vt
credimus expiauit. Quid ſalomon qui
perceptū a deo ſapie donū· in pꝛimo iu
dicio ſuo nō niſi aſſumptione mendacij
declarauit. Nam vt veritatem q͛ mulie/
ris mendacio tegebatur excul peret· etiā
ipſe mendacij vtiq; aſtutiſſime excogita
ti vſurpauit auxiliū dicens. Afferte mi/
hi gladiū· et diuidite infantem viuuz in
duas partes· et date dimidiā partē vni
et dimidiā partē alteri· Quę ſimulatio
crudelitatis· cuz vere matris viſcera ꝑ/
mouiſſet· ab ea autē que mater nō erat
laudaretur· tūc demū ſagaciſſimo ꝟita/
tis indicio illā ſententiaz pꝛomulgauit·
quā nemo a deo inſpiratam eſſe nō cre
didit· date inquiens huic infantē viuuz
et nō occidatur. hec eſt ei mater ei⁹. Pꝛo
inde nec debere nec poſſe nos vniuerſa cō/
plere· quę vel cū quiete animi vl' cū com
motione decernimus· etiaz alijs ſcriptu
rarū teſtimonijs copioſius edocemur· q͛
bus vel viros ſanctos vl' angelos vl' ip
ſum omīpotentē deū· ea quę definierant
frequēter legimus immutaſſe. Nam bea
t⁹ dauid cū iuriſiurādi definitiōe decre
uit dicēs· Hec faciat de⁹ inimicꝭ dauid·
et hec addat. ſi reliquero de omnib⁹ quę
pertinent ad nabal vſq; mane mingētē
ad parietē· Et ꝯtinuo intercedente abi/
gail vxoꝛe eius ac pro eodem ſupplicāte·
remittit minas· mollit ſententiā· et ma/
uult tranſgreſſoꝛ ꝓpoſiti iudicari· q̄z ſac
menti ſui fidem cū crudelitatis executio
ne ſeruare dicens· Viuit dn̄s· niſi cito ve
niſſes in occurſum mihi· nō remanſiſſet
nabal vſq; ad lucem matutinā mingēs
ad parietē. Cuius ſicut illā pꝛecipitis ſa
cramenti facilitatem que de perturbate
mentis cōmotione deſcenderat nequaq;
imitandaz eſſe cenſemus· ita remiſſionē

# De diſſiniēdo vel nō diſſiniēdo

atq₃ emendationē ſtatuti ſectandā eſſe
decernimus. Electiōis vas Corinthijs
ſcribens. reditū ſuū abſoluta definitione
pmittit dicens. Veniā aūt ad vos cum
macedoniā pertranſiero. Macedoniā₃
enī pertranſibo· apud vos aūt manebo
vel etiā hyemabo· vt vos me deducatis
quocunq₃ iero. Nolo enī vos modo in
trāſitu videre· ſpero eī me aliquātō tēpo
re manere apud vos. Cuius rei etiā₃ in
ſecunda epiſtola meminit ita. Et hac cō
fidentia volui prius venire ad vos· vt ſe
cundam gratiā haberetis· et p vos trāſ-
ire₃ in macedoniā. et iterū a macedonia
venire ad vos· et a vobis deduci in iude
am. Sed ſuperueniēte ſalubriore conſi-
lio· nequaq₃ ſe id qd̓ pmiſerat executum
euidentiſſime confitetur. Cū ħ inq̇t vo-
luiſſem· nūquid leuitate vſus ſum? Aut
que cogito ſm carnē cogito· vt ſit apud
me ē ē· nō n̄. Deniq₃ cur maluerit defini
tionē ſui ꝑterire ſmonis· q̄₃ aduētu ſuo
oneroſam diſcipulis inferre triſticiam·
etiā cum ſacramenti obteſtatione decla-
rat. Ego aūt teſtē deum inuoco in aīam
meā. qd̓ parcēs vobis· nō veni vltra co-
rinthū· Statui enī hoc ipm apud me· vt
n̄ in triſticia venirē ad vos. Cum intra
turos ſe domū loth ſodomis āgeli dene-
gaſſent· dicētes ad eū· nō intrabimus· ſ
in platea manebimus· cōtinuo eius pre
cibus cōpellūtur ſtatutū mutare ſmonē·
ſicut ſcriptura ſubiungit. Et coegit eos
loth· et diuerterūt ad eum. Qui vtiq₃ ſi
diuerſuros ſe ad eū eſſe nouerāt· inuitā-
tis petitionē ſimulatoria excuſatione re-
nuerunt· ſin aūt veraciter excuſabāt eui
denter immutaſſe ſniam cōprobantur.
Que vtiq₃ nō ob aliā credimus cauſa₃
ſpiritū ſanctū ſacris voluminibus indi-
diſſe· niſi vt iſtis erudiamur exēplis· in
definitionibꝫ nr̄is nō pertinaciter pma-
nere· ſ eas arbitrio nr̄o debere ſubijcere·
et ita iudiciū noſtrū ab omni legis vincu-
lo liberū conſeruare· vt promptu₃ ſit ad
ſequendum quocūq₃ vocauerit ſalubre
cōſiliū· nec differat aut recuſet ad id qd̓

vtilius diſcretio ſalutaris inuenerit abſ
q₃ vlla cūctatione tranſire. Et vt ad ſb-
limiora adhuc aſcendamus exempla· de
cūbentē in lecto regē ezechiam· grauiq₃
egritudine laborantē· ex perſona dei eſa-
yas ꝓpheta adorſus eſt dicens. Hec dicit
dominꝰ. Diſpone domui tue· q₂ morieris
tu· et nō viues. Et conuertit inq̇t ezechias
faciē ſuā ad parietē et orauit ad dn̄m et
dixit. Obſecro dn̄e· memento queſo quō
ambulauerim corā te ī veritate ⁊ corde
perfecto· et qd̓ bonū eſt in oculis tuis fece
ri₃. Et fleuit ezechias fletu magno. Poſt
que rurſus dicit ad eundem. Reuertere
et dic ezechie regi iuda dicens. Hec dicit
dn̄s deus dauid patris tui. Audiui ora
tionē tuā· et vidi lacrymā tuam· et ecce
adijcia₃ ſuper dies tuos quindecim an-
nos· et de manu regis aſſyriorū liberabo
te· et ciuitate₃ hanc ꝓtegam ꝓpter me· et
ꝓpter dauid ſeruū meū. Quid euidentiꝰ
hoc teſtimonio· quo miſ͛die ac pietatꝭ in
tuitu mauult dn̄s ſuum caſſare ſmo-
nē· et ad preſtitute mortis terminos quī-
decim annis vitā precantis extendere·
q̄₃ per immobilitatē decreti ſui inexora-
bilis inueniri. Similiter etiā loquit̄ ad
niniuitas cenſura diuina. Adhuc tridu
um ⁊ niniue ſubuertet̄· Moxq₃ peniten
tia eoꝝ ieiunijſq₃ mollitur· ta₃ minax et
abrupta ſn̄ia· atq₃ ad partē miſ͛die pro
na pietate deflectitur. Qz ſi quis velut p̄
ſcium conuerſionis eoru₃· ſbuerſionem
ciuitatis ad hoc eis dn̄m aſſerat cōmina-
tum· vt eos ad ſalutarē penitentiā ꝓuo-
caret· cōſequēs ē vt hi q̇ fratribꝫ preſunt·
abſq₃ reprehenſione mendacij his qui in-
digent emēdari· aliqua etiā diſtrictoria
quā facturi ſunt ſi opus fuerit cōminen
tur. Sin vero dixerit deū ſeuerā illā ſen
tentiā ſuā penitentie eorū conſideratiōe
reuocaſſe· ſm illud qd̓ per ezechiele₃ ait
Si dixero impio morte morieris· et ege-
rit penitentiā a peccato ſuo· feceritq₃ iu-
diciū ⁊ iuſticiā· vita viuet ⁊ nō morietur·
quibꝫ docemur exemplis nō debere nos
obſtinate in noſtris definitionibus pdu

rare·ſed cõminationem ex neceſſitate ꝓ-
poſitam·clemẽti miſeratiõe mollire·Qđ
ne ſolis ſpecialiter niniuitis crederet' do-
minus preſtitiſſe·etiam generaliter erga
omnes eadem ſe eſſe facturum per hiere-
miã perpetuo proteſtatur·et cum neceſſe
fuerit incunctanter ſuã ſe ſententiã mu-
taturum pro noſtris meritis repromittit
dicens·Repente loquar aduerſus gentẽ
et aduerſus regnũ·vt euellã et deſtruam
et diſperdam illud·Si penitentiã egerit
gens illa a malo quod locutus ſum ad-
uerſus eam·agam ⁊ ego penitentiã ſuꝑ
malum qđ cogitaui vt facerem ei. Et ſu-
bito loquar de gente et regno· vt edificẽ
et plantẽ illud. Si fecerit malum in ocu
lis meis·vt nõ audiat vocem meã· peni-
tentiã agam ſuper bonũ qđ locutus ſuꝫ
vt facerem ei. Ad ezechiel quoqꝫ ait No
li ſubtrahere verbũ·ſi forte audiãt ⁊ cõu
tat' vnuſquiſqꝫ a via ſua mala·⁊ penite
bit me mali·qđ cogitaui facere eis ꝓpter
maliciã ſtudiorum eoruꝫ. Quibus teſti
monijs declaratur·nõ oportere vt perti-
naciter in noſtris diffinitionibus herea
mus·ſ; ratione eas ac iudicio temperan-
das ſemperqꝫ prelegenda ac preferẽda
eſſe meliora·et ad illam que vtilior diiu-
dicata fuerit partem·ſine cũctatione ali
qua tranſeundum

## Qđ nõ ſm immenſitatẽ preſcientie diuina clementia ſed ſm preſentes actus vel remũeret vnũquẽqꝫ vel puniat. Cap. xxvi.

Hllud etiam pre om̃ibus ineſti-
mabilis illa cẽſura nos ĩſtruit·
qđ cũ ſit ei añ ortũ vniuſcuiuſ-
qꝫ precognit⁹ finis· ita ordine ac rõe cõ-
muni et humanis quodãmodo omnia
diſpenſat affectibus·vt nõ potentialiť
nec ſm preſcientie ſue ineffabilem notici
am·ſed ſm preſentes hominũ actus vni
uerſa diiudicãs·vel reſpuat vnũquẽqꝫ
vel attrahat· et vel infundat q̃tidie ſuaꝫ
gratiam vel auertat. Qđ ita eſſe etiam
illa ſaulis manifeſtat electio·cui no vti-
qꝫ cũ vituperabilem finẽ preſcientia dei
ignorare nõ poſſet·de tot milibus iſrael
elegit eũ ⁊ vnxit in regem· preſentis in il
lo meritũ vite remunerans·nõ peccatuꝫ
future preuaricationis intendens·ita vt
poſtq̃ reprobus factus eſt·velut penitu-
dinem gerens electionis ſue de⁹· huma
nis quodãmodo de eodem vocib⁹ atqꝫ
affectibus conqueratur dicẽs. Penitet
me q2 conſtituerim ſaul regem· quia de-
reliquit me ⁊ v̄ba mea opere nõ ĩpleuit.
Et iterꝫ. Verũtñ lugebat ſamuel ſaulẽ
qm̃ dominum penitebat q2 conſtituiſſet
regem ſaul ſuper iſrael. Deniqꝫ hec quo
niã opere fuerat executus· poſtea etiaꝫ ꝑ
ezechielem prophetam dñs proteſtatur
cum om̃ibus ſe hominibus quotidiano
geſturum eſſe iudicio·etiam ſi dixero in-
quiens iuſto q2 vita viuat·et confiſus in
iuſticia ſua fecerit iniquitatem·om̃es iu
ſticie eius obliuioni tradẽtur·et ĩ iniq̃ta
te quã operatus eſt in ipſa morieť. Sin
autem dixero impio·morte morieris· ⁊ ege
rit penitẽtiam a peccato ſuo·feceritqꝫ iu
dicium ⁊ iuſticiam·pignus reſtituerit il
le impius rapinãqꝫ reddiderit·in man
datis vite ambulauerit·nec fecerit q̇cq̃
iniuſtuꝫ· vita viuet ⁊ nõ morietur·om̃ia
peccata eius que peccauit nõ imputabũ
tur ei. Deniqꝫ cum ab illo populo quem
ex omnib⁹ gentibus ſ dñs adoptauit·pro
pter ſubitam vituli preuaricationẽ miſe
ricordie ſue auertiſſet aſpectum·interne-
ciens pro eo legiſlator exclamat. Obſe-
cro dñe·peccauit populus iſte peccatum
magnuꝫ·fecerũt ſibi deos aureos· et nũc
ſi remittis peccatũ eoꝝ remitte· ſin alias
dele me đ libro tuo quem ſcripſiſti. Cui
reſpondit dominus. Si quis inquit pec
cauerit coram me· delebo eũ de libro meo
Dauid quoqꝫ dum de iuda et perſecuto
ribus chriſti prophetico ſpiritu querere
tur. deleantur inquit de libro viuentiũ·
Et quia nõ merebantur ad penitentiaꝫ
ſalutarem pro reatu tanti criminis ꝑue-
nire ſubiungit. Et cum iuſtis nõ ſcribã
tur. Deniqꝫ ĩ ipſo iuda vis ꝓphetice ma
ledictionis euidenter impleta eſt. Nam

expleto proditiõis crimine ſuſpendio ſe necauit: ne ſi poſt illam deletionem noīs ſui conuerſus ad penitentiam eſſet: iterũ cum iuſtis ſcribi mereret̃ in celo. Non ḡ eſt ambigendum: etiam iudã nomen illo tempore quo electus a chriſto apoſtolatꝰ ſortitus eſt gradum: in libro viuentium fuiſſe conſcriptum: ac pariter eum audiſſe cum ceteris. Nolite gaudere quia demonia vobis ſubijciuntur: gaudete aũt quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Sed quia filargirie peſte corruptus: de ɔſcriptione celeſti ad terrena deiectus ē cõpetenter de eo ac de ſimilibus eius dr̃ per ꝓphetam. Dñe omnes qui te derelinquunt confundentur: recedentes a te in terra ſcribentur: quia dereliquerũt venã aquarũ viuentiũ dñm. Et alibi. In cõſilio populi mei nõ erunt: et in ſcriptura domus iſrael nõ ſcribentur: et ĩ terrã iſrael nõ ingredientur.

## Q ſancti viri pertinaces ac duri eſſe nõ poſſunt. Cap. xxvij.

NEc illius precepti vtilitas eſt ſilenda: q etiã ſi inſtigante ira vl' qualibet alia paſſione ſacramẽto nos aliquo vinxerimus: qđ a nemine quidem monachorũ fieri penitus debet: vtriuſqꝫ tamen rei cauſa integro mẽtis eſt penſanda iudicio: et cõparanda eſt illa res qꝫ ſtatuimus huic ad quã tranſire cõpellimur: atqꝫ ad eam ſine cunctatione eſt tranſeundum: que ſupueniẽte ſaniore tractatu iuſtior fuerit iudicata. Rectius enĩ eſt noſtrum nos preterire ſmonem: qꝫ rei ſalubrioris ac pie ſubire iacturam. Deniqꝫ nunqꝫ rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in huiuſmodi diffinitionibus fuiſſe reminiſcimur: ſed velut cerã calore ſolis ita eos ratione mollitos: et intercedente ſalubriore conſilio melioribus partibꝫ ſine heſitatione ceſſiſſe. Quoſcunqꝫ aũt vidimus definitionibus ſuis pertinacit̃ inherere: irrationabiles ſemper probauimus ac diſcretionis expertes.

## Interrogatio an ſit contrarium predicte ſententie illud qđ dicitur: iuraui et ſtatui. Cap. xxviij.

GErmanus. Quantũ ad hãc rationem pertinet que euidẽter copioſeqꝫ digeſta eſt nihil optet monachũ definire: ne aut preuaricator inueniatur aut pertinax. Et vbi illđ pſalmiſte ponimꝰ eloquiũ. Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. Quid ē ei aliud iurare ⁊ ſtatuere qꝫ definita immobiliter cuſtodire?

## Reſponſio in quibus immobilis definitio ſit tenenda et ĩ quibus ſi oportuerit reſcindenda. Cap. xxix.

IOſeph. Nos nõ de principalibus mandatis ſine quibꝫ non poteſt ſalus noſtra omnino ſbſiſtere: iſta decernimus: ſed đ his que ſine periculo ſtatus noſtri vel relaxare poſſumus vel tenere: vt puta de irremiſſo rigore ieiunij: de vini ſiue olei ꝑpetua abſtinentia: de progreſſu cellule penitus cohibendo: de lectionis ſeu meditationis inceſſabili iugitate: que ſine iactura profeſſionis ac propoſiti noſtri ⁊ exerceri cũ libuerit poſſunt et cum neceſſe fuerit irrephenſibiliter pretermitti. Ceterum ſuper obſeruantia illorum principalium mandatorum cõſtantiſſime definiendum eſt: ac ꝓ his etiã mors ſi neceſſe fuerit non vitanda: pro quibus immobiliter eſt dicẽdum: iuraui ⁊ ſtatui. Qđ fieri debet pro cuſtodia charitatis: pro qua ſpernenda ſunt vniuerſa: ne bonũ tranquillitatis illius perfectioqꝫ maculetur. Similiterqꝫ iurandum eſt ꝓ caſtimonie puritate: nec aliud facere nos oportet pro fide pro ſobrietate atqꝫ iuſticia: que omnia indemutabili perſeuerantia ſunt tenenda: et a qͥbus paululum receſſiſſe damnabile eſt. De illis vero corporalibus exercitijs que ad modicum dicũtur eſſe vtilia: ita ē vt diximus ſtatuendũ: vt ſi qua ſuperuenerit certior pietatis occaſio que illa ſuadeat relaxari: nulla ſuper his lege teneamꝰ ſꝫ pretermiſſis eis ad vtiliora libere trãſea

mus. In illis enī corporalibus exercitijs
ſi pro tempore relinquantur periculum
nō eſt· ab his vero vel ad momentuȝ de
clinaſſe mortiferum eſt.

## Queadmodum debeat celāda cōmitti. Cap. xxx.

HOc quoqȝ ſimili cautione curā
dum eſt· vt ſiquis forſitan ſmō
quē eſſe vultis occultuȝ· de vrō
ore fuerit prolapſus · nulla occultatiōis
precepta ſollicitent audientē. magis eniȝ
latebit ſi negligenter atqȝ ſimpliciť trāſ
eatur· q̄r nō tanta quilibet fratrū ſup di
uulgatione eius impugnatiōe torq̄bit·
exiſtimās rem vilem aliquā tranſitoria
cōfabulatione prolatam· et que ex ſe ipſo
ſit leuior· quia cautiſſimo ſilentij precep
to ſenſibus audientis cōmendata nō fu
erit· Nam ſi etiā fideȝ eius aliqua ſacra
mentorū obteſtatione deuinxeris· citius
illud ꝑdendum eſſe non ambigas. Ma
ior enim aduerſus ipm̄ vis diabolice im
pugnationis inſurget· vt et te meſtificet
vel deuudet· et illū tranſgreſſorem q̄ꝫ toti
us ſui faciat ſacramenti.

## Nihil ſuper his que ad vſum cōmūis vite attinet definiēduȝ Cap. xxxi.

EIdcirco nihil debet abrupte
monachus ſup his dūtaxat q̄
ad corporales exercitatiōes per
tinent definire· ne aduerſariū ad impug
nationem eorum que velut ſub legis ob
ſeruatione cuſtodit magis incitans citiꝰ
ea violare cogatur. Prefigens ſiquideȝ
ſibi legem vnuſquiſqȝ ſub libertatis grā
ꝯſtitutus· ne ꝑniciosa ſemetipm̄ obliget
ſeruitute· vt ea que licito immo etiā lau
dabiliter cum gratiarum actione preſu
mere potuiſſet· ſi neceſſitas fortaſſe cōpu
lerit velut tranſgreſſor percipere cōpella
tur cū preuaricatione peccati· Ubi eniȝ
nō eſt lex· nec preuaricatio. Hac btiſſi
mi Joſeph inſtitutiōe atqȝ doctrina ve
lut diuino oraculo cōfirmati· in egypto
reſidere maluimus. Sed licet parū de
inceps de noſtra eſſemus promiſſiōe ſol
liciti· tamē expleto ſeptē annoꝝ numero
ſponſionē noſtrā gratanter impleuimꝰ.
Excurrētes nam qȝ ad cenobiū noſtrum
illo iam tpe quo de impetrando ad here
mū reditu fiduciā gerebamus· primū ſe
nioribus noſtrꝭ honorē debitū ſoluimꝰ·
deinde animis eorū qui pro charitatꝭ ar
dore creberrimis litterarū noſtrarū ſatiſ
factionibus neq̄ q̄ꝫ fuerant deliniti· ꝓſti
nam redintegrauimus charitatē· tandē
qȝ ad plenū aculeo nr̄e ſpōſiōis auulſo
his q̄ȝ cū gaudio proſequētibus ad ſcy
thiotica ſolitudinis ſecreta remeauimꝰ.
Hāc vobis o ſancti fratres illuſtriū pa
trū ſcientiā atqȝ doctrinā noſtra vt potu
it elucubrauit inſcia· quaȝ etiā ſi incul
tus forſitan ſermo confudit potius q̄ꝫ di
geſſit· queſo ne laudem inſigniū virorū
reprehēſio nr̄e ruſticitatis euacuet. Tu
tius ſiq̄dem nobis in conſpectu nr̄i iudi
cis viſum eſt· doctrine huius magnificē
tiam vel incultis ſmonibus ꝑdere q̄ꝫ ſi
lere· quippe cū et profectui lectoris· ſi ſbli
mitatē ſenſuū ꝯtempleť· hoc qd̄ imperitia
noſtri ſermonis offendit obeſſe non poſ
ſit· et maior ſit nob̄ vtilitatis cura q̄ꝫ lau
dis. Neqȝ enī hoc qd̄ ſanctoꝝ virorū di
cta deſcripſi· et plenū periculi· ⁊ egenum
laudis eſſe nō nouerā· ſed prudēs vt di
laqueo pedem indidi· nec me indubita
to diſcrimini ſub incerta ſpe alieni pro
fectus tradere recuſaui· monēs omēs ad
quorū manus opuſcula iſta peruenerit·
vt quicq̄d placuerit in eis patrū· noſtrū
vero ſciāt eſſe qd̄ diſplicet· omnes q̄bus
amabilis eſt vita ⁊ doctrina ſanctorum.

Explicit collatio ſecūnda abba
tis Joſeph de diffiniēdo.

Expliciunt ſeptē alie
collationes caſſiani.

**Incipit p̃fatio caſſiani eloquẽ tiſſimi in ſeptem vltimas colla tiones alioꝝ patrũ.**

EMiſſis
iuuante gratia
chriſti decẽ col
lationibus pa
trum·que exigẽ
tibus beatiſſi
mis epiſcopis
helladio ac leontio vtcunq; digeſte ſũt·
ſeptem alias beato epiſcopo honorato·
ſancto quoq; famulo chriſti eucherio de
dicaui·totidem et nunc vobis ſancti fra
tres iouiniane minerui leonti ⁊ theodo
re credidi deputãdas. Poſterior ſiqui
dem veſtrum illam cenobiorum ſanctã
atq; egregiam diſciplinam in prouĩcijs
gallicanis antiquarum virtutũ diſcre
tione fundauit·ceteri vero non ſolum ce
nobialem profeſſionem apprime mona
chos expetere·verumetiam anachoreticã
ſitire ſublimitatem: veſtris inſtitutioni
bus prouocaſtis. Ea namq; collatiões
iſte ſummorũ patrum diſputatione con
texte ſunt·et ita in oĩbus temperate·vt
vtriq; profeſſioni·qua nõ ſolum occidu
as regiones·verumetiam inſulas·maxi
mis fratrũ catervis feciſtis florere·cõue
niant·id eſt·vt non ſolum hi qui adhuc
in cõgregationis laudabili ſubiectione
perdurant·ſed etiã illi qui haud longe
à veſtris cenobijs ſecedẽtes anachoreta
rum ſectari geſtiunt diſciplinã·pro cõdi
tione locorum ac ſtatus ſui menſura ple
nius inſtruantur. Quibus hoc precipu
um contulit precedens veſtri laboris in
duſtria·vt parati iam atq; in iſdẽ exer
citijs deprehenſi·facilius precepta ſenio
rum atq; inſtituta ſuſcipiant·ipſoſq; in
cellulas ſuas auctores collationũ cũ ip
ſis collationũ voluminibus recipiẽtes·
et quotidianis quodãmodo cum eis in
terrogationibus ac reſponſionibus col
loquẽtes·nõ proprijs adinuẽtionibus ar
duam iſtam et incognitam ferme in hac
regione appetant viam·ſ periculo famẽ
etiam illic vbi iã tritiſſimi calles et innu
mera precedentiũ exempla non deſunt·
anachoreſeos diſciplinã illoꝝ potius
preceptis capere cõſueſcant·quos in om
nibus ⁊ antiqua traditio ⁊ longe experi
entie inſtruxit induſtria·

**Explicit prefatio· Incipiunt capitula abbatis pyamonis de tribus generibus monachorum.**

**Cap.i.**

Quemadmodum dyolco veniẽ
tes ab abbate pyamon recepti
fuerimus.
ij Verba abbatis pyamõ quomo
do rudes monachi exemplo ſe
niorum debeant erudiri.
iij Qꝫ iuniores ſeniorum precepta
diſcutere non debeant.
iiij De tribus generibus monacho
rum que intra egyptum ſunt.
v Quibus autoribus cenobitarũ
ſit inſtituta profeſſio.
vi De anachoretarum ordine atq;
principio.
vij De ſarabaitarũ principio et cõ
uerſatione.
viij De quarto genere monachoꝝ.
ix Interrogatio qd interſit int̃ ce
nobium ⁊ monaſteriũ.
x Reſponſio.
xi De hũilitate vera et quõ fictam
cuiuſdã hũilitatẽ pdiderit ab
bas ſerapion.
xij Interrogatio quemadmodũ ve
ra patientia poſſit acquiri.
xiij Reſponſio.
xiiij De exemplo patientie cuiuſdam
religioſe femine.
xv De exemplo patientie abbatiſ pa
funtij.
xvi De perfectione patientie.
xvij De inuidie malo.

**Expliciunt capitula.**

**Incipit collatio Abbatis pyamonis de tribus generibus monachorũ· et quarto nup exorto. Quẽadmoduz dyolco venientes ab abbate pyamon recepti fuerimus. Cap.i.**

POſt conſpectũ atq colloquium triũ illorũ ſeniũ· quorũ collationes ſancto fratre noſtro euchrio cõpellente vtcunq digeſſimus· cum etiaz vlterioris egypti partes in quibus amplior atq perfectior ſanctorũ numerus cõſiſtebat· maiore flagrãtia deſiderarem⁹ expetere· ad vicum cui nomẽ eſt dyolcos vni ex ſeptez nili fluminis oſtijs imminẽtem· nõ tam itineris neceſſitate q̃ deſiderio ſanctoꝝ illic cõmorantiũ cõpellente peruenimus. Cuz enĩ velut cupidiſſimi mercatores plurima illic celeberrimaq cenobia ab antiquis audiuiſſemus patribus inſtituta· cõtinuo quaſi nauigationem inquiſitionis incerte ſpe maioris lucri perſuadente ſuſcepimus. Ubi cuz diutiſſime fluctuãtes ad illos virtutum ſublimitate conſpicuos mõtes vndiq curioſos oculos tenderem⁹· abbatẽ pyamon omniũ anachoretarum illic inhabitantiũ ſeniorem eorundemq preſbiterum velut quendã ſublimiſſimũ pharũ id eſt ſignum· primus circumſpectantiũ notauit intuitus. Hic etenĩ ſicut euãgelica illa ciuitas in excelſi montis vertice conſtituta· noſtro protinus refulſit aſpectui. Cuius virtutes atq mirabilia q̃ p eum etiã ſub conſpectu noſtro diuina grãtia teſtimoniũ meritis eius reddente perfecta ſunt· ne vel propoſiti noſtri formaz vel modũ huius voluminis excedam⁹· pretermittenda credimus. Non enim de mirabilib⁹ dei· ſ de inſtitutis ſtudijſq ſctõrũ qdã q̃ reminiſci poſſibile eſt nos ſpopõdimus memorie tradituros· vt neceſſariã tantũ perfecte vite inſtructionẽ· non inutilem abſq vlla emendatiõe viciorum ac ſuperuacuam admirationem legentibus preberemus. Cum itaq beatus pyamon ſumma nos gratulatione ſuſceptos· humanitate etiam congrua refeciſſet· intelligens nos nõ eiuſdem eſſe regionis· primũ vnde vel cur egyptũ petiſſemus ſollicite percunctatus· ac de cenobio ſyrie ob deſiderium perfectionis nos illo aduenisse cognoſcẽs· ita exorſus eſt.

**Uerba abbatis pyamon quomodo rudes monachi exẽplo ſeniorũ debeãt erudiri. Cap.ij.**

QUiſq hoĩm o filij cuiuſlibet artis peritiã aſſeq̃ concupiſcit· niſi omni cura atq vigilãtia ei⁹ ſe quã noſſe deſiderat diſcipline ſtudijs mãciparit· ac perfectiſſimorũ quorũq opificij ipſius vel ſcientie magiſtrorum precepta atq inſtituta ſeruauerit· fruſtra inanib⁹ votis eoꝝ ſimilitudinẽ exoptat attingere· quoꝝ curã atq ĩduſtriã detrectat emulari. Nouimus enĩ nõ nullos ita ad hec loca de vr̃is regionibus aduenisse· vt cognoſcendi tantũmodo gratia fratrũ monaſteria circuirent· nõ vt has regulas ob q̃s huc cõmeauerãt atq inſtituta ſuſciperẽt· ſ vt ſecedentes in cellulas conarẽtur ea que vel viſu vel traditione perceperãt operib⁹ experiri. Qui mores ſuos ac ſtudia quib⁹ imbuti fuerãt retẽtãtes· vt eis exprobrari a nõnullis ſolet· nõ profectus ſui gratia ſ vitãde egeſtatis neceſſitate exiſtimati ſunt prouĩcias cõmutaſſe. Nõ ſolũ enĩ nihil eruditionis acqrere· ſ ne diutius quidẽ in his partibus cõmorari· pertinacis animi obſtinatione potuerũt. Cum enĩ nec ieiuniorũ morẽ. neq pſalmorum ordinẽ nec ipoꝝ deniq indumẽtorũ habitũ pmutaſſẽt· q̃d aliud in hac regiõe ſectari q̃ ſola victus ſui cõpẽdia crederentur.

**Q iuniores ſeniorũ precepta diſcutere nõ debeãt. Cap.iij.**

QUamobrẽ ſi vos queadmodũ credim⁹ dei cauſa ad emulatio-

# De tribus generibus monachorũ

uem nrẽ agnitiõis attraxit· omnibꝫ inſti
tutis qbus illic pimordia vr̃a preuenta
ſunt penitus abdicatis· qcũqꝫ ſeniores
vr̃os agere vł cẽdere videritiſ· ſũma hũili
tate ſectamĩ. Neqꝫ vos moueat· aut ab
imitatiõe retrahat ac diuertat· etiã ſi vo
bis ad preſens alicuius rei vł facti ratio
vel cã nõ liqueat· qꝛ eos qui bene de cun
ctis ac ſimpliciter ſentiũt· et vniuerſa q̃
a ſenioribꝫ tradi geri ve perſpexerint· fide
liter imitari magis q̃ʒ diſcutere ſtudent·
per opis experientiã etiã rerũ omniũ ſciẽ
tia ſubſequet. Ceterũ nũqꝫ ratione veri
tatis intrabit· quiſqs a diſcuſſione cepe
rit erudiri· quia videns eũ inimicus ſuo
potius q̃ʒ patrũ iudicio ꝯſidentẽ· facile i
id vſqꝫ ꝓpellet· vt etiã illa q̃ maxime vti
lia atqꝫ ſaluberrima ſunt· ſuperflua ei vi-
deãtur ⁊ noxia. Atqꝫ ita preſumptiõi eiꝰ
callidus hoſtis illudet· vt irrationabili
bus diffinitiõibꝫ ſuis pertinaciter inhe-
rendo· h̄ ſolũmodo ſibi ſanctũ eſſe pſua
deat· qđ rectũ atqꝫ iuſtiſſimũ ſue tantuʒ
obſtinatiõis errore cenſuerit.

## De tribus generibus mõachorum que intra egyptum ſunt. Cap. iiij.

Quamobrẽ ordo atqꝫ pncipiuʒ
pfeſſionis nr̃e queãdmodũ vel
vñ deſcẽderit pmũ debitiſ agno
ſcere. Tũc enĩ poterit qs deſiderate artis
efficacius aſſeq̇ diſciplinã· et ad exercen
dã cã ardentius incitari· cũ auctorꝫ ⁊ fũ
datorꝫ eius agnouerit dignitatẽ. Tria
ſunt in egypto genera monachorꝫ· qrum
duo ſunt optima· tertiũ tepidũ atqꝫ oĩni
modis euitandũ. Primũ eſt cenobitarꝫ·
q̇ ſcʒ in cõgregatiõe pariter ꝯſiſtentes· vni
us ſenioris iudicio gubernãtur· cuius ge
neris maximꝰ numerꝰ monachorꝫ p vni
uerſam cõmorat egyptum. Scdm ana-
choretarũ· qui pus in cenobijs inſtituti·
iamqꝫ in actuali cõuerſatiõe pfecti· ſoli
tudinis elegẽre ſecreta· cuius pfeſſionis
nos quoqꝫ optamꝰ eſſe participes. Ter-
tiũ repꝛehenſibile ſarabaitarũ eſt. De qui
bus ſingillatĩ p ordinẽ pleniꝰ differemꝰ.

Harũ igit triũ pfeſſionũ fundatores p
mũ vt diximus debetis agnoſcere. Naʒ
pfecto ex hocipõ· vel odiũ pfeſſionis illiꝰ
naſci poterit que vitanda eſt· vel eius de
ſideriũ q̃ ſequẽda· qꝛ neceſſe ẽ vnãquã
qꝫ viã ad illũ finẽ ſuũ pertrahere ſectato
rem· ad quẽ auctor ipĩꝰ inuẽtorqꝫ perue-
nerit.

## Quibus autoribus cenobitarũ ſit iſtituta pfeſſio. Cap. v.

Itaqꝫ cenobitarũ diſciplina a
tpe predicationis aplice ſũmp-
ſit exordiũ· Naʒ talis extitit in
hieroſolimis oĩs illa credentiũ multitu-
do· q̃ in actibꝫ aplorꝫ ita deſcribit. Mul
titudinis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ anima
vna· nec quiſq̃ʒ eorꝫ q̃ poſſidebat aliq̇d
ſuũ eſſe dicebat· ſ; erãt illis oĩa cõmunia.
Poſſeſſiões ⁊ ſbas vẽdebãt· et diuide-
bãt ea oĩbꝫ put cuiqꝫ opꝰ erat. Et ite-
rum. Neqꝫ· n· qſq̃ʒ egens erat int illos.
Quotqt eĩ poſſeſſores agrorꝫ aut domo
rũ erãt· vẽdentes afferebãt precia eorꝫ q̃
vẽdebãt ⁊ ponebãt añ pedes aplorꝫ. Di
uidebat aũt ſingulis put cuiqꝫ opꝰ erat.
Talis inq̃ʒ erat tũc oĩs eccleſia· qles nũc
perpaucos in cenobijs inuenire diffici-
le ẽ. Sʒ cũ pꝰ aplorꝫ receſſuʒ tepeſcere ce
piſſet credentiũ multitudo· ea vel maxĩe
q̃ ad fidem chriſti de alienigenis ac diũ
ſis gẽtibꝫ ꝯfluebat· a qbꝫ apli pro ipĩs fi
dei rudimẽtis ac inueterata gẽtilitatiſ cõ
ſuetudine nihil amplius expetebãt· niſi
vt ab imolaticijs idolorꝫ ⁊ fornicatione
⁊ ſuffocatis ⁊ ſanguine tẽperarent· atqꝫ
iſta libertas que gentibus propter infir-
mitatẽ prime credulitatis indulta eſt· eti
am illius eccleſie que hieroſolimis con-
ſiſtebat perfectionẽ paulatim ꝯtamina
re cepiſſet· et creſcẽte quotidie vel indige
narũ nũero vel aduenarꝫ· pncipiꝰ fidei
refrigeſceret ſenior. nõ ſoluʒ hi q̇ ad fidẽ
chriſti ꝯfluxerant· verũ etiã illi q̇ erãt ec
cleſie pncipes ab illa diſtrictõe laxati ſũt.
Nõnulli· n· exiſtiantes id qđ videbãt gẽ
tibꝫ p infirmitate ꝯceſſuʒ· ſibi etiã licitũ·
nihil ſe detrimenti pati crediderunt. ſi

cum ſubſtantijs ac facultatibus ſuis fi-
dem chriſti confeſſionemqꝫ ſequerentur
Hi autem quibus adhuc apoſtolicꝰ in-
erat feruor· memores illius priſtine perfe
ctionis· diſcedentes a ciuitatibꝫ ſuis· il-
lorumqꝫ conſortio qui ſibi vel eccleſie dei
remiſſioris vite negligentiam licitam eē
credebant· in locis ſuburbanis ac ſecreti
oribus cōmanere· et ea q̄ ab apoſtolis p
vniuerſum corpus eccleſie generalit̄ me
minerunt inſtituta· priuatim ac peculia
riter exercere ceperunt· atqꝫ ita incaluit
iſta quam diximus diſcipulorum· qui ſe
ab illorum contagio ſequeſtrauerāt diſ
ciplina. Qui paulatim tempore procedē
te ſegregati a credentium turbis· ab eo qꝫ
a coniugijs abſtinerent· et a parentum ſe
conſortio mundiqꝫ iſtius conuerſatiōe
ſecernerēt· monachi ſiue monoçentes a
ſingularis ac ſolitarie vite diſtrictione
nominati ſunt. Unde conſequēs fuit vt
ex cōmunione conſorcij cenobite· celleqꝫ
ac diuerſoria eorum cenobia vocarētur
Iſtud ergo ſolum fuit antiquiſſimū mo
nachorum genus· qd non modo tempo
re ſed etiam gratia primū eſt· quodqꝫ p
annos plurimos ſolum inuiolabile vſqꝫ
ad abbat̄ pauli vel antonij durauit eta
tem. Cuius etiam nūc in diſtrictis ceno-
bijs cernimus reſidere veſtigia.

### De anachoretarū ordine ac pri cipio. Cap. vi.

Unde profecto id eſt· de hoc per-
fectorum numero, et vt ita dixe
rim fecundiſſima radice· ſancto-
rum etiam anachoretarum poſt hec flo-
res fructuſqꝫ prolati ſunt. Cuius pfeſſi
onis principes hos quos pauloante me
morauimus ſanctū videlicet paulum vel
antonium nouimus extitiſſe. Qui non
vt quidam puſillanimitatis cauſa vel i
patientie morbo· ſed deſiderio ſublimio
ris profectus cōtemplationiſqꝫ diuine
ſolitudinis ſecreta ſectati ſunt· licet prior
eorum neceſſitatis obtentu· dum tpe pſecu-
tionis affinium ſuorū deuitat inſidias·
heremū penetraſſe dicatur. Ita ḡ pceſſit
ex illa quā diximꝰ aplica diſciplina aliō
perfectionis genus· cuiꝰ ſectatores ana-
chorete· id eſt· ſeceſſores merito nūcupā
tur· eo qꝫ nequaqꝫ contenti hac victoria
qua inter homines occultas inſidias di-
aboli calcauerunt· aperto certamine ac
manifeſto conflictu demonibus congre
di cupientes· vaſtos heremi receſſus pe-
netrare non timeant· ad imitationem ſci
licet iohannis baptiſte qui ī heremo to-
ta permanſit etate· helie quoqꝫ ⁊ heliſei·
atqꝫ illorum de quibus apoſtolus ita cō-
memorat. Circuierunt in melotis in pel
libus caprinis· egentes· anguſtiati· affli
cti· quibus dignus nō erat mundus· in
ſolitudinibus errātes· et in montibus et
in ſpeluncis ⁊ in cauernis terre. De qui
bus etiam dominus figuraliter ad Iob
Quis ait eſt qui dimiſit onagrum li-
berum· et vincula eius reſoluit. Poſuit
habitaculum eius deſertum· et taberna-
cula eius ſalſuginem. Irridens multitu
dinem ciuitatis· et querelam exactori nō
audiens. Conſiderauit montes paſcue
ſue· ⁊ poſt omne viride querit. In pſal-
mis quoqꝫ. Dicāt nūc qui redempti ſūt
a dn̄o· q̄s redemit de manu inimici. Et
poſt pauca. Errauerunt in ſolitudine in
inaquoſo· viam ciuitatis habitaculi nō
inuenerūt. Eſurientes ⁊ ſitientes· aīa eorū
in ipſis defecit. Et clamauerūt ad domi-
nū cum tribularentur· et de neceſſitatibꝫ
eorū liberauit eos. Quos etiā hieremias
ita deſcribit. Beatus qui tulit iugum ab
adoleſcentia ſua· ſedebit ſolitarius ⁊ ta-
cebit· quia leuauit ſe ſuper ſe. Quiqꝫ il-
lud pſalmiſte affectu ⁊ opere ꝯcinunt.
Similis factus ſum pellicano ſolitudīs
Uigilaui ⁊ factus ſum ſicut paſſer ſoli-
tarius in tecto.

### De ſarabaitarū principio et cōuerſatione. Cap. vij.

Umqꝫ his duabꝫ pfeſſiōibꝫ mo-
nachorū religio chriſtiana gaude-
ret· cepiſſet āt in deterius paulatī h
qꝫ ordo recidere· emerſit poſt hec illud
deterrimū ⁊ infidele monachorū genus·

# De tribus generibus monachorũ

vel potius noxia illa plantatio rediuiua
concreuit· que per ananyam ⁊ ſaphyraȝ
in exordio eccleſie pullulans· apoſtoli pe
tri ſeueritate ſucciſa eſt· que inter mona-
chos tamdiu deteſtabilis execrãda ꝗȝ iu
dicata eſt· nec a quoꝗȝ vlterius vſurpa-
ta· ꝗȝdiu illius tam diſtricte formido ſen
tentie memorie fideliuȝ inſerta durauit·
qua beatus apoſtolus predictos noui fa
cinoris principes· non penitẽtia· nõ vlla
paſſus eſt ſatiſfactione curari· ſed perni
cioſiſſimũ germen celeri morte ſuccidit.
Illo igitur exemplo qđ in ananya ⁊ ſa-
phyra apoſtolica diſtrictione punitum
eſt· a nõnullorũ contẽplatiõe paulatim
longa incuria ⁊ temporis obliteratione
ſubtracto· emerſit iſtud ſarabaytarũ ge-
nus· qui ab eo ꝙ ſemetipſos a cenobiorũ
cõgregationibus ſequeſtrarẽt· ac ſigilla
tim ſuas curarẽt neceſſitates· egyptie lin
gue ꝓprietate· ſarabayte nũcupati ſũt·
de illorum quos prediximus numero ꝓ
cedentes· qui euangelicã perfectioneȝ ſi-
mulare potius ꝗȝ in veritate arripere ma
luerunt· emulatione ſcȝ eorum vel laudi
bus prouocati· qui vniũſis diuitijs mũ-
di perfectam chriſti preferũt nuditatem
Hi igitur dũ imbecillo animo rem ſum
me virtutis affectant· vel neceſſitate ad
hãc ꝓfeſſionẽ venire cõpulſi· dũ cenſeri
tñmodo noĩe monachoꝝ abſqȝ vlla ſtu
dio ꝑ emulatione feſtinãt· cenobiorũ nl-
latenus expetũt diſciplinã· nec ſeniorуȝ
ſubijciũtur arbitrio· vt eorum traditio
nibus inſtituti· ſuas diſcant vincere vo
luntates· nec vllam ſane diſcretionis
regulam legitima eruditione ſuſcipiunt
ſed ad publicam tantummodo· id eſt ad
hominũ faciẽ renũciãtes· aut ĩ ſuis domi-
cilijs ſub priuilegio huius noĩs iſdẽ ob
ſtricti occupatiõibꝫ pſeuerãt· aut ↄſtruẽ
tes ſibi cellulas eaſqȝ monaſteria nũcu-
pantes ſuo ĩ eis iure ac libertate ↄſiſtũt·
neqꝫ ꝗȝ euãgelicis preceptionibꝫ ſuccũ
bentes· vt nulla ſcȝ quotidiani vict⁹ ſol-
licitudine· nullis rei familiaris diſtentio
nibus occupentur. Qđ illi ſoli abſqȝ vl
la infideli dubitatiõe conſummãt· q̇ cũ-
ctis mũdi huius facultatibus abſoluti·
ita ſe cenobiorуȝ prepoſitis ſubdiderũt·
vt ne ſui q̇dẽ ipi⁹ fateãtur eſſe ſe dños·
Illi aũt qui diſtrictionẽ vt diximꝰ ceno-
bij declinãtes· bini vl' terni in cellulis cõ
morãtur· nõ contenti abbatis cura atȝ
imperio gubernari· ſed hoc precipue pro
curãtes· vt abſoluti a ſeniorũ iugo· exer
cendi voluntates ſuas· ac procedẽdi· vel
quo placuerit euagandi· agendi ve qđ
libitum fuerit habeant libertatem· etiam
amplius in operibus diurnis· ꝗȝ hi qui
in cenobijs degunt· diebus ac noctibus
conſumũtur· ſꝫ nõ ea fide eodemqȝ pro-
poſito. Hoc enĩ iſti faciũt· nõ vt fructuȝ
ſui operis ſubijciant diſpenſatoris arbi
trio· ſed vt acquirant pecunias quas re-
condant. Inter quos quantum interſit
aduertite. Illi nihil de craſtino cogitan-
tes· gratiſſimos deo ſudoris ſui offerunt
fructus· iſti vero nõ ſolum in craſtinũ ſꝫ
etiam in multorum annorуȝ ſpacia infi
delem ſollicitudinẽ prorogãtes· aut mẽ
dacem deũ aut inopem credunt· q̇ ꝓmiſ
ſam quotidiani victus atqȝ indumento
rum ſufficientiam prebere eis aut non
poſſit aut nolit. Illi hoc omnibus expe
tunt votis· vt nuditatem oĩm rerũ pau-
pertatemqȝ poſſideant· iſti vt oĩm copia
rum affluentiã conſequãtur. Illi ob hoc
certatim ſtatutũ tranſcendere canonem
diurnis operibus elaborant· vt quicq̇d
monaſterij ſanctis vſibus redũdarit· vl'
carceribus· vel xenodochio· vel noſoco-
mio· vel indigentibus ꝑ abbatis diſpen
ſetur arbitrio· iſti vt quicquid quotidia
ne ſuperfuerit gule· aut profuſiori profi-
ciat voluptati· aut certe filargirie vicio
recõdat. Poſtremo vt cõcedamꝰ ab iſtis
hec q̊ȝ q̃ nõ optimo ꝓpoſito ↄgeruntur·
meli⁹ ꝗȝ diximꝰ poſſe diſtribui· ne ſic quĩ
dẽ ad meritũ ỽtutis illi⁹ ac perfectionis
aſpirãt. Illi etẽĩ tãtos mõaſterio reddi-
t⁹ ↄferẽtes· eiſqȝ q̊tidie renũciãtes· ĩ tãta
ſbiectõis hũilitate ꝑdurãt· vt quẽadmo
dũ ſui· ita etiã eoꝝ q̃ ꝓꝓo ſudore ↄq̇rũt

poteſtate priuentur · abrenunciatiõis p̄
me feruorem · dum quotidie ſemetipſos
laboris ſui fructibus nudant · ingiter in-
nouãtes · iſti aũt in eo ipſo q̄ aliq̄d pau-
peribus largiuntur elati · in preceps q̄ti-
die collabũtur. Illos patientia atq̃ diſ-
trictio · qua taꝫ deuote in hac quã ſemel
arripuerũt profeſſione perdurant · vt nũ
q̃ ſuas expleant voluntates · crucifixos
huic mũdo quotidie viuoſq̃ martires
facit · hos arbitrij ſui tepor viuos ad in-
ferna demergit. Hec igitur duo genera
monachorum in hac quidem prouincia
equali ꝓpemodum numeroſitate inter ſe
cõtendunt · Ceterũ per alias regiões q̄s
me neceſſitas catholice fidei cõpulit per
agrare · iſtud tertium ſarabaytarꝫ genus
abundare ac ꝓpe ſolum eſſe cognouim⁹
Temꝑib⁹ ſiquidem lucij qui arriane ꝑ-
fidie ep̄s fuit · ſub valentis imperio cum
dyaconiã noſtris fratribus deferrem⁹ ·
his videlicet qui de egypto ac thebayda
fuerãt ob catholice fidei perſeuerantiam
metallis ponti atq̃ armenie relegati · licꝫ
cenobiorum diſciplinã in quibuſdaꝫ ci
uitatibus rariſſimã viderimus · anacho
retarũ tamen apud illos ne ipſum q̄deꝫ
nomen auditum fuiſſe cõꝑerimus.

## De quarto genere monachorũ Cap̃. viij.

Pyamon. Sane ẽ etiaꝫ aliud
q̃rtũ genus quod nuꝑ cernim⁹
emerſiſſe in his qui anachoreta
rũ ſibi ſpecie atq̃ imagine blandiũtur ·
q̄ q̃ in ꝑmordijs ſuis feruore quodã bre
ui · cenobij perfectionẽ videntur expetere ·
ſed continuo tepefacti · dũ priſtinos mo-
res ac vicia reſecare cõtemnũt · nec iugũ
humilitatis ac penitentie diutius ſuſti-
nere contenti ſunt · ſubdiq̃ ſeniorũ im-
perio dedignãtur · ſeparatas expetũt cel
las · ac ſolitarij ſedere deſiderant · vt ita
ſcꝫ a nemine laceſſiti · patientes · manſue
ti · ac humiles poſſint ab hominib⁹ eſtima-
ri. Que inſtitutio imo tepor eos quos ſe
mel infecerit · ad perfectionem nunq̃ per
mittit accedere. Hoc enim modo nõ ſolũ
nõ abſcidentur · veruẽtiã in deterius eo
rum vicia cõualeſcent · dũ a nemine pro
uocati · vt quoddã letale et inteſtinũ vi-
rus · quanto amplius celatũ fuerit · tãto
profundius ſerpẽs inſanabilem morbũ
generat egrotanti · Pro reuerentia eniꝫ
ſingularis celle · nullus iam vicia ſolita-
rij audet arguere · que ille ignorari malu
it q̃ curari. Porro virtutes nõ occulta
tione viciorũ · ſed expugnatione pariun
tur.

## Interrogatio quid interſit iter cenobiũ et monaſteriũ. Cap̃. ix.

Germanus. Eſt ne aliqua in-
ter cenobium monaſteriumq̃
diſtantia · an vtroq̃ nomine res
vna cenſetur.

## Reſponſio. Cap̃. x.

Pyamon. Licet a nõnullis ſo-
leant indifferenter monaſteria
pro cenobijs appellari · tamẽ h̄
intereſt · q̄ monaſteriũ nomẽ eſt diuerſo-
rij · nihil amplius q̃ locũ · id eſt habita-
tionem ſignificans monachoꝝ · cenobiũ
vero etiã profeſſionis ipſius qualitatem
diſciplinamq̃ deſignat. Et monaſteriũ
poteſt etiam vnius monachi habitatio
nominari · cenobiũ aũt appellari nõ põt
niſi vbi plurimoꝝ cohabitãtium degit
vnita cõmunio. Dicũtur ſane monaſte-
ria · etiã in quibus ſarabaytarũ collegia
cõmorantur.

## De humilitate vera et quomodo falſam cuiuſdam humilitatem prodiderit abbas ſerapiõ. Cap̃. xi.

Quamobrem q̄m̄ de optimo ge
nere monachorum video vos
profeſſionis huius arripuiſſe
principia · id eſt de laudabili cenobiorũ
paleſtra · ad excelſa faſtigia anachoreti
ce tẽdere diſcipline · humilitatis patien
tieq̃ virtutem · quam vos illic didiciſſe
non dubito · vero ſectamini cordis affec
tu · nõ eam ſicut quidam falſa humilia-
tiõe verbo ꝝ nec affectata atq̃ ſuꝑflua in

q̄buſdā officijs corpis ī cliatōe fingētes
Oz humilitatis figmentū abbas Sera/
pion quodam tpe elegāter irriſit. Cum
enim quidam ad eum ſummā ſui abiec/
tionē habitu ac verbis preferēs veniſſ₃·
eumq₃ ſenex ſm morē vt orationem col/
ligeret hortaret'· ille nequaq̄₃ annuēs de/
precāti· tantis ſe ſubijciens aſſerebat fla
gicijs innolutū· vt ne vſum quidē huius
cōmūis aeris capere mereret'· pſiathiū q̄₃
ipſius refugiens ſeſſionē· humi potius ī/
ſidebat· Cū vero etiā ad ablutionē pedū
multo minus prebuiſſet aſſenſum· tū ab
bas Serapion refectione tranſacta· col/
lationis conſuetudine prouocāte mone/
re eū benigne ac leniter cepit· ne ocioſus
ac vagus preſertim iuuenis tā robuſtus
inſtabili leuitate per vniuerſa diſcurre/
ret· ſed vt in cella reſidens. ſm regula₃ ſe
niorū ſuo potiꝰ ope q̄₃ aliena mallet mu/
nificētia ſuſtentari. Qđ ne paulus apo
ſtolus incideret· etquidem cū ei in euāge
lio laborāti hec prebitio merito deberet·
diebꝫ tamē ac noctibꝫ maluit operari· vt
quotidianū victū vel ſibi vel his q̄ eidē
miniſtrantes opus exercere nō poterant
ſuis manibus prepararet. Ad hec ille tā
ta eſt triſticia ⁊ dolore ſuppletus· vt ama
ritudinē corde cōcepta₃· ne vultu q̄dem
diſſimulare potuerit. Cui ſenex. hacte/
nus inquit o fili cunctis te facinorꝫ pon/
deribus onerabas· nō metuens ne cōfeſ/
ſione tam attrocium criminū· notā exiſtia
tiōis incurreres· q̄d queſo nūc eſt quod
ad ſimplicē ammoniciūculā noſtrā· que
tamē in ſe nō modo nullū opprobriū· ſ₃
etiā edificationis habuit ac dilectionis
affectū· tanta te video indignatiōe per/
motū· vt eam ne vultu q̄dē occulere· aut
frontis ſerenitate diſſimulare potueris.
An fortaſſe dū te humiliabas illa₃ expe/
ctabas a noſtro ore ſententiā iuſtus ac/
cuſator ſui eſt in pͥmordio ſmonis. Pro
inde vera eſt cordis humilitas r̄tinēda·
q̄ nō de affectata corporis atq₃ verborū
ſed de intima mētis humiliatione deſcē/
dit. Que tunc demū euidentiſſimis pa/
tientie ſue fulgebit indicijs· cum quis nō
ipſe de ſe crimina ab alijs nō credenda ia
ctauerit· ſed ab alijs ſibimet arrogauter
ingeſta cōtempſerit· et irrogatas iniuri
as manſueta cordis equanimitate tole/
rauerit.

## Interrogatio queadmodu₃ vera patientia poſſit acquiri. Cap. xij.

GErmanus. Quemadmodū
acq̄ri vel retineri poſſit iſta trā
quillitas optamus agnoſcere·
vt ſicut indicto nobis ſilentio· oris clau/
ſtra precludimus· verborūq₃ licentiā co
ercemus· ita etiā cordis leuitatē cuſtodi
re poſſimus· qđ nōnunq̄₃ etiam cum lin
gua refrenatur· intrinſecus tamen ſtatū
ſue placiditatis amittit. Et idcirco mā
ſuetudinis bonum nō alias tenere quē/
piam poſſe· niſi remotione celle ac ſolita
rio putamus habitaculo.

## Reſopnſio. Cap. xiij.

PYamon. Patiētia vera atq₃
tranquillitas· abſq₃ profunda
cordis humilitate nec acq̄rit'
nec tenet'. Que ſi de hoc fonte deſcēderit·
nec bñficio celle nec profugio ſolitudis
indigebit. Nō enī patrociniu₃ cuiuſq₃
rei extrīſecus q̄rit· q̄ hūilitatꝭ· id eſt· gene
ratricis atq₃ cuſtodis ſue intrinſecꝰ vtu/
te fulcitur. Ceterū ſi mouemr ab aliq̄ la/
ceſſiti· certū eſt nō eē in nob hūilitatꝭ fun
damēta firmit' ſtabilita· ⁊ iō ad incurſu₃
vel exigue tēpeſtatꝭ· edificiū nr̄m ruinoſa
cōmotiōe ꝯcutit'. Nō enī eſſet laudabil'
nec admirāda patiētia· ſi nullꝰ inimicorꝫ
iaculis impetita trāq̄llitatis ꝓpoſitū re/
tētaret· ſꝫ ī eo ē pclara atq₃ gl'ioſa· qđ irruē
tibꝫ in ſe tēptationū ꝓcellis īmobilis per
ſeuerat. Nā in q̄ vexari frangiq₃ aduer
ſitatibꝫ creditur· in eo potius roborat' et
in eo magis acuit' in q̄ putat' obtundi·
A paſſionibꝫ enī ⁊ ſuſtētatiōe patiā₃ di/
ci nullꝰ ignat· iōq₃ cōſtat patientē pro/
nūciari neminē poſſe· niſi cū qui vniuer/
ſa que ſibi fuerint irrogata· abſq₃ indig
natione tolerauerit. Et ideo nō imerito

de humilitate

ita a ſalomone laudat᷑. Melioꝛ ē patiēs
foꝛte· et qui cōtinet iram capiēte vrbem.
Et iterū. Lōganimis vir nimius in pꝛu
dētia· puſillanimis aūt valde inſipi-
ens eſt. Cū ergo q̇s victus iniuria iracū
die igne ſuccenditur· non cauſa peccati
ei⁹ acerbitas illate ꝯtumelie extitiſſe cre-
denda eſt· ſꝫ potius manifeſtatio infirmi-
tatis occulte· ſm̄ illā parabolā dn̄i ſal
uatoꝛis quā ꝺ̄ duabus domibus ponit·
vna que fūdata erat ſupꝛa petrā· et alia
que ſup̱ arenā· q̇bus equaliter dicit· plu
uiarū ac fluminū vel tempeſtatum turbi
nes irruiſſe· ſꝫ illam q̄ in petre ſoliditate
fundata ē nihil penitus detrimēti ex illa
tam violenta colliſione ſenſiſſe· q̄ vero ī
arenarū pēdula mobilitate cōſtructa eſt
ſtatim fuiſſe collapſā. Quā vtiqꝫ appa
ret nō ꝓpterea coꝛruiſſe· qꝛ imbrium vel
toꝛrentiū inundatione pulſata; ſꝫ qꝛ ſup̱
arenā impꝛudēter eſt ſtructa. Nō enī in
hoc differt a peccatoꝛe vir ſanctus· qꝛ nō
ſimiliter ⁊ ipſe temptetur· ſed qꝛ hic etiā
magnī pugnatiōe nō vincit᷑· ille aūt etiā
parua temptatione ſuperat᷑. Neqꝫ enī
eſſet vt diximus iuſti alicuius viri lau-
dabilis foꝛtitudo· ſi vinceret intempta-
tus· cū vtiqꝫ victoꝛia locum habere non
poſſit abſqꝫ aduerſitate certaminū. Be
atus enī vir q̇ ſuffert temptationē· quia
cū pꝛobatus fuerit accipiet coꝛonā vite·
quam repꝛomiſit deus diligentibus ſe.
Scd̄m apoſtolū quoqꝫ paulū· virt⁹ nō
in ocio atqꝫ delicijs· ſꝫ in infirmitate per-
ficitur. Ecce enī inquit dedi te hodie in ci
uitatē munitā· et in colūnam ferreā· ⁊ in
murū ereū· ſuper omnē terrā regib⁹ iuda·
pꝛincipibus eius ⁊ ſacerdotibus eius·
et omi populo terre et bellabūt adūſum
te· et nō pꝛeualebūt· quia ego tecum ſū
vt ernā te dicit dn̄s.

## De exemplo patientie cuiuſdā religioſe femine. Cap. xiiij.

exēplū patiētie cuiuſdā mulieris

Huius ergo patientie volo vob
dno ſaltē exēpla ꝓponere· vnū
religioſe cuiuſdam femine· que
patiētie virtutē tanta auiditate ſectata
eſt· vt nō ſolum temptationū nō vitaret
incurſus· ſꝫ etiā occaſiones moleſtiarum
ſibimet ꝓcuraret· q̇bus frequētius inſti-
gata nō cederet. Hec namqꝫ cū alexan-
drie cōmaneret· eſſetqꝫ nō obſcuris oꝛta
maioꝛibus· atqꝫ in domo que ſibi fuerat
a parentibus derelicta religioſe dn̄o de-
ſeruiret· veniēs ad beate memoꝛie atha-
naſium ep̄m· pꝛecabatur vt aliquā ſibi
alendam viduā daret· q̄ eccleſiaſticis ſū
ptibus paſcebatur. Et vt petitionē eius
verbis ipſius expꝛimamus· da inquit mi
hi aliquā de ſoꝛoꝛibus in qua repauſē.
Sacerdos igit᷑ cū laudaſſet ꝓpoſitum
femine qꝛ eā ad opus miſcdie vidiſſet eē
pꝛomptiſſimā· iuſſit ex omib⁹ eligi vidu
am· q̄ ⁊ honeſtate moꝛū et grauitate ac diſ-
ciplina omib⁹ pꝛeferret᷑· ne foꝛte deſideri-
um largitatis percipientis vicio vincere
tur· et que mercedē quereret in egena dā
num fidei prauis eius offenſa moꝛibus
pateretur. Cui cū domū adducte omni-
bus deſeruiret obſequijs· virtutē mode
ſtie eius ac lenitatis experta· videnſqꝫ ſe
ab ipſa momētis ſingulis gratiarū actio
ne ꝓ officio humanitatis honoꝛari· poſt
dies paucos ad memoꝛatū reuertitur ſa
cerdotē· rogauerā inquiens vt m̄ dari p̄
cipes quā ego reficerē et cui moꝛigeris
famularer obſequijs. Cumqꝫ ille necdū
ꝓpoſitū femine ac deſiderium intelligēs
eſtimaſſet petitionē ei⁹ diſſimulatiōe p̄po
ſiti fuiſſe neglectā· cauſaſqꝫ moꝛe illi⁹ nō
abſqꝫ animi ſui cōmotione perquirēs· ꝓ
tinus agnouiſſet honeſtioꝛē ei ceteris vi-
duā deputatā· occulte pꝛecepit vt ea illi
que eſſet cunctis nequioꝛ traderet· q̄ ſcili-
cet vel iracundia vel rixis vel violentia
ſeu verboſitate atqꝫ etiam vanitate cun
ctas quibus hec vicia dn̄arentur excede
ret. Quā cum multo facilius inuentam
ſibiqꝫ traditā domi habere cepiſſet· atqꝫ
eadem ei diligētia qua pꝛioꝛi illi vidue
vel etiā ſtudioſius miniſtraret· hoc ſolū
ab ea ꝓ tātis obſeq̇js recipiebat grē· vt
īdignis iugit᷑ afficeret᷑ iniurijs· ꝯuicijs q̄
ab ea expꝓbratiōibuſqꝫ ꝯtinuis vexaret᷑·

# De tribus generibus monachoꝝ

obijciendꝫ ei et maledictis obtrectationi/
bus increpantis· eo ꝙ ſe nõ ad refrigeri/
um ſed potius ad cruciatũ ⁊ ꝯtumeliaꝫ
ab ep̃o popoſciſſet· magiſqꝫ ſe de requie
ad laborem ꝙꝫ de labore tranſtuliſſet ad
requiem. Cum ergo aſſiduitas iurgioꝝ
eo vſqꝫ ꝓrumperet· vt ne ab iniectione q̇
dem manuũ procax mulier temperaret·
illa aũt humilioris obſequij ĩgeminaret
officia· nõ furentẽ vincere renitendo· ſꝫ
ſemetipſam humilius ſubijciendo diſce/
bat. vt multimodis indignatiõibus la/
ceſſita· iurgãtis ĩſaniã humanitatꝫ mã
ſuetudine deliniret. Quibus ad plenuꝫ
exercitijs cõfirmata· perfectãqꝫ virtutẽ
deſiderate patiẽtie ꝯſecuta· ad memora/
tum ſacerdotẽ· taꝫ ꝑ electionis illius iu
dicio ꝙꝫ etiã pro beneficio exercitationis
ſue· gratias relatura perrexit· eo ꝙ bm de
ſideriũ ſuũ tandem ei magiſtrã patiẽtie
digniſſimã prouidiſſet· cuiꝰ iniurijs iu/
gibus· vt quodã paleſtre oleo quotidie
roborata· ad ſummã animi patientiam
perueniret· tandem inquiẽs dediſti mi/
hi in qua repauſarem· nã illa prior ſuis
me potius honorabat ac refrigerabat ob/
ſequijs. Hec de ſexu muliebri dixiſſe ſuffi/
ciat· vt cõmemoratione hac nõ ſolũ edi/
ficemur· verũ etiã ꝯfundamur. q̇ niſi fu.
erimus ad ferarũ morẽ retruſi in caueaſ:
cellularum· patientiã retinere non poſſu.
mus.

## De exemplo patientie Abbatiſ paſuntij. Cap. xv.

Nunc aliud abbatꝫ paſuntij pã
damus exemplũ. Qui in illius
inſignis ⁊ vbiqꝫ predicabilis
ſchytiotice heremi in qua nũc preſbiter
eſt ſecretis· tanto ſtudio ſemper inſedit·
vt ci ceteri anachorete bubali ꝯgnomẽ ĩ
diderint· eo ꝙ ingenito vt ita dixerĩ deſi
derio· ſolitudinis ſemꝑ habitatiõe gau/
deret. Itaqꝫ eũ tante ĩ puericia ſua eſſet
virtutis ⁊ gratie· vt etiã preclari ac ſum
mi id tp̃is viri· grauitatẽ eius ⁊ immo/
bilẽ conſtantiã mirarẽtur· cũqꝫ licet mi
nor eſſet etãte· pro virtutũ tamen meri/
to ſenioribꝫ exequarẽt· ſuoqꝫ ordini di/
cerent inſerendum· liuor ille qui aduẽſuꝫ
Joſeph patriarcham fraternos quõdã
animos inſtigauit· quendã de nũero fra
trũ edacis ȩli igne ſuccendit. Qui neuo
quodam ac macula pulchritudinẽ eius
cupiens deformare· hoc genus maligni/
tatis excogitat. vt oportunitatẽ temporꝭ
captaret· quo paſuntius ad eccleſiã die
dominico ꝓceſſurus abeſſet a cella. In
ſe celſitudine conferētes· paruitatē nr̄aꝫ
nō ſolum ad illa nō poſſe proficere· verū
etiā ab eo qđ eſt deterius deficere poſſe
ſentimus. Nam ponderibus nimie de-
ſperationis oppreſſi · quodāmodo de in
fimis ad inferiora ꝓlabim̄ · Vnū ꝓinde
ac ſingulare preſidium medelā nr̄is pōt
conferre vulneribꝫ· vt de fine penitētie et
maxime de ſatiſfactiōis indicio aliq̄ diſ
camus· vt certi de remiſſione precedenti
um delictorū· poſſimus etiā ad conſcēdē
da faſtigia predicte perfectiōis aīari.

## Reſponſio de humilitate inter-rogationis noſtre. Cap. iiij.

Pynufius. Delector quidē ad
modum copioſis hūilitatis ve
ſtre fructibꝫ· q̊s etiam cellule illi
us quondā habitatione ſuſceptus nō ī-
curioſa eſtimatiōe perſpexi· valdeqꝫ con
gaudeo· quia id qđ a nobis oīm chriſti-
anorū infimis ſola forſitan verboꝝ liber-
tate precipit̄· tanta admiratione ſuſcipi
tis· vt cum ea ſi nō fallor haud ſegnius
q̄ꝫ a nobis dicta ſunt impleatis· cūqꝫ ſic̄
memini labore opis vr̄i pene dictoꝝ no
ſtroꝝ exequet̄ induſtria· ita meritum ve
ſtre virtutis occulitis tamq̄ꝫ ſi nulla ad
vos eoꝝ que quotidie exercetis aura ꝑ-
uenerit. Sed quia idipm̄ ſumma laude
digniſſimū eſt· qđ veluti adhuc rudes in
cognita vobis eſſe iſta ſanctoꝝ inſtituta
teſtamini· id qđ a nob̄ ſedulo poſtulatis
breuiter vt poſſumus cōplectemur. Ne
ceſſe eſt enī vt vltra poſſibilitatē noſtraꝫ
atqꝫ virtutē· antiq̄ familiaritatis veſtre
pareamus imperio. Itaqꝫ de penitentie
exhortatione vel merito multi nō ſolū di
ctis verūetiā ſcriptis plurima vulgaue-
rūt· mōſtrantes quāta eius vtilitas· q̄n-
ta virtus· quātaqꝫ ſit gr̄a. ita vt deo pre
teritꝭ facinoribus offenſo· tamqꝫ iuſtiſſi-
mā penā ꝓ tantis criminibus inferenti·
ſi dici fas eſt quodāmodo obſiſtat· ⁊ q̄ſi
inuiti vt ita dixerim dexterā ſuſpēdat vl
toris· Verum hec omnia vobis· vel ꝓ ſa
pientia ſupernaturali· vel pro indefeſſo
ſacrarū ſtudio literarū ita cognita eē nō
ambigo· vt de his prima plātatio veſtre
cōuerſationis inoleuerit. Deniqꝫ nō de
penitētie qualitate· ſed de eius fine ac ſa-
tiſfactiōis īdicio ſolliciti· id qđ ab alijs
pretermiſſum eſt ſagaciſſima interrogati
one diſquiritis. Quapropter om̄i breui
tate atqꝫ cōpendio ꝓpoſitiōis veſtre deſi
derio ſatiſfacere nitimur.

## De modo penitentie ⁊ indulgē tie documento. Cap. v.

Penitētie plena ⁊ ꝑfecta diffini-
tio eſt· vt peccata ꝓ quibꝫ peni-
tudineꝫ gerimus· vel quibꝫ nr̄a
conſciētia remordet̄· neq̄q̄ꝫ vlterius ad
mittamus. Indiciū ꝟo ſatiſfactiōis ⁊ ī
dulgētie eſt· affectus quoqꝫ eorū de nr̄is
cordibꝫ expuliſſe. Nouerit enī vnuſquiſ
qꝫ nec dū ſe peccatis priſtinis abſolutū·
q̄ꝫdiu ſibi ſatiſfactiōi ⁊ gemitibꝫ incubā
ti· vel illoꝝ q̄ egit vel ſimiliū criminū an-
te oculos imago preluſerit· eorūqꝫ nō di
cā oblectatio· ſꝫ vel recordatio infeſtaue-
rit mētis archana. Itaqꝫ tūc ſeis q̇ ꝓ ſa
tiſfactione ꝑuigilat· a criminibꝫ abſolu
tū. ac de preteritꝭ admiſſis veniā ꝑcepiſſe
ꝯgnoſcat· cū neq̄q̄ꝫ cor ſuū eorū dē vicio
rū illecebris ſenſerit vel imaginatiōe per
ſtrigi. Quāobrē veriſſimus q̇dā exami-
nator pn̄ie. ⁊ iudex indulgētie in ꝯſcīa re
ſidet ur̄a· q̇ abſolutionē reatꝰ ur̄i an̄ co-
gnitiōis ⁊ iudicij diē adhuc nob̄ in hac
carne cōmorātibꝫ detegit· ⁊ finē ſatiſfa-
ctiōis ac remiſſiōis g̃tiā pandit. Et vt hꝫ
eadem que dicta ſunt ſignificantius ex-
primātur· tum demū preterita nobis vi
ciorum contagia remiſſa credēda ſunt·
cum fuerint de corde noſtro preſentium
voluptatū deſideria parit̄ paſſioneſqꝫ
depulſe.

## Interrogatio an reminiſcenda ſint pro cordis compunctione peccata. Cap. vi.

Germanus. Et vnde nob̄ gi-
gni poterit humiliationis illa
ſancta ſalutariſqꝫ cōpunctio·

que ex perſona penitentis ita deſcribit. pct̄m meū cognitū tibi feci· et iniuſtitiā meā nō operui· dixi pronūciabo aduſuʒ me iniuſticiā meā dn̄o· vt illd q̄ʒ qd ſeq̄t efficacit' dicere merear̄· ⁊ tu remiſiſti impietatē cordis mei: vl' queadmodū in oīoe pſtrati noſmetipos ad cōfeſſionis lacrymas valebimus excitare per quas delictoꝝ veniaʒ cōſeq̄ mereamur· ſm illud. lauabo per ſingulas noctes lectū meuʒ· lachrymis meis ſtratuʒ meum rigabo· ſi peccatorum noſtrorum memoriā de noſtris cordibus extrudamus. Quā iubemur econtrario tenaciter cuſtodire dicēte domino. Et iniquitatū tuarum nō recordabor· tu vero memento. Ob quā reʒ nō ſolum operans· verūetiaʒ orās ad peccatorum meorū recordationē mentē meam de induſtria reuocare contendo· vt ad humilitatem verā ⁊ contritionem cordis efficacius inclinatus· audeaʒ dicere cum pp̄heta. Uide humilitatē meā et laborē meū· et dimitte oīa pct̄a mea.

## Reſponſio quouſq̄ʒ anteriorū actuū recordatio ſit habenda. Cap. vij.

Pynufius. Interrogatio vr̄a vt iam ſupra dictum eſt non de penitentie qualitate· ſed de eius fine propoſita eſt· et de ſatiſfactionis indicio· ad quā cōgrue vt arbitror conſequenterq̄ʒ reſponſum eſt· Ceteruʒ h' qd de peccatorū recordatiōe dixiſtis· vtile ſatis ac neceſſariū eſt· ſed adhuc agentibꝫ penitentiam· vt cum iugi pectoris ſui cōtuſione proclamēt. Quoniā iniquitatē ego cognoſco· et peccatū meū ɔtra me ē ſemper. Jlld et adijciāt. Et cogitabo ꝓ pctō meo. Dū ergo agimus penitentiā· ⁊ adhuc vicioſoꝝ actuū rcordatōe mordemur· neceſſariū eſt vt ignē conſciē nr̄e obortus ex confeſſione culpe lachrymaꝝ imber extinguat. Cuʒ vero cuiq̄ʒ in hac hūilitate cordis ⁊ ſpūs ɔtritione deſido· atq̄ʒ in laboꝛe ⁊ gemitu perdurāti· horū recordatio fuerit conſopita· et cōſciē ſpina de medullis anime gratia dei miſerātis euulſa· certū eſt eū ad ſatiſfactiōis finem atq̄ʒ indulgētie merita perueniſſe· et ab vniuerſorū criminū labe purgatū. Ad quā tamen obliuionē nō alias puenitur· niſi per obliterationē vicioꝝ atq̄ʒ actuū priſtinoꝝ· et perfectā cordis atq̄ʒ integrā puritatē· quā ſine dubio nullꝰ eorum qui per ignauiā ſiue contemptū vicia ſua purgare neglexerit aſſequet'· niſi qui gemitus atq̄ʒ ſuſpiria meſta iugitate continuās omnē ſordiū priſtinaruʒ excoxerit labem· et virtute animi atʒ opere ꝓclamauerit ad deū. Delictū meū cognituʒ tibi feci ⁊ iniuſticiam meam non operui. Et fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte· vt conſequent' mereatur audire. Quieſcat vox tua a ploratu· ⁊ oculi tui a lachrymis· quia eſt merces opis tui ait dn̄s. Jlld quoq̄ʒ ſimilit' ad eū voce dn̄i dirigat'· deleui vt nubē iniq̄tates tuas· et q̄ſi nebulā peccata tua. Et iterū. Ego ſuʒ qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me· ⁊ pctōꝝ tuoꝝ iā nō recordabor· et ita funiculis pctōꝝ ſuoꝝ qbꝰ vnuſq̄ſq̄ʒ ɔſtringit' abſolutus· dn̄o cū oīmi grāꝝ actiōe cātabit. Dirupiſti vincula mea· tibi ſacrificabo hoſtiā laudis.

## De diuerſis penitentie fructibus· Cap. viij.

Poſt illam nāq̄ʒ generalem baptiſmi gratiā· et illud precioſiſſimū martirij donū qd ſāguinis ablutione conquiritur· multi ſunt penitentie fructus· per quos ad expiationem criminū peruenitur. Non eni tantū ſimplici illo pn̄ie noīe ſalus eterna repromittitur· de q̄ btūs apl's petrus. Penitemini inq̄t ⁊ ɔuertimini vt deleantur pctā vr̄a· Et iohānes baptiſta vel ipe dn̄s. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Sed etiam per charitatis affectum peccatorum moles obruitur· charitas enim operit multitudinē pctōrum. Similiter etiā per elemoſynarū fructū vulneribus noſtris medela pſtat'· q2 ſicut aqua extinguit ignem· ita elemoſy

na extinguit peccatum. Ita ꝛ per lachry
marum profuſionem conquiritur ablu-
tio peccatorum. Lauabo enim per ſingu-
las noctes lectum meum· lachrymis me
is ſtratum meū rigabo. Deniq; oſtendit
eas ſubiungens non inaniter fuiſſe pro-
fuſas. Diſcedite inquiēs a me omnes q̄
operamini iniquitatē· quoniā exaudiuit
dn̄s vocē fletus mei. Necnon per crimi-
nū confeſſionē eoꝝ abolitio conceditur.
Dixi enī ait pronūciabo aduerſū me in
iuſticiam meā dn̄o: et tu remiſiſti impie
tatē cordis mei. Et iterū. Narra tu iniq̄
tates tuas p̄mus vt iuſtificeris. Per af
flictionē quoq; cordis ꝛ corporis admiſ
ſorū ſcelerū remiſſio ſimiliter obtinetur.
Nam vide inquit humilitatem meam
et laborem meum· et dimitte omnia pec
cata mea· Precipue q; per emendatio-
nem morum. Nam auferte inquit ma-
lum cogitationum veſtrarū ab oculis
meis· quieſcite agere peruerſe· diſcite be-
nefacere· q̄rite iudiciū· ſubuenite oppreſ-
ſo· iudicate pupillo· defendite viduā· et
venite ꝛ arguite me dic̄ dn̄s Et ſi fuerint
peccata veſtra vt coccinū· velut nix deal
babūtur· et ſi fuerint rubra qua ſi vermi-
culus· velut lana alba erūt. Interdū eti
am interceſſione ſanctoꝝ impetratur ve-
nia delictoꝝ· qui enī ſcit fratrē ſuū pecca
re peccatū nō ad mortē· petat ꝛ dabit ei
vitā deus peccāti nō ad mortē. Et iteꝝ.
Infirmatur q̄s ex vobis· inducat p̄ſbi-
teros eccleſie ꝛ orent ſuper eū. vngentes
eū oleo in noīe dn̄i· et oratio fidei ſalua-
bit infirmū· et alleuabit eum dn̄s· et ſi in
peccatis ſit dimittentur ei· Nōnū q; mi
ſericordie ac fidei merito labes excoquit'
vicioꝝ· ſm̄ illud· Per miſc̄diam ꝛ fideꝫ
purgātur peccata· Per cōuſionē plerū-
q; et ſalutē eoꝝ qui noſtris monitis ac p̄
dicatione ſaluātur· q̄m qui cōuerti fece-
rit peccatorē ab errore vie ſue ſaluat ani
mā eius a morte ꝛ operit multitudinem
peccatorū. Per indulgentiā nihilomi-
nus ꝛ remiſſionē noſtrā· ad indulgentiā
noſtroꝝ facinoꝝ peruenit· Si enī dimiſe
ritis hominibus peccata eoꝝ· dimittet et
vobis pater veſter celeſtis delicta vr̄a.
Videtis ergo quantos miſc̄die aditus
patefecerit clemētia ſaluatoris· vt nemo
ſalutem cupiēs deſperatione frangatur
cum videat ſe tantis ad vitam remedijs
inuitari. Si enī pro infirmitate carnis
afflictione ieiunioꝝ abolere te peccata
non poſſe cauſaris· nec potes dicere· ge-
nua mea infirmata ſunt a ieiunio· ꝛ caro
mea immutata eſt propter oleū· quia ci
nerem tanq; panem manducabam· ꝛ po
tum meum cum fletu miſcebam· elemoſi
narum ea redime largitate. In digentiſſi
nō habes qđ impartias· licet nullum ab
hoc opere neceſſitas inopie ac paup̄tatis
excludat· quādoquidem ꝛ illius vidue
duo tantū era· ingentibus diuitum mu-
neribus preferantur· et pro calice aq̄ fri
gide mercedem ſe redditurū dn̄s repro
mittat· certe abſq; illis morū poteris emē-
datione purgari. Qz ſi perfectionem vir
tutum extinctione viciorum omniū non
potes adipiſci· ſollicitudinē piā erga vti
litatem aliene ſalutis impende. Si autē
te idoneum huic miniſterio non eſſe con
quereris· operire peccata poteris charita
tis affectu. In hoc quoq; ſi te fragileꝫ fe
cerit quelibet mentis ignauia· oratione
ſaltem atq; interceſſione ſanctorū reme-
dia vulneribꝫ tuis humilitatis affectu
ſubmiſſus implora. Poſtremo quis eſt
qui nō poſſit ſuppliciter dicere. Pctm̄
meū cognitum tibi feci· et iniuſticiā meā
nō operui. vt per hanc confeſſioneꝫ etiā
illud confidenter ſubiungere mereat' Et
tu remiſiſti impietatem cordis mei. Qz ſi
verecundia retrahente reuelare ea coraꝫ
hominibus erubeſcis· illi quem latere nō
poſſunt confiteri ea iugi ſupplicatiōe nō
deſinas ac dicere. Iniq̄tatem meaꝫ ego
ꝯgnoſco· et peccatum meū contra me eſt
ſemper· tibi ſoli peccaui· ꝛ malum coraꝫ
te feci· qui et abſq; vllius verecūdie pub
licatiōe curare ꝛ ſine īꝑperio pctā dona
re ꝯſueuit. Poſt iſtud quoq; tam prom
ptum certumq; ſubſidiuꝫ· aliud quoq;

adhuc facilius largita eſt nobis diuina
dignatio. ipamqꝫ remedij opem noſtro
cõmiſit arbitrio· vt indulgentiã noſtro-
rũ ſcelerum pro noſtro preſumam⁹ affe-
ctu. dicẽtes ei. Dimitte nobis debita no
ſtra· ſicut ⁊ n. d. debi. noſtris. Quiſquis
igitur ad indulgentiã ſuorum criminũ
deſiderat peruenire· iſtis ſemetipm apta
re ſtudeat inſtrumẽtis· nec obdurati cor
dis peruicacia a remedio ſalutari fontẽ
tãte pietatis auertat. quia etiã ſi hec oĩa
fecerimus· nõ erunt idonea ad expiatio
nem ſcelerũ noſtrorũ· niſi ea bonitas dñi
clementiaqꝫ deleuerit. Qui cuꝫ religioſi
conatus obſequia ſupplici mẽte a nobis
oblata perſpexerit· exiguos paruoſqꝫ co
natus imenſa liberalitate proſequit͛ di-
cens. Ego ſum ego ſum qui deleo iniq-
tes tuas ꝓpter me· ⁊ peccatoꝝ tuoꝝ iam
nõ recordabor. Ad hunc ergo quẽ predi-
ximus ſtatum quiſqꝫ conſcenderit· ſatiſ-
factionis gratiã quotidianis ieiunijs et
mortificatõe cordis ⁊ corporis aſſequit͛·
qꝛ ſcriptũ ẽ. Sine ſãguinis effuſiõe ñ fit
remiſſio· Nec immerito Caro ei ⁊ ſanguis
regnũ dei poſſidere ñ pñt. Et ideo quiſ-
quis ab huius ſanguinis effuſione gla-
diũ ſpũs qđ eſt verbũ dei voluerit inhi-
bere· abſqꝫ dubio illa hieremie prophete
maledictione plectetur. Nam maledict⁹
inquit qui prohibet gladium ſuũ a ſan-
guine. Hic namqꝫ eſt gladius qui illuꝫ
noxiũ ſanguinẽ quo aĩatur materia pec
catorum ſalubriter fundens· quicquid
repperit in membris anime noſtre carna-
le terrenũ ve concretũ· reſecat ⁊ abſcidit
ac mortificatos vicijs viuere deo ⁊ ſpi-
ritalibus facit vigere virtutib⁹· et ita iaꝫ
nõ recordatione veteris admiſſi· ſ; ſpe fu
turorum gaudiorũ flere incipiet· nec taꝫ
de preteritis malis qꝫ de futuris ſeu ven
turis cogitans bonis· nõ ex peccatoꝝ me
rore lachrymas· ſed ex eterne illi⁹ leticie
alacritate profundit· atꝫ obliuiſcens ea
que poſteriora ſunt· id ẽ carnalia vicia·
ad ea que ĩ ante ſunt extẽditur· hoc ẽ ſpi-
ritalia dona atqꝫ virtutes.

Qꝫ vtilis ſit profectus obliuio peccati· et qꝫ flagiciorũ recordatio ſit vitãda. Cap. ix.

Ceterũ qđ paulo ante dixiſti· te
etiam de induſtria preteritoruꝫ
peccatorum memoriã retracta-
re· hoc fieri nõ oportet· quinimo etiã ſi vi
olenter irrepſerit protinus extrudatur.
Multum namqꝫ retrahit mentẽ a contẽ
plationis puritate eius precipue q̃ in ſo
litudine cõmoratur· implicãs eam ſordi
bus mundi huius ⁊ prouocans fetore vi
ciorum. Dum enĩ recolis ea que ſm prĩ-
cipem ſeculi huius ſiue per ignorantiaꝫ
ſiue per laſciuiam cõmiſiſti· vt concedaꝫ
tibi quod in hac cogitatione poſito oble
ctatio nulla ſubrepat· certe antique pu-
tredinis vel ſola contagio neceſſe eſt vt
fetido mentem fetore corrũpat· et ſpirita-
lem virtutuꝫ fragrantiã· id eſt· ſuauita
tem boni odoris excludat. Cum ergo p-
teritorum memoria vicioruꝫ pulſauerit
ſenſum· ita ab ea reſiliendum eſt ſicut re
fugit vir honeſtus et grauis ſi impudice
ac procacis femine in publico aut collo-
quijs aut amplexib⁹ appetatur. Qui vti
qꝫ niſi ſe a contactu eius feſtinus abſtra-
xerit. et vel breuiſſimã moram inhoneſte
cõfabulationis admiſerit· etiam ſi cõſen
ſum ĩpudende reſpuat voluntatis· infa
mie tamen ac reprehenſionis notam cũ-
ctorum pretereuntiũ iudicio nõ euadit.
Ita igit͛ etiã nos opꝫtet cuꝫ fuerimus in
huiuſmodi cogitationes peſtifera recor
datione deducti· raptim ab earum con
templatione diſcedere· et implere illud
quod a ſalomone precipitur. ſed exili in-
quit· noli demorari in loco eius· neqꝫ in-
tendas oculum tuũ in eam· ne videntes
nos angeli immũdis ac turpib⁹ cogita
onibus inuolutos· nõ poſſint de nobis
pretereũtes dicere. Benedictio domini
ſuper vos· benediximus vob in noĩe domi
ni. Impoſſibile namqꝫ eſt mentem bonis
cogitationibus inmorari· cum pricipa-
le cordis ad turpes atqꝫ terrenos intui-
tus fuerit deuolutum. Vera eſt enĩꝫ illa

ſalomōis ſnīa· ocl̄i tui cū viderīt alienā·
os tuū tūc loquet̄ prauā· ⁊ iaceb̄ tāq̄ ī
corde mar̄ ⁊ ſicut gubernator in magna
tempeſtate· dices aūt percuſſerūt me· ſed
nō dolui· et deluſerūt me· ego aūt neſciui
Derelictis ergo nō ſolum turpibꝫ ſ3 etiā
terrenis cogitationibꝫ vniuerſis· erigen/
da eſt ſemper ad celeſtia noſtre mētis in-
tentio· ſcḋm ſaluatoris noſtri ſententiam.
Ubi eī ego ſū ī q̄ ⁊ illic ⁊ miniſter meꝰ erit·
Solet enī frequēter accidere· vt dum vl̄
ſuos vel alioꝝ lapſus imperitoꝝ q̄ſpiā
miſerantis retractat affectu· ipē etiam ſb
tiliſſimi teli voluptuario perſtringatur
aſſenſu· et initiū ſub ſpecie pietatis exor-
tū· obſceno ac noxio fine cōcludat. Sūt
enī vie que vident̄ apud homines recte·
nouiſſima aūt earū veniēt in pfundum
inferi. Qua ppter ſtudendum eſt nob
vt virtutū potius appetitu et deſiderio
regni celorū· q̄ noxijs viciorū recordati
onibꝫ noſmetipſos ad cōpunctionē lau-
dabilem prouocemus· q2 neceſſe eſt tādiu
quēpiam peſtilentiſſimis cloace fetoribꝫ
prefocari· quādiu ſupra eam ſtare vel ce
num eius voluerit cōmouere

## De ſatiſfactiōis indicio et obliuione preteritorum criminum. Cap. x.

Nouerimus aūt nos vt ſepe diximus· tūc demū pro preteritis ſa-
tiſfeciſſe peccatis· cū ipſi motus
atq̄ affectus per quos penitenda cōmi-
ſimus· fuerint de noſtris cordibꝫ ampu-
tati. Qḋ tamen nullus obtinere poſſe ſe
credat· q̄ nō prius ipſas cauſas atq̄ ma
terias p quibus in illa collapſus eſt cri-
mina· omi ſpiritus feruore ſucciderit. vt
verbi gratia· ſi in fornicationē vel adul-
teriū perniciosa feminarū familiaritate
collapſus eſt· ſumma feſtinatiōe etiā ip-
ſum earū deuitet aſpectū· aut certe· ſi per
abundantiā vini epularūq̄ eſt nimieta
te ſuccenſus· illicitam ciborū3 crapulam
ſumma diſtrictione caſtiget. Et rurſu3·
ſi in periuriū· aut furtū· aut homicidiu3.
aut blaſſemiā· pecuniarū deſiderio atq̄
amore corruptus incurrit· materiā aua
ricie illectricē ſue deceptionis abſcidat.
Si in iracundie viciū· ſuperbie paſſiōe
ppellitur. arrogantie ipſius fomitē ſum
ma hūilitatis virtute cōuellat. Et ita vt
vnūquodq̄ peccatū poſſit extīgui· cau
ſa atq̄ occaſio per quā vel ob quam ad-
miſſum eſt debet ṗmitus amputari. Iſto
etenī curationū remedio· ad obliuione3
quoq̄ admiſſorū criminū ſine dubio p-
uenietur.

## In quo temporaliter ſit agēda penitudo et in quo finē habere poſſit. Cap. xi.

Verum iſta predicte obliuionis
diffinitio ſup capitalibꝫ tantū
ſit criminibꝫ cōſtituta· que mo-
ſayca quoq̄ lege dānantur· quorū ſicut
p ɔuſatiōe3 bonam abijciūtur vel cōſu-
mūtur affectus· ita etiā accipit pnīa finē
Ceterū ab ipſis minutis in quibus ſepti
es iuſtus cadit in die· vt ſcriptū eſt· et re
ſurget· nūq̄ deerit penitudo. Aut eī per
ignorantiā· aut per obliuionē· aut p co-
gitationē· aut per ſmonem· aut per obre
ptionē· aut per neceſſitatē· aut per fragi-
litate3 carnis· ſingulis diebus vel inuiti
vel volentes frequēter pctā incurrimꝰ·
pro quibꝫ et dauid orans dn̄m· purifica
tionē atq̄ indulgētiā deprecatur dicēs.
Delicta quis intelligit: ab occultis meis
munda me· et ab alienis parce ſeruo tuo
Et apl̄us. Non enī qḋ volo bonū hoc fa
cio· ſ3 qḋ odi malum hoc ago· Et p qui-
bus idem etiam eiulās pclamauit. In
felix ego homo· quis me liberabit de cor
pore mortis huius. Tanta enī in his fa
cilitate tanq̄ naturali lege prolabimur·
vt quantalibet circumſpectione atq̄ cu
ſtodia caueantur. nō poſſint ad plenum
iſta vitari. De his ſiquidem vnus diſci
pulorum que3 diligebat ieſus· abrupta
definitione pronūciat dicens. Si dixeri
mus· quia peccatum non habemus· ipſi
nos ſeducimus· ⁊ verbum eius nō eſt in
nobis. Proinde ad perfectionis culmē
pertingere cupienti· nō ſatis proderit ad

finem penitentie ꝑueniſſe· id eſt· ab illi
citis tempare· niſi ſ etiã in illis virtutib⁹ ĩ
defeſſo curſu ſemetipſm ſemper extẽderit·
quibus ad ſatiſfactiõis indicia ꝑueni
tur. Nec enĩ a fetidiſſimis criminum ſor
dibus que abhorret dominus· quem ꝗꝫ
abſtinuiſſe ſufficiet· niſi etiam illaꝫ bonã
virtutum fragrantiã qua dominus de
lectat᷑· puritate cordiſ ⁊ apoſtolice chari
tatis perfectiõe poſſederit. Hucuſ ꝗꝫ ab
bas pynufius de ſatiſfactionis indicio
ac penitentie fine diſſeruit. Qui licet vtĩ
eius cenobio reſidere mallemus· ſollici
to· deprecaretur affectu· Tamen fama
ſcythiotice ſolitudinis inuitatos cum re
tinere nõ poſſet emiſit.

**Explicit collatio habita cuꝫ abbate pynufio de penitudinis fine et ſatiſfactionis indicio. Incipiunt capitula collatiõis abbatis theone de remiſſione quinquageſime.** Cap̄.i.


Quomodo theonas ad abbatẽ iohannem venerit.
ij Exhortatio abbatis iohannis ad theonã ⁊ ceteros q̇ cuꝫ eo venerunt.
iij De decimarũ ⁊ ꝑmitiaꝝ oblatõe
iiij Quod abraham dauid ⁊ ceteri ſancti mãdata legis fuerint ſupergreſſi.
v Quod ſub euangelij gratia degẽtes ſupare debeãt mãdata legalia
vi Quod euãgelij gratia ſicut perfectis tribuit regna celoꝝ ita veniabiliter ſuſtentet infirmos.
vij Quod in noſtra ſitum ſit poteſtate· vtrũ ſub euangelij gratia an ſub legis velimus terrore ꝯſiſtere.
viij Quẽadmodum theonas coniugem ſuã vt ⁊ ipſa renũciaret cohortatus ſit.
ix Quẽadmodum nõ acquieſcente vxore ſua ad monaſteriũ peruolarit.
x Satiſfactio pro eo ne diſcidia cõiugib⁹ ſuadere videamur.
xi Inquiſitio cur in egypto tot diebus quinquãgeſime nõ ieiunetur· nec genua in oratione curuentur.
xij Reſponſio de natura eorũ que bona vel mala vel media ſunt.
xiij Quale bonũ ſit ieiuniũ.
xiiij Quod nõ ſit ꝑncipale bonũ ieiuniũ.
xv Quod ꝑncipale bonũ nõ ꝓpter inferius bonũ debeat exerceri.
xvi Quõ a ceteris bonis principale diſcernatur bonum.
xvij De rõe ⁊ vtilitate ieiunij.
xviij Nõ ſp cõgruũ eſſe ieiuniũ.
xix Interrogatio cur totis quĩquaginta diebus ieiuniũ relaxet᷑.
xx Reſponſio.
xxi Interrogatio vtrũ abſtinentia ieiunij relaxata nõ obſit corpori caſtitati
xxij Reſponſio de ſeruando continentie temperamento.
xxiij De refectionis tpe atꝫ menſura.
xxiiij Interrogatio de diuerſa obſuatione quadrageſime.
xxv Reſpõſio eo q̄ ad anni decimas quadrageſime ieiuniũ referat᷑.
xxvi Quomodo etiam primitias noſtras dño debeamus offerre.
xxvij Cur diuerſo dierum numero quadrageſima a pleriſ ꝗꝫ obſuet᷑
xxviij Quare vocetur quadrageſima cum triginta et ſex tãtummodo diebus ieiunetur.
xxix Quod perfecti ſupergrediuntur legẽ quadrageſime.
xxx De cauſa ⁊ initio q̄drageſime.
xxxi Interrogatio quemadmodũ intelligi debeat qđ ait apoſtolus peccarum in vobis non dominabitur.
xxxij Reſponſio de differentia gratie et legalium preceptorum.
xxxiij De eo q̄ leniora ſunt euangelij precepta q̄ꝫ legis.
xxxiiij Quemadmoduꝫ quis probetur eſſe ſub gratia.

xxv Interrogatio cur interdum pro
pensius ieiunãtes carnalibus
incentiuis acri⁹ vrgeamur.
xxvi Responsio ꝙ hec questio future
collationi debeat reseruari.

**Expliciũt capitula. Incipit col-
latio prima habita cum btõ the
na de remissione quinq̃gesime.
Cap. i.**

PRiusquã
verba collatiõis hu-
ius habita cum sum-
mo viro abbate theo
na incipiamus euol
uere necessarium reor vt initium cõuer-
sionis eius breui ſmone perstringam. q̃
ex hoc vel meritum viri vel gratia euidẽ-
tius poterit patere lectori. Hic igit̃ ado
lescens admodum parentum studio im
perioq̃ꝫ connexus est vinculo coniugali
Nam duꝫ pudicicie eius religiosa sedu
litate prospiciunt et ancipitẽ lapsuꝫ lu-
brice verentur etatis preueniẽdos ado
lescentie motus licito nuptiarum reme-
dio crediderunt. Cum ergo hic vni⁹ lu
stri tempus cum coniuge peregisset veñt
ad abbatẽ iohannem qui tunc tempor̃
merito sanctitatis electus diaconie pre-
sidebat. Non eñ ad hunc graduꝫ quili
bet propria voluntate aut ambitione ꝑ
uehitur sed is quem cunctorum seniorũ
cetus etatis prerogatiua et fidei atq̃ꝫ v̾
tutum testimonio excellentiorẽ oĩb sbli
miorem q̃ꝫ eẽ fuerit. Ad hunc inquã bea
tũ iohannem cuꝫ pie deuotionis studio
predictus tunc iuuenis aduenisset defe
rens religiosa munera inter ceteros pos
sessores qui certatim decimas vel primi
tias frugum suarum memorato seni de
suis substãtijs offerebãt videretq̃ꝫ eos
senex cum multis ad se muneribus ꝯflu
xisse et deuotioni eorum vicissitudinem
cuperet recompensare cepit eis ſm apo-
stolum spiritalia seminare quorum me-
tebat dona carnalia. Deniq̃ꝫ ita sermonẽ
adhortationis instituit.

**Exhortatio abbatis iohannis
ad theonã ⁊ ceteros qui cuꝫ eo
venerunt. Cap. ij.**

DElector quidem o filij pia vro-
rum muuerũ largitate et deuo-
tionem huius oblationis cui⁹
dispensatio mihi credita est gratañt am
plector qui x̃ fideliter primitias vestras
ac decimas indigentiũ vsibus profutu-
ras velut sacrificium dño bone suauita-
tis offertis harum scilicet oblationẽ ple
nitudinem quoq̃ꝫ fructuum vniuerseq̃ꝫ
substantie vestre ex qua hec dño deliba-
stis vberti benedicendã credẽtes vosq̃ꝫ
scdm mandati illi⁹ fidẽ multiplici vber-
tate bonoꝝ oĩm etiã in hoc seculo cumu-
landos honora deum de tuis iustis labo
ribus et deliba ei de fructib iusticie tuę
vt impleãtur horrea tua abundantia tri
tici vino aũt torcularia tua redundent.
Quam deuotionem fideliter exequẽtes
scitote vos legis antique iusticiã cõsum
masse sub qua tunc positi ⁊ transgrediẽ
tes eam reatũ ineuitabiliter incurrebãt
et implentes ad perfectionis apicem per
uenire nõ poterant.

**De decimarũ et primitiaruꝫ ob
latione. Cap. iij**

DEcime siquidem precepto dñi
vsibus leuitarum oblationes
vero ac primitie erant sacerdo-
tibus consecrate sed primitiarũ hic erat
modus vt quinquagesima pars vel fru
gum vel animalium templi vel sacerdo
tum ministerio preberetur. Quẽ modũ
tepidiores quiq̃ꝫ infideliter minuentes
religiosiores vero etiam cumulantes illi
ex sexagesima hi autẽ ex quadragesima
fructuũ suorũ parte pendebant. Iusti eñ
quibus lex nõ est posita sic probant̃ nõ
esse sub lege vt iusticias legis nõ solum
implere verũetiam superare contendãt
sitq̃ꝫ deuotio eorum legali maior impe-
rio que obseruantiam cumulatis prece-
ptorum voluntaria addat ad debita.

**Q abraham dauid et ceteri san
cti mandata legis fuerint sup-**

gressi. Cap. iiij.

Ita namq; et abraham future legis precepta legimus ſupergreſſum: cum ſuperatis quattuor regibus de ſpolijs ſodomorum que ſibi velut victori nō immerito debebātur, et quidē rege ipſo cuius ſpolia retulerat ſuppliciter offerente: nihil penitus acquieſcit attingere ſub diuini nominis teſtificatione proclamans. Extendo manū meam ad deum excelſum qui fecit celū et terram: ſi a filo ſubtegminis vſq; ad corrigiam calige accipiam ex omnibus q̄ tua ſunt. Sic dauid p̄cepta leg ꝯgnouimus ſupergreſſum: qui precipiente moyſe vt inimicis talio redderetur: nō ſolū hoc nō fecit: verumetiam dilectione complexus eſt perſequentes: et pro his domino pie ſupplicans etiā lugubriter fleuit et vltus eſt interfectos. Ita heliā quoq; et hieremiam probamus nō fuiſſe ſub lege: qui cum licito vti coniugio abſq; reprehenſione potuerint: perſeuerare tamē virgines maluerunt. Sic heliſeum ac reliquos eiuſdem propoſiti viros moſayca legimus ſuperaſſe mandata: de quibus apoſtolus ita dicit. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis: anguſtiati: afflicti: egentes: quibus dignus nō erat mūdus: in ſolitudinibus errantes: et in montibus: et in ſpeluncis: et in cauernis terre. Quid de filijs Jonadab filij rechab dicā: q̄s hieremie ꝓphete offerēti ex precepto dn̄i vinū: ita legimus reſpondiſſe: Nō bibemus vinū: quia ionadab filius rechab pater noſter precepit nobis dicens. Nō bibetis vinū vos et filij v̄ri vſq; in ſempiternū: et domū nō edificabitis: et ſementē nō ſeretis: et vineas nō plantabitis nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris. Unde etiam ab eodem ꝓpheta merentur audire. Hec dicit dominus exercituum deus iſrahel. Nō deficiet vir de ſtirpe ionadab filij rechab: ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Qui omnes offerre poſſeſſionum ſuarum decimas nō contenti: ſed ipſa penitus reſpuentes: ſemetipſos potius deo ac ſuas animas obtulerūt: pro quibus nulla ab homine fieri cōmutatio poteſt: ſicut dominus in euangelio conteſtatur. Quā dabit homo cōmutationē pro anima ſua.

Q sub euangelij gratia degentes ſuperare debeant mandata legalia. Cap. v.

Quapropter ſcire debemus nos a quibus nō iā exigitur legale mādatū: ſed quibus euāgelicus quotidie intonat ſermo: ſi vis perfectus eſſe: vade vende omnia que habes et da pauperibus: et habebis theſaurum in celo: et veni ſequere me: cū decimas de ſubſtantijs noſtris offerimus deo: adhuc quodāmodo ſub legis ſarcina detineri: et necdum ad euangelicum illud faſtigium perueniſſe: quod obtemperantes ſibi: nō tantum preſentis vite beneficijs: ſed etiam futuris premijs munerat. Lex eī factoribus ſuis nō regnū celeſtium premia: ſed vite huius ſolatia repromiſit dicens. Qui fecerit hec viuet in eis. Dn̄s autem diſcipulis et amicis ſuis: beati inquit pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum: et omnis qui reliquerit domū: vel fratres: aut ſorores: aut patrem: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros propter nomen meū: centuplum accipiet: et vitam eternā poſſidebit. Nec immerito. Non enī tam laudabile eſt ſi ab illicitis: q̄ ſi etiā a licitis temperemus: et his propter eius reuerentiam nō vtamur: qui ea nobis propter infirmitatem noſtram vtenda permiſit. Itaq; ſi etiā hi qui decimas fructuum ſuorum fideliter offerentes preceptis domini antiquioribus famulantur: nec dū poſſunt euāgelicum culmen aſcendere: illi qui nec hec quidem faciunt quantum ab eo abſint: manifeſtiſſime peruidetur. Nam quemadmodum poterūt euangelice gratie eē participes: qui conſummare etiā leuiora legis precepta contemnunt: Quorū facilitatem vſq; adeo imperioſa legiſlatoris verba teſtantur: vt etiam maledictum non implentibus proponatur. Maledi-

ctus enī inquit qui nō permanſerit in oī
bus que ſcripta ſunt in libro legis huiꝰ.
vt faciat ea. Hic autem pro excellentia ⁊
ſublimitate mandatorum dicitur· q̇ po-
teſt capere capiat· Illic legiferi violēta cō
pulſio preceptorum indicat paruitatē.
Conteſtor enī inquit vobis hodie celū
et terram· ꝙ ſi nō cuſtodieritis precepta
domini dei veſtri· peribitis a facie terre.
Hic magnificētia ſublimiū mādatoꝝ· ipa
nō tā īperātis ꝗ̄ adhortantis ꝯditione
ſignatur· ſi vis perfectus eſſe fac hoc aut
illō· Ibi inexcuſabile etiā recuſantibus
moyſes pondus īponit. Hic conſilio tā
tum volentibus et ad perfectionem feſti
nantibus dominꝰ occurrit. Non enim ge
neraliter precipiendum erat· nec vt ita di
xerim canonice ab omnibus exigendum·
id quod propter mirificam ſublimitatem
nō poteſt paſſim ab omībus apprehendi·
ſed conſilio potiꝰ prouocant' oēs et gr̄a·
vt hi qui magni ſunt poſſint perfectione
virtutum nō immerito coronari· qui au
tem parui ſunt· et menſurā etatis pleni-
tudinis chriſti implere non poſſunt· licet
fulgore maioꝝ velut ſiderum celi latere
videantur· tamen a tenebris maledictio
num que in lege ſunt alieni· nec preſenti
um malorum cladibus abdicantur· nec
ſupplicio plectantur eterno. Non ergo chri
ſtus ad illa virtutum excelſa faſtigia quē-
quā precepti neceſſitate conſtringit· ſed
liberi arbitrij prouocat poteſtate· et ſalu-
britate conſilij et deſiderio perfectionis
accendit. Ubi enī preceptum· ibi neceſſi
tas· et vbi neceſſitas· ibi ⁊ difficltas· vbi
difficultas· ibi ⁊ negligētia· vbi negligē-
tia· ibi ⁊ peccatū· vbi pctm̄· conſequērer
et pena. Cuſtodientes vero hec ad que p̄
fixe legis ſeueritate coguntur· penam po-
tius que ab illa intentabatur effugiunt·
quā mercedem aut premia conſequan-
tur.

### Q̄ euāgelij gratia ſicut ꝑfectis tribuit regna celorum ita venia-biliter ſuſtētet infirmos.

### Cap. vi.

Ita qꝫ ſicut fortes ad ſublimia
atqꝫ precelſa euangelicus ſermo
ſuſtollit· ita non patitur infir-
mos ad ima demergi· perfectis quidem
tribuens beatitudinis plenitudinem· ve
niā vero infirmitate ſuperatis imparti
ens. Lex enim conſummantes precepta
ſua in vtriuſqꝫ meriti velut quodā me-
ditullio collocauit· quantū a tranſgreſ-
ſorum damnatione ſecernens· tantū ſe-
parans a gloria perfectorum. Quod q̇-
dem ꝗ̄ infimū ꝗ̄qꝫ miſerabile ſit· vel ex
preſentis vite ſtatu et comparatione per
ſpicite· in qua miſerrimū ducitur· ſi hoc
tantum quis ſtudeat ac laboret· ne reus
modo inter honeſtos homines· ⁊ nō etiā
locuples ac honorabilis ⁊ glorioſus ha
beatur.

### Q̄ in noſtra ſitum ſit poteſtate vtrū ſub euāgelij gratia an ſub legis velimus terrore cōſiſtere.

### Cap. vij.

Quamobrē in noſtra hodie ſitū
eſt poteſtate· vtrum ſub euange
lij gratia an ſub legis velimus
terrore conſiſtere. Cuilibet enim parti ꝓ
qualitate actus ſui vnumquemqꝫ nece
eſt aggregari· Nam aut ſupergrediētes
legem· ſuſcipit chriſti gratia· aut certe in-
feriores velut debitores ſuos ſibiqꝫ ob-
noxios lex retentat. Reus namqꝫ legaliū
preceptorum nequaqꝫ euangelicam per
fectionem valebit attigere· quāuis chri-
ſtianum ſe et domini gratia liberatū in-
aniter glorietur· Non ſolum enim hic cre
dendus eſt adhuc eſſe ſub lege· qui ea q̄
lex precipit detrectat implere· ſed etiam
ille qui ea tantum que lex iubet obſerua-
re contentus eſt· ac nequaqꝫ vocationi ⁊
gratie chriſti cōdignos exhibet fructus·
vbi nō dr̄· decimas tuas et primitias of-
feres domino deo tuo· ſed vade vende om
nia que habes et da pauperibus· ⁊ habe
bis theſaurum in celo· et veni ſeq̄re me.
vbi ob perfectionis magnificentiam diſ
cipulo poſtulanti· ne breuiſſimū quidem
hore ſpaciū pro patris conceditur ſepul

tura· nec hūane charitatis officiū· diui
ni amoris virtuti prefertur.

## Queadmodū theonas cōiugē ſuā vt et ipſa renunciaret exhortatus ſit. Cap. viij.

Quibus auditis beatus Theo-
nas inextinguibili deſiderio euā
gelice perfectionis accenſus· ſe-
men verbi fecundo corde conceptum· q̄
profundis atq; edomitis condidit ſulc̄·
in eo vel maxime humiliatus atq; com-
punctus· ꝗ eum ſenex non ſolum euāge
licam perfectionem nō attigiſſe dixiſſet·
ſed etiam vix legis ipſius adimpleſſe mā-
data. Siquidem cum decimas frugum
ſuarum ſolitus eſſet diaconie annis ſin-
gulis pendere· primitiarum rationem ne
audiſſe quidem ſe aliquando· quā tamē
etiam ſi ſimiliter impleſſet longe nihilo-
minus ſꝫm ſenis ſententiam ſe ab euāge
lica perfectiōe diſtare ſuppliciter fateba-
tur. Domū itaq; reuertitur meſtus· illa
q; affectus triſticia· que penitentiam ad
ſalutem ſtabilem operatur· ac de ſua iā
voluntate ⁊ definitione non dubius· er-
ga ſalutem coniugis omnem mentis ſol
licitudinem curamq; conuertit· eāq; ad
deſiderium quo fuerat ipſe ſuccenſus· ce
pit exhortatiōe ſimili prouocare ⁊ vt dō
pariter in ſanctimonia ⁊ caſtitate ſerui-
rent· diurnis nocturnisq; fletibus āmo
nere dicens: conuerſionem melioris vite
nequaquā eſſe protelandam· quia neceſ-
ſitati ſubite mortis vana ſpes immatu-
re non preiudicaret etatis· quippe que in
fantes pueros adoleſcētes· pari vt ſenes
ſorte preriperet.

## Queadmodum nō acquieſcente vxore ſua ad monaſteriū peruolarit. Cap. ix.

Cumq; huiuſmodi obſecratio
nibus iugiter perſiſtenti· coniux
duriſſima nō preberet aſſenſū·
ſeq; diceret ſolatio maritali pro etate ſue
flore penitus abſtinere non poſſe· ac pro
inde ſiquid deſerta ab eo criminis admi
ſiſſet· illi potius aſcribendum: qui coniu
gij federa dirupiſſet. Ad hec ille cum diu
conditionem nature pretendiſſet huma
ne· quā fragilē ⁊ incertam periculoſum
eſſet carnalibus deſiderijs ⁊ operibus di
utius implicari· adijciens aſtruebat· nō
licere cuiq; eius ſe boni extorrē facere qđ
didiciſſet maiorisq; eſſe noxe deſpicere
cognitam bonitatem· q̄ incognitam nō
amare· proīde ſe iā reatu etiā ꝑuaricati
onis inuolui· ſi inuētis tam preclaris tā
q; celeſtibꝫ donis· terrena ac ſordida ꝑtu
liſſet. Ad omnē ſane aiebat etatē· oēmq;
ſexum perfectionis magnificentiam per
tinere· ⁊ vniuerſa eccleſie membra ad cō
ſcendendam ſublimium meritorum cel
ſitudinem prouocari· dicente apoſtolo·
ſic currite vt comprehendatis· nec propť
lentorum et ſegnium moras· paratos at
q; alacres debere ſubſiſtere· cum rectius
ſit· vt deſides a precurrentibus incitē-
tur· q̄ vt properantes a reſidentibus ob
ligentur. Proīde ſtatutū ſibi dicebat de
cretūq; eſſe renūciare ſeculo ac mori mū
do· vt viuere poſſit dō· ⁊ ſi hanc beatitu
dinē nequeat obtinere· vt cum ſocia ſua
in conſortium tranſeat chriſti· malle ſe
vel cum vnius membri diſpendio ſaluū
fieri· et velut debilem introire ī regnū ce-
lorū· q̄ cū ſoliditate corporis cōdemna
ri. Adijciebat aūt etiā iſta dicēs. Si mo
yſes pro duricia cordis dimitti permiſ-
tit vxores· quare hoc non ſinat chriſtus
pro deſiderio caſtitatis· preſertim cum
idem dominus inter ceteras affectiones
id eſt· patrum matrum ac filiorum qui-
bus omnem reuerentiam· non ſolum lex
ſed etiam ipſe preceperat exhibere· tamē
pro nomine ſuo ac deſiderio perfectiōis
non ſolum contemnenda ſimpliciter· ſꝫ
etiam odio habenda eſſe decernens· con
iungat eis ſimiliter etiam vxorū nomē
dicens· et omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut ſorores aut patrē aut ma
trem aut vxorem aut filios aut agros ꝓ-
pter nomen meum· centuplum accipiet·

et vitam eternam poſſidebit. Intantum
ergo perfectioni quā predicat nihil pati
tur comparari·vt illam quoqꝫ neceſſitu
dinem ſoluat patris ac matris·que ſcdꝫ
apoſtolum primum obtinet in repromiſ
ſione mandatum·honora ſcilicet patrē
et matrem·quod eſt mandatum primuꝫ
in repromiſſione. vt bene ſit tibi ⁊ ſis lon
geuus ſuper terram·eamqꝫ deſpici pro
ſuo amore precipiat. Euidenter itaqꝫ ſi
cut eos euangelicus ſermo condemnat
qui non interueniente adulterij crimine
vxoria vincula dirumpunt·ita ob amo
rem chriſti et deſiderium caſtitatis·his
qui iugum carnale reiecerint·etiam cen
tupla premia repromittit. Quapropter
ſi fieri poteſt·vt ad hanc optatiſſimaꝫ mi
hi partem·accepta tandē ratione flecta
ris·ſcilicet vt domino ſeruientes·penam
gehenne pariter euitemus·charitateꝫ cō
iugij non refuto·immo etiam maiore ad
huc dilectione complector·agnoſco enī
et veneror adiutricē meā·dñi m ſentētia
deputatam·et indirupto eidē federe cha
ritatis in chriſto cohercere non reſpuo·rñ
a me ſeparo quod dominus mihi prime
ſtatim conditionis lege coniunxit·dum
modo ſis et ipſa quod cōditor eſſe te vo
luit·Si vero nō ad adiutoriū eſſe volueris
ſed in deceptionem·⁊ amminiculū te nō
mihi ſed aduerſario malueris exhibere·
atqꝫ ob hoc attributum putas coniugij
ſacramentuꝫ·vt te huic que ingeris frau
dans ſaluti·inſuper etiam me a diſcipu
latu retrahas ſaluatoris·ita illam abba
tis iohannis immo chriſti ore prolatam
ſententiam viriliter apprehendam·vt me
a ſpiritali bono nulla carnalis auellere
poſſit affectio. Qui enim inquit nō odit
patrem et matrem·et filios et fratres ⁊ ſo
rores et vxorē et agros·adhuc āt ⁊ aïaꝫ
ſuā nõ pt meus eſſe diſcipulus. Cūqꝫ his
atqꝫ huiuſmodi verbis muliebris non
flecteretur intentio·et in eadem obſtina
tionis duricia permaneret·ſi ego inquit
beatus Theonas te abſtrahere a morte
non poſſum·nec tu me ſeparabis a chri
ſto. Tutius ē autē mihi cum homine qꝫ
cum deo habere diuortium. Aſpirante
itaqꝫ gratia dei·definitionis ſue executi
onem inſtanter aggreſſus eſt·nec intepe
ſcere per aliquam morā deſiderij ſui paſ
ſus eſt ardorem·nam confeſtim omi mū
dana facultate nudatus ad monaſteriū
peruolauit. Ubi in breui tanto ſplendo
dore ſanctitatis et humilitatis enituit.
vt beate memorie iohanne ad dominum
ex hac luce migrāte·ſanctoqꝫ Helia vi
ro qui haud minor deceſſore ſuo fuit ſi
militer decedente·tertius theonas vniu
ſorum preelectus iudicio·in diaconie eis
diſpenſatione ſucceſſerit.

## Satiſfactio pro eo ne diſcidia coniugibus ſuadere videamur Cap̄.x.

NEmo autem exiſtimet nos hec
ad prouocanda cōiugiorum di
uortia texuiſſe·qui non ſolum
nuptias minime condemnamus·verum
etiam apoſtolicam ſequentes ſententi
am·dicimus honorabile connubium in
omnibus·et thorus immaculatus·ſed
vt lectori initium conuerſionis·quo tan
tus ille vir deo dicatus eſt fideliter pan
deremus. A quo bona gratia hoc primū
depoſco·vt ſiue hoc ei placeat ſiue diſpli
ceat·me quoquomodo a calumnia alienuꝫ
eſſe concedens·in ſuo hoc facto aut lau
det aut reprehendat auctorem. Ego au
tem qui non meam ſuper hac re ſententi
am prompſi·ſed rei geſte hyſtoriam ſim
plici narratione complexus ſum·equuꝫ
eſt vt ſicut mihi de eorum qui hoc factū
probant laude nihil vendico·ita eorū q̄
id improbant non pulſer inuidia. Ha
beat ergo ſuum de illo vt diximus vnuſ
quiſqꝫ iudiciuꝫ·ſed moneo vt ita cenſu
ram ſui caſtiget examinis·ne ſe equioreꝫ

aut ſanctiorem diuino credat eſſe iudicio· quo in eum etiam apoſtolicarum collata ſunt ſigna virtutum· vt taceam de tantorum patrum ſententia· a quibus factum eius non ſolum minime reprehēſum· verum etiam vſqꝫ adeo collandatum eſſe manifeſtum eſt· vt eum ſummis ac ſublimiſſimis viris in diaconie electione pretulerint. Et puto tot ſpiritalium virorum deo auctore prolatum non erraſſe iudicium· quod etiam tanta ſignorum vt ſupra iam dictum eſt admiratio confirmabat.

## Inquiſitio cur in egypto totis diebus quinquageſime non ieiunetur nec genua in oratione curuentur. Cap. xi.

SEd iam tempus eſt vt promiſſe diſputationis ordinem ꝓſequam̄. Igit̃ abbas Theonas cum diebus quinquageſime nos ĩ noſtra cellula viſitaſſet· veſpertina orationum ſolemnitate trāſacta· humi paululum conſidentes· cepimus diligētius percontari· cur apud eos tanta obſeruantia caueretur· ne quis penitus totis quinquageſime dieb⁹ vel genua in oratione curuaret· vel vſqꝫ ad horam nonā ieiunare preſumeret· eoqꝫ id diligentius ſcrutabamur· quod nequaq̄ꝫ hoc tanta cautione ſeruari in ſyrie monaſterijs videramus.

## Reſpōſio de natura eorum̄ que bona vel mala vel media ſunt. Cap. xij.

HEc abbas Theonas tali vſus eſt ſermonis exordio. Oportet quidem nos auctoritati patrum· conſuetudiniqꝫ maiorum vſqꝫ ad noſtrum tempus per tantam annorum ſeriem protelate· etiam non percepta ratione cedere· eamqꝫ vt antiquit⁹ tradita eſt iugi obſeruātia ac reuerētia cuſtodire. Verūtn̄ q̄nia cauſas huius rei et rationem vultis agnoſcere· accipite breuiter ea que a ſenioribꝫ noſtris tradita ſuper hac inſtitutione cōperimus. Veruntamen anteq̄ꝫ ſcripture diuine auctoritas proferatur· ſi placet de natura ipſius ieiunij et qualitate pauca dicamus· vt diſputationem noſtram ſubſequens ſcripturarum confirmet auctoritas. Diuina ſapientia per eccleſiaſten omni rei· id eſt· vniuerſis ſeu proſperis ſeu que aduerſa putantur ⁊ triſtia· tēpus eſſe proprium deſignauit dicens. Omnibus tempus eſt· et tempus omni rei ſub celo. Tempus pariendi et tempus moriendi· tempus plantandi ⁊ tempus euellendi quod plantatum eſt· tempus occidendi et tempus ſanandi· tempus deſtruendi et tempus edificandi· tēpus plorandi et tempus ridendi· temp⁹ plangendi et tempus ſaltandi· tempus mittendi lapides et tp̄s colligendi lapides· tp̄s amplectendi et tempus longe fieri ab amplexibus· tempus acquirendi et tempus perdendi· tempus cuſtodiendi et tempus expellendi· tempus dirumpendi et tempus ſarciendi· tempus tacēdi et tempus loquendi· tempus amandi et tempus odiendi· tempus belli ⁊ tēpus pacis· et infra· quia tempus eſt inq̇t omni rei et omni facto. Nihil igit̃ ex his eſſe bonum perpetuū diffiniuit· niſi cum fuerit horum quid oportune et competēter expletum· ita vt hec eadem que nunc oportune geſta bene cedūt· ſi importuno vel incongruo tempore preſumātur· inutilia inueniantur ⁊ noxia· abſqꝫ his dumtaxat que per ſe principaliter vl' bona vel mala ſunt· nec aliquando poſſunt in contrarium diriuari· vt ē iuſticia· prudentia· fortitudo· temperantia· ceteraqꝫ

virtutes· ſine e diuerſo vicia quorum de
finitiones in aliam partem cadere omni
no mutari ve non poſſunt. Si qua ve-
ro in vtrumq3 affectū poſſunt aliquan-
do tranſire· vt pro qualitate vtentiu3 vl'
bona inueniantur vel mala· hec non ab-
ſolute ꝓ ſua natura· ſed ꝓ perpetrantis
affectu et oportunitate temporis· vel vti
lia interdum vel noxia ſentiuntur.

## Quale bonum ſit ieiunium. Cap. xiij.

Quamobrem nunc queren-
dum eſt· quid ſuper ieiunio-
rū ſtatu decernere debeam⁹·
vtrum nā ſimiliter et ipſum
bonum eſſe eo modo quo iuſticiam· pru
dentiam· fortitudinem· aut temperanti-
am diximus· que in partem contrariam
penitus tranſire non poſſunt· an mediu3
quid· quod interdum factum poſſit pro-
deſſe· interdum pretermiſſu3 condemna-
re non poſſit· quodq3 nonnunq3 egiſſe
reprehenſibile ſit· nonnunq3 ꝑtermiſiſſe
laudabile. Si enī in illa diffinitione vir
tutum· etiam ieiunium cenſeamus· vt in
ter principalia bona ciborum abſtinen-
tia collocetur· erit profecto eorum mala
et criminoſa perceptio. Quicquid enim
principali bono contrarium eſt· ſine du
bio principale malum eſſe cenſendum ē·
Qđ definiri a nobis ſcripturarum ſan-
ctarum non permittit auctoritas. Si n.
tali ſenſu ac propoſito ieiunemus· vt pec
catum contrahi in eſcarum participati
one credamus· nonmodo nullos fruct⁹
pro abſtinentia conſequemur· ſed etiam
reatum maximū ac ſacrilegij crimen ſm
apoſtolum contrahemus· abſtinentes a
cibis quos deus creauit ad percipiendū
cum gratiarumactione fidelibus· et his
qui cognouerunt veritatem· quia omīs
creatura dei bona· et nihil reijciendum
quod cum gratiarumactiōe percipitur.
Qui enim putat quid commune eſſe illi
commune eſt· et idcirco ob ſolam perce-
ptionem eſce neminem legimus condem
natum· niſi forte iunctum quid fuerit· vl'
poſtea ſubſecutu3· per quod meruerit cō
demnari.

## Q᷑ non ſit principale bonum ieiunium. Cap. xiiij.

Ta q3 hoc medium eſſe etia3 ex
hoc manifeſtiſſime declaratur·
quia ſicut non iuſtificat cuſto
ditum· ita non condemnat irruptu3· ni
ſi forte ꝑcepti tranſgreſſio magis q3 eſca
rum perceptio puniatur. Pricipali au
tem bono ita nullum oportet vacuū eſſe
tempus· vt ſine eo cuiq3 eſſe nō liceat· q2
neceſſe eſt ceſſatione eius in malu3 corru
ere negligente3· Nec rurſum principali
malo vllum conceditur tempus· q2 qđ
noxium ſemper eſt nūq3 poterit ſi admiſ
ſum fuerit non nocere· vel in partem vn-
q3 laudabile cōmutari· Ac ꝑinde ea q̇bꝫ
qualitates ſtatutas videmus et tempo-
ra· et q̄ ſic obſeruata ſanctificāt· vt omiſ
ſa non polluant· media eſſe manifeſtum
eſt· vt puta nuptias· agriculturam· diui
tias· ſolitudinis remotionem· vigilias·
ſacrorum lectionem· meditationemq3 li-
brorum. ipſaq3 ieiunia· de quibus prin-
cipiū ſermonis exortum eſt. Que omnia
diuina preceptio· vel ſanctarum auctori
tas ſcripturarum· non ita inceſſabiliter
obtinenda nec iugiter cuſtodiēda decre
uit· vt ea paululum intermiſiſſe nephari-
um ſit. Quicquid eni3 imperatiue decer
nitur mortē irrogat nō impletū· q̄cunq3
vero ſuadent⁹ poti⁹ q3 iubent· facta pro-
ſunt· infecta ñ puniūt. Et idcirco aut oīa
hec· aut certe quedam· ꝓ cauſa· pro loco·
ꝓ modo· pro tpe· circūſpecte agere nos
maiores noſtri ⁊ prouide obſeruare iuſ-
ſerunt· quia ſi congrue horum aliquid

actitetur· aptum atqꝫ conueniens· ſi in
cõgrue: ineptum eſſe conſtat ac noxiuꝫ·
ac ſi velit quis in fratris aduẽtu in quo
chriſtum debet humanitate reficere· ⁊ g̃
tiſſima ſuſceptione complecti· auſterita-
tem ieiunij̃ cuſtodire· nonne inhumani-
tatis potius crimen incurrit· quã laudẽ
et meritum religionis acquirit: Uel ſi
cum defectio ⁊ imbecillitas carnis repa-
rationem virium eſce perceptione depo-
ſcit· non acquieſcat aliquis rigorem ab-
ſtinentie relaxare· nonne magis crudelis
ſui corporis homicida· q̃ꝫ ſalutis proui-
ſor eſt eſtimandus: Ita etiam cum tem-
pus feſtiuitatis eſcarum congruum fo-
tum et refectionem neceſſarie abſolutio-
nis indulget· ſi quis ieiuniorum rigidã
obſeruantiam indirupte voluerit reten-
tare· neceſſe eſt vt non tam religioſus q̃ꝫ
inconditus atqꝫ irrationabilis habea-
tur. Sed et illis hec nihilominus reperi
entur aduerſa· qui humanam laudeꝫ ie
iunijs aucupantur· et inani oſtentatiõe
palloris· famam ſanctitatis acquirunt·
quos euangelicus ſermo in preſenti ſu-
am recepiſſe mercedem pronunciat· vel
quorum per prophetam dominus ieiuni
um deteſtatur· ⁊ ex quorum perſona cũ
ſibi obijciens ante dixiſſet· quare ieiuna-
uimus et non aſpexiſti· hũiliauimus ani
mas noſtras ⁊ neſciſti· confeſtim ſubijci-
ens prodidit cauſas cur non merentur
audiri. Ecce inquit in die ieiunij ve-
ſtri inuenitur voluntas veſtra· et omnes
debitores veſtros repetitis Ecce ad lites
et contẽtiones ieiunatis· et percutitis pu
gno impie. Nolite ieiunare ſicut vſqꝫ in
hanc diem· vt audiat in excelſo clamor
veſter. Nunquid tale eſt ieiuniuꝫ quod
elegi per diem affligere hominem animã
ſuam: Nunquid contorquere quaſi cir-
culum caput ſuum· et ſaccum et cinereꝫ
ſternere: Nunq̇d iſtud vocaui ieiuniuꝫ·
et diem acceptabilẽ domino: Deinde in
fert docens quomodo acceptabilis fiat
continentia ieiunantis· atqꝫ euidenter
enunciat per ſe ſolum ieiunium non poſ
ſe prodeſſe· niſi has que ſubijciũtur cau
ſas habuerit conſequentes· Nõne hoc ẽ
inquiens ieiunium quod elegi: Diſſol-
ue colligationes impietatis· ſolue faſci-
culos deprimentes· Dimitte eos qui cõ-
fracti ſunt liberos· et omne onus dirũ-
pe· Frange eſurienti panẽ tuum, et ege-
nos vagoſqꝫ induc in domũ tuaꝫ· Cũ
videris nudum operi eum· et carnem tu
am ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi
mane lumen tuum· et ſanitas tua citius
orietur· ⁊ anteibit faciẽ tuã iuſticia tua·
et gloria domini colliget te. Tunc inuo-
cabis ⁊ dominus exaudiet· clamabis et
dicet ecce aſſum. Uidetis ergo ieiunium
neq̃qꝫ principale bonum a dño iudica-
ri· eo ꝙ non per ſeipſum ſed per alia ope
ra bonum ac placitum deo fiat· ⁊ rur-
ſum ex accidentibus cauſis· non ſolũ va
num· verumetiam odibile cenſeatur· di-
cente domino· cum ieiunauerint nõ exau
diam preces eorum.

## Q̄ principale bonum non propter inferius bonum debeat exerceri. Cap̄. xv.

Non enim miſericordia· patien-
tia ⁊ veritas· vel illa predicta p̄
cepta virtutum· in quibus vti-
qꝫ bonum ẽ principale· propter ieiunia
ſunt tenenda· ſꝫ potius ieiunia propter
illa. Elaborandum eſt enim vt virtutes
ille· que vere bone ſunt ieiunijs acquirã-
tur· nõ vt ad ieiuniorum terminum ten-
dant illarum geſta virtutuꝫ. Ob hoc er
go eſt vtilis carnis afflictio· ob hoc ei ad
hibenda eſt inedie medicina· vt per illaꝫ
ad charitatem in qua immobile ac ſine
vlla temporis exceptione perpetuum bo
num eſt peruenire poſſimus. Neqꝫ enim
medicine aurifice vel ceterarum que in
hoc mundo ſunt artium diſciplina· pro

pter inſtrumenta que ad opus eius pertinent exercetur. et nõ potius ferramẽta propter artis ſtudium pparãtur. que ſicut vtilia ſunt pitis. ita ſuperflua his qui artis ipſius neſciunt diſciplinam. Et ſicut his qui ad efficiendum opus ſuũ eorum miniſterio fulciuntur. plurimũ proſunt. ita illis qui cuius rei gratia inſtituta ſint ignorantes. ſola eorum poſſeſſione contenti ſunt. penitus prodeſſe nõ poſſunt. quia vtilitatẽ eorum ſummam in retentatione eorum tantum nõ in operis conſummatione conſtituunt. Illud ergo eſt optimũ principaliter propter quod fiunt illa que media ſunt. ipſum vero precipuum bonum. non ob aliam cauſam. ſz propter ſuam tantum agitur bonitatẽ.

## Quomodo a ceteris bonis principale diſcernatur bonum. Cap. xvi.

Quod q̃d ẽ a ceteris q̃ media ẽẽ pdiximus. his ſecernitur modis. ſi p ſe bonũ ſit. et ñ p aliud aliquid. ſi propter ſe neceſſarium ſit. et non propter aliud. ſi immutabiliter ſemperq; ſit bonum. ac perpetuo ſuam retinens qualitatem. nunq̃ in partem poſſit tranſire contrariam. ſi ademptio vel ceſſatio eius non poſſit ſummã ñ inferre perniciem. ſi id quod illi cõtrarium eſt. ſimiliter principale ſit malũ. nec in partem bonam poſſit aliquando tranſire. Que diffinitiões q̃bus pricipaliũ bonorum natura diſcernitur aſcribi ieiunijs omnino ñ pñt. Neq; enim ex ſemetipſis bona. aut propter ſe neceſſaria ſunt. q̃ propter acquirendam cordis et corporis puritatem ſalubriter exercentur. vt aculeis carnis obtuſis mẽs purificata ſuo cõciliet auctori. nec immutabiliter ſpq; ſunt bona. quia plerumq; eorum intermiſſione non ledimur. immo etiam in perniciẽ interdum anime importunius celebrata probantur. Sed nec principale malum ẽ id quod illi videtur aduerſum. id eſt. ciborum naturaliter iocunda perceptio. que niſi intemperantia atq; luxuria. vel alia quedam vicia ſubſequantur. mala non poteſt deſiniri. quia non qđ intrat in os coinquinat hominem. ſed que procedũt de ore hec coinquinant hominem. Principali itaq; derogat bono. nec perfecte aut ſine peccato illud exequitur. quiſquis hoc nõ propter idipſum ſed propter aliud aliquid facit. Om̃ia enim huius gratia facienda ſunt. ipſum vero propter ſe ſolum eſt expetendũ.

## De ratione et vtilitate ieiunij. Cap. xvij.

Talem igitur deffinitionem ſup ieiunij qualitate iugiter retinentes. ita illud totis viribus animi appetamus. vt tamen tunc demum id nobis congruum nouerimus. ſi in eo tẽporum ratio. ſi qualitas. ſi menſura ſeruetur. nec ita vt in ipo ſpei noſtre terminũ defigamus. ſed vt per ipſum ad puritatem cordis et apoſtolicam charitatẽ peruenire poſſimus. Igitur ex hoc ipo ieiunio vbi non ſolum ſpecialia prefixa ſunt tempora. quibus vel exerceri debeat vel pretermitti. ſed etiam qualitas modusq; propoſitus eſt. non principale bonum. ſz medium quiddam eſſe manifeſtum eſt. Ceterũ hec que precepti auctoritate. vel mandantur vt bona. vel interdicunt vt noxia. nunq̃ ita exceptiõi temporum ſbiacent. vt interdum aut que vetita ſunt fieri debeant. aut que imperata ſunt pretermitti. Nec enim vllus iuſticie. patientie. ſobrietati. pudicicie. charitati. ſtatutus eſt modus. nec rurſum iniuſticie. impatientie. furori. impudicicie. inuidie atq; ſuperbie libertas aliquando permiſſa ẽ.

## Non ſemper congruum eſſe ieiunium. Cap. xviij.

Quã obrẽ his de ieiunij qualitate premiſſis. ſubdenda adhuc ſanctarum ſcripturarum videtur auctoritas. p quã approbetur manifeſtius ieiunium perpetuum cuſtodiri nec debere nec poſſe. In euangelio ieiunantibus phariſeis. vna cum diſcipulis Iohãnis baptiſte. cum apoſtoli vtpote amici et cõ

uiue celeſtis illius ſponſi· nec diu ieiuniorum obſeruantiam cuſtodiret· diſcipuli iohannis qui ſummam iuſticie ſe ieiuniis poſſidere credebant· quippe illius ſectatores qui eximius penitentie predicator ita cunctis populis formā ſuo prebebat exemplo· vt non ſolum varia eſcarū genera q̄ hūanis vſib° ſuggerūt abnueret· verūetiā cōmunem panis ipi° eſuꝫ penit° ignoraret· dn̄o coq̄rūt dicētes. Quare nos ⁊ pharisei ieiunam° frequēter· diſcipuli autē tui nō ieiunant? Quibus reſpondens dominus euidenter oſtendit· non omni tempore congruum eſſe ieiunium· nec neceſſarium alicui cum vel feſtiuitas temporum vel interueniēs charitatis occaſio. indulgentiam refectiōis admittit· nunquid poſſunt inquiens filii ſponſi lugere· q̄diu cum illis ē ſpōſus? venient aūt dies cū auferetur ab eis ſpōſus ⁊ tunc ieiunabunt. Que verba licet ante reſurrectionē dixerit corpis ſui· tamen proprie quinquageſime temp° oſtēdunt· in quo poſt reſurrectionē quadraginta dies domino cum diſcipulis epulante· ieiunare illos quotidiane eius pſentie gaudium non ſinebat.

## Interrogatio cur totis quinq̄ginta diebus ieiunium relaxetur. Cap. xix.

Germanus. Quare igitur tota quinquageſima abſtinentie rigorem prandiis relaxam°· cū vtiq; chriſtus quadraginta tantum diebus poſt reſurrectionem cum diſcipul' fuerit commoratus?

## Reſponſio. Cap. xx.

Theonas. Non incōgrua interrogatio veſtra rationem integerrime veritatl meretur agnoſcere. Poſt aſcenſionem ſaluatoris noſtri que quadrageſimo reſurrectiōis eius acta eſt die· apoſtoli reuerſi de monte oliueti· in quo ſe ad patrem pergens prebuit intuendum· ſicut etiam actuū apoſtolorum lectio conteſtatur· ingreſſi hieroſolimam· decem diebus aduentum ſpiritus ſancti expectaſſe referūtur· quibus expletis quinquageſima cum die cū gaudio ſuſceperunt· et ita eſt per hec feſtiuitatis huius numerus euidenter implems. Quem in veteri quoq; teſtamento legimus figuraliter adumbratum· in quo cō ſummatis hebdomadibus ſeptē· primitiarum panis per ſacerdotes domino iubebatur offerri· qui veraciſſime per apoſtolorum predicationem· qua in illo die concionati leguntur ad populum· oblatus domino comprobatur· verus ſcilicet primitiarum panis· qui noue doctrine iſtitutione prolatus· quinq; milibus virorū eſce ſue munere ſatiat'· primitiuū de iudeis chriſtianorum populum dn̄o conſecrauit. Et idcirco hi quoq; decem dies cum ſuperioribus quadragīta pari ſolennitate ſunt ac leticia celebrandi· Cuius feſtiuitatis traditio· per apoſtolicos viros ad nos vſq; tranſmiſſa codē tenore ſeruanda eſt. Ideo namq; in ipis diebus nec genua in oratiōe curuant̄· quia inflexio genuū velut penitentie ac luctus indicium eſt. Unde etiaꝫ per omnia eandem in illis ſolemnitatem quam die dominica cuſtodimus· in qua maiores noſtri· nec ieiunium agendum· nec genu eſſe flectendum· ob reuerentiaꝫ reſurrectionis dn̄ice tradiderunt.

## Interrogatio vtrū abſtinentia ieiunii relaxata nō obſit corporis caſtitati. Cap. xxi.

Germanus. Poteſt ne hec caro inſolitis blandimentis tam longe feſtiuitatis illecta· nō aliquid ſentioſum de illo quāuis abſciſo viciorum fomite germinare· aut mēs preſumptis vltra conſuetudineꝫ dapibus onerata· nō erga famulatū corpori rigorem dn̄ationis ſue inflectere· preſertī cū in nobis viridior eras· cito ad rebellionē ſubdita poſſit membra compellere· ſi vel eſcas ſolitas abundantius vel certe inſolitas licentius preſumamus?

## Reſponſio de ſeruādo continētie temperamento. Cap. xxii

# De remiſſione quinquageſime

THeonas. Si vniuerſa q̄ geri-
mus rōnabili mētis appēdamꝰ
examīe et ſꝫ puritate cordis no
ſtri ñ alioꝝ iudiciū ſꝫ noſtrā ſp ꝯſciā cō
ſulamus. certū ē iſtā refectiōis intcape-
dinē iuſte diſtrictiōi obeſſe ñ poſſe. ſi mo
do vt dictū ē equā īdulgētie cōtinētieqꝫ
menſuram pari lance ꝑpendēs. vtranqꝫ
ſimiliter nimietatem mens incorrupta
caſtiget et vtrum ſpiritum noſtrum deli
tiarum deprimat pondus. an vero alte-
ram hoc eſt corporis partem maior abſti
nentie inclinet auſteritas. vera diſcretiōe
diſtinguat. illam vel cōprimens vel ſuble
uans portionē. quā vel extolli ſenſerit vl̄
grauari. Nihil enī dn̄s noſter ad cultū
atqꝫ honorem ſuū abſqꝫ iudicij modera
tione vult fieri. quia honor regis iudiciū
diligit. Et idcirco ſapientiſſimus Salo
mon vt in neutram partem vergente iu-
dicio declinemus. admonet dicens. Ho
nora deū de tuis iuſtis laboribus. ⁊ deli-
ba ei de fructibus iuſticie tue. Etenī reſi-
det in conſcientia noſtra incorruptus q̄
dam ac verus index. qui nōnūqꝫ ſuꝑ ſta
tu puritatis noſtre cunctis errantibꝰ ſo-
lus ipē nō fallitur. Omni igitur cautiōe
atqꝫ ſollertia. iugis circumſpecti cordis
ducitur intētio. ne quo modo iudicio no
ſtre diſcretiōis errāte. aut inconſiderate
continentie cupiditate ſucceſi. aut deſi
derio nimie remiſſionis illecti. ſubſtanti
am virium noſtrarum inique trutine ex
aminatione libremus. ſed in altera qui-
dem lance anime puritatem. in altera vi
res corporis collocantes. ita vero conſci
entie iudicio vtraqꝫ pendamus. vt ī neu
tram partem vnius rei affectu ꝓponde-
rante peruerſi. vl̄ ad immodicā diſtricti
onem. vel ad nimiā remiſſionem. equa
litatis libram propenſius inclinemus. ⁊
illud nobis vel pro remiſſionis vel pro
diſtrictionis nimietate dicatur. Nonne
ſi recte offeras. nō autem recte diuidas
peccaſti: Illas etenim ieiuniorum victi-
mas. quas nobis violenta viſcerum cō
uulſione inconſiderate extorquentes do-
mino recte offerre nos credimus. ille qui
diligit miſericordiam et iudiciū execrat
dicens. Ego dominus diligēs iudiciū.
et odio habens rapinam in holocauſtū.
Illos etiam qui oblationum. id eſt. offi-
ciorum atqꝫ actuū ſuorum precipua ad
fotum carnis atqꝫ vſus ꝓprios preſumē
tes. reliquias eorū domino ac minimā
deferunt portionē. velut operarios frau
dulentos ſermo diuinus ita cōdemnat.
Maledictꝰ qui facit opus domini frau
dulenter. Non ergo immerito enim qui
ſe ita iniquo fallit examine. īcrepat dn̄s
dicens. Veruntamē vani filij hominū.
mēdaces filij hominū in ſtateris. vt deci
piant. Et idcirco beatus Apoſtolus vt
diſcretionis moderamina retinentes. in
neutram partem illecti nimietate verga
mus. ammonet dicens. Rationabile ob-
ſequium veſtrū. Quā rē etiā legiſlator
ſimiliter interdicit. ita precipiēs. State-
ra iuſta. ⁊ equa ſint pondera. iuſtus mo
dius. equuſqꝫ ſextarius. Salomoneqꝫ
parem ſuper hoc ſniām proferente. pōdꝰ
magnum ⁊ puſillum. et menſure dupli-
ces. immūda ſunt apud dominum vtra
qꝫ. et qui facit ea in adinuentionibus ſu
is cōpedietur. Proinde non ſolum illo
quo diximus. ſed etiā ſꝫ modo ſtudendū
eſt nobis. vt nec iniqua pondera in cordi
bus noſtris. nec in horreis cōſcientie no
ſtre menſuras duplices habeamus. id ē.
ne ea ipi que diſtrictionis regulam mol
liunt. remiſſiore indulgentia preſumen-
tes. eos qbꝰ vbū dn̄i ꝑdicamꝰ. diſtrictio
ribꝰ preceptis ⁊ grauioribꝰ qꝫ ipſi perferre
poſſimus ponderibus obruamus. Quod
cum facimus. quid niſi duplici pondere
atqꝫ menſura preceptorum domini mer-
cem frugemqꝫ vel appendimus vel meti-
mur: Si enim aliter ea nobis. aliter no
ſtris fratribꝰ diſpenſemꝰ. recte increpamꝰ
a domino. eo qꝫ ſtateras doloſas ac men
ſuras duplices habeamus. ſꝫm illam ſen
tentiam Salomonis q̄ dr̄. Abhomina-
tio ē dn̄o pōdꝰ duplex. ⁊ ſtatera doloſa.
nō eſt bonū ī ꝯſpectu eiꝰ. Hoc etiā modo

reatū doloſi ponderis duplicisq̄ mēſu-
re euidenter incurrimus· ſi diſtrictiora
quedam que priuatim per noſtras cellu
las exercere conſueuimus· humane lau
dis cupiditate coram fratribus oſtente-
mus· abſtinentiores ſcilicet ⁊ ſanctiores
apparere affectantes humano cōſpectui
q̄ȝ diuino. Qui morbus precipue non
modo vitandus· verumetiam abhomi-
nandus eſt nobis. Sed interim a queſti
one propoſita paulo lōgius euagati· ad
eandem a qua diſceſſimus reuitamur.

## De refectionis tempore atq̄ mē ſura. Cap. xxiij.

Igitur predictorum dieruȝ ita
eſt cuſtodienda ſolennitas· vt
corporis atq̄ anime cultui pro
ſit magis remiſſio indulta q̄ȝ noceat· q̄a
nec illi⁹ feſtiuitatis gaudiū aculeos car
nis obtundere· nec immitis ille aduerſa
rius dierum nouit reuerentia mitigari.
Ut ergo ⁊ diebus feſtiuis ſtatuta cōſue
tudinis ſolennitas ꝯſeruet· et saluberri-
mus parſimonie modus minime trāſcē
datur· ſufficit vt indulgentiam remiſſio
nis eo vſq̄ progredi patiamur· vt cibus
qui hora diei nona fuerat capiēdu ſ· pau
lo citius id eſt· ſexta hora pro feſtiuitate
temporis capiatur· ea ratione dumtaxat
vt eſcarum ſolitus modus vel qualitas
nō mutetur· ne puritas corporis· vel inte-
gritas mentis· abſtinentia quadrageſi-
me diligentius acquiſita· quinquageſi-
me remiſſione depereat· nihilq̄ȝ nobis ꝓ
ſit acq̄ſiſſe ieiunijs qđ mox amittere co
gat incauta ſaturitas· preſertim cū etiā
hoſtis noſtri nō ignota verſutia· tūc pre-
cipue munitionem noſtre puritatis īpu-
gnet· cum eius cuſtodiam ſenſerit ſolen-
nitatis celebritate laxatam. Quāobrem
vigilantiſſime prouidendum eſt· ne vn-
q̄ȝ mentis noſtre vigor· blandis ſeducti-
onibus eneruetur· ne vt ſupra iam dictū
eſt· caſtimonie puritateȝ quadrageſime
labore queſitam· quinquageſime requie
ac ſecuritate ꝑdamus· Et idcirco nulla
penitus in ciborum qualitate vel modo
admittatur adiectio· ſed ab eſcis quarū
continentia dieb⁹ ieiunij ꝓ integritate
pudicicie vtebamur· etiā diebus celeber-
rimis ſimiliter temperemus· ne leticia fe-
ſtiuitatis pernicioſiſſimā nobis carnali
um incentiuorum ſuſcitans pugnā· ver
tatur in luctum· illamq̄ȝ nobis excellenti
orem que gaudio incorruptiōis exultat
feſtiuitatem mentis eripiat· et incipiam⁹
poſt breuē carnalis leticie vanitatē· amiſ
ſam cordis pudiciciam longo penitētie
merore deflere. Studenduȝ quinimo ē·
vt nō fruſtra ad nos illa prophetice ad-
hortationis cōmonitio dirigatur· Cele
bra iuda feſtiuitates tuas· ⁊ redde vota
tua. Si enī continentie iugitatem inter-
iecta dierum ſolennitas nō mutarit· ſpi
ritalibus ferijs iugiter perfruemur· ⁊ ita
nobis a ſeruili operatione ceſſantibus·
erit menſis ex menſe· et ſabbatum ex ſab
bato.

## Interrogatio de diuerſa obſeruatione quadrageſime. Cap. xxiiij.

Germanus. Quid cauſe eſt
vt ſex hebdomadibus quadra-
geſima celebretur· licet in quiſ-
dam prouincijs religionis forſitan pro-
penſior cura· adieciſſe hebdomadaȝ etiā
ſeptimā videatur· cum neuter numerus
die dominico ſabbatoq̄ȝ ſubtracto· qua
draginta dierum impleat ſummā: Sex
enim et triginta dies in ipſis hebdomadi
bus tantūmodo concluduntur.

## Reſpōſio eo q̄ ad āni decimas quadrageſime ieiunium referatur. Cap. xxv.

Theonas. Licet quorundaȝ
pia ſimplicitas hui⁹ rei ampu-
tet queſtionem· tamen quia etiā
illa que alius interrogatiōe indigna du
xiſſet ſcrupuloſius ꝑſcrutantes integrā
obſeruātie nr̄e ac miſterij ꝯitatē deſidera
tis agnoſcere· euidētiſſimā hui⁹ etiā rei
ꝑcipite rōem· vt manifeſtius approbetis

nihil irrationabile nr̃os tradidiſſe ma-
iores Legẽ moſayca vniũſo ꝑplo genera
lis ẽ ꝓmulgata p̃ceptio· decimas tuas ⁊
primitias offeres dño deo tuo. Itaqꝫ q̇
ſubſtantiarũ noſtrarũ oĩmqꝫ fructuum
decimas offerre precipimur· multo ma-
gis neceſſe eſt· vt ipſius quoqꝫ cõuerſati-
onis noſtre et humani vſus operũqꝫ no
ſtrorũ decimas offeramus· que profecto
in ſupputatione quadrageſime euidenť
implentur. Omniũ enĩ dierum numer⁹
quibus reuolutus in orbẽ annus inclu-
ditur· triginta ſex ſemis dierꝫ numero
decimatur. In ſeptẽ vero hebdomadib⁹
ſi dies dñici et ſabbata ſubtrahantur·
quinqꝫ ⁊ triginta ſuperſunt dies ieiu-
nijs deputati· ſꝫ adiecta illa vigiliaꝝ die
qua vſqꝫ in gallorꝝ cantũ illuceſcente do
minica ieiuniũ ſabbati protelatur. non
ſolum ſex ⁊ triginta dierũ numerus adi-
pletur· verũetiã ꝓ decimis quinqꝫ dieꝝ
qui reſidui videbantur· ſi illud qđ ſuper
eſt adiectũ noctis ſpaciũ cõputeť pleni-
tudini totius ſumme omnino nõ deerit

## Quomodo etiaꝫ primitias no-
ſtras domino debeamus offer
re. Cap̃. xxvi.

QUid vero de primicijs dicam·
quas ab oĩbus q̇ chriſto fideliť
famulãť quotidie certũ eſt exhi
beri: Nam cum experrecti a ſomno· et q̇
ſi rediuiua poſt ſoporẽ alacritate ſurgen
tes· priuſqꝫ motũ ſenſus vlli⁹ corde cõ-
cipiãt· vel in memoriã aut curã rei familia-
ris admittãt· cogitationũ ſuarũ ort⁹ atqꝫ
principia· diuinis conſecrant holocau-
ſtis· quid niſi ꝓmicias vere ſuorũ fructu
um· per ſummũ ſacerdotẽ ieſum chriſtũ·
pro vſu vite huius ⁊ imagine quotidia
ne reſurrectionis exoluũt: Quiqꝫ etiam
a ſomno excitati hoſtiã iubilationiſ ſue
deo ſimiliter offerẽtes· primo lingue ſue
motu ipſũ inuocant· ipſius nomẽ laudes
qꝫ cõcelebrãt· atqꝫ ad canendos ei hym
nos· prima labiorꝝ clauſtra reſerantes. i-
molant deo ſui oris officia. Cui etiã pa-
ti deferũt modo ꝑma manuuꝫ ſuarum
greſſuumqꝫ libamina· cum e cubilib⁹ cõ-
ſurgẽtes in orõe conſiſtũt· ⁊ priuſqꝫ in ꝓ-
prijs cauſis mẽbrorꝝ ſuorꝝ fungãtur offi
cio· nihil ſibi de miniſterio eorũ ante de-
cerpũt· ſed ad ipſius honorẽ promouent
greſſum· atqꝫ in eius laudatiõe defigũt·
et ita cunctorꝝ motuũ ſuorum primitias
protenſione manuũ· incuruatione genu
um· et totius corporis proſtratione per-
ſoluũt. Illud enĩ qđ decantatur in pſal
mo alias implere non poſſumus. preue
ni in maturitate ⁊ clamaui· et preuenerũt
oculi mei ad te diluculo vt meditarer elo
q̇a tua· et mane oratio mea preueniet te·
niſi vt poſt quietẽ ſomni in hanc lucẽ vt
ſupra diximus· velut e tenebris ⁊ imagi-
naria morte reuocati. đ vniũſis officijs
mentis ⁊ corporis nihil omnino in noſtris
preſumere neceſſitatib⁹ audeam⁹. Nul-
lus namqꝫ eſt alius quem aut ꝓpheta p̃-
uenerit matutinus· aut nos preuenire ſi
militer debeamus· niſi aut noſmetipſos·
id eſt· occupationes noſtras ⁊ affectus·
curaſqꝫ mortales ſine quibus eſſe ñ poſ-
ſumus· aut ſuggeſtiones ſubtiliſſimas ĩ
imici quas nobis adhuc quieſcentibus
ac ſopore demerſis· per fantaſias inani-
um ſomniorum inferre conatur· quibus
nos mox euigilaturos occupet ⁊ inuol-
uat· vt primitiarum noſtrarum opimas
deflorans primus ipſe decerpat. Quaꝫ
obrem omni nobis cautione curandum
eſt· ſi tamen vim predicti verſiculi opere
volumus adimplere· vt ita primos ma-
tutinarum cogitationũ ortus ſollers vi
gilantia tueatur· ne quid ex eis feſtina p̃
ſumptio liuentis attaminet inimici· no-
ſtraſqꝫ primitias tamqꝫ viles iam atqꝫ
communes a domino faciat reprobari.
Qui ſi preuentus a nobis peruigili mẽ-
tis circumſpectione nõ fuerit· anticipati
onis nequiſſimã conſuetudinem nõ de-
ponẽs· quotidie nos fraudib⁹ ſuis ꝑueni
re ñ deſinet. Et idcirco ſi placitas ⁊ acce
ptabiles deo ꝑmitias ex fructib⁹ nr̃e mẽtis
optam⁹ offerre ñ mediocrẽ ſollicitudinẽ

debemus impendere· vt om̄es noſtri corporis ſenſus· matutinis precipue horis tanq̄ʒ ſacroſancta dñi holocauſta in omnibus illibata atq̄ʒ intacta hucmus. Qđ deuotionis genus multi etiam ſecularium ſumma cautione cuſtodiunt· qui ante lucem vel diluculo conſurgentes· neq̄ q̄ʒ familiaribus ac neceſſarijs mūdi huius actibus implicātur· priusq̄ʒ cunctorum actuū ſuorum operationūq̄ʒ primitias· ad eccleſiam cōcurrētes diuino ſtudeant conſecrare conſpectui.

**Cur diuerſo dierum numero q̄dragesima a pleriſq̄ʒ obſeruetur. Cap̄. xxvij.**

POrro quod dicitis· diuerſo more· id eſt· ſex vel ſeptez hebdomadibus per nōnullas ꝓuincias quadrageſimā celebrari· vna queādmodum diximus ratio idemq̄ʒ ieiuniorum modus diuerſa hebdomadarū obſeruatione cōcluditur. Hi enī ſibi ſex hebdomadarū obſeruantiā prefixerūt· qui putant die quoq̄ʒ ſabbati ieiunandū. Sex ergo hebdomadas ieiunia perſoluunt· qui eoſdez ſex ⁊ triginta dies per ſabbata ſexies reuoluta cōſummant.

**Quare vocetur q̄dragesima cū triginta et ſex tantummodo diebus ieiunetur. Cap̄. xxviij.**

VNa ergo quemadmodum diximus ratio· idemq̄ʒ eſt ieiuniorum modus· licet in hebdomadarū numero diſcrepare videatur· Sed profecto cum rationē huius rei hūana obliteraſſet incuria. tempus hoc quo anniuerſarie vt dictū eſt decime deo trigita ſex ſemis ieiunijs offerūtur· quadrageſime nomen accepit· qđ fortaſſe vel ꝓpter hoc viſuʒ ſit h̄ vocabulo debere cenſeri· q̄ꝑ moyſes vel helyas vel ipſe dñs noſter ieſus chriſtus quadraginta diebus ieiunaſſe traduntur. Ad cuius numeri ſacramentuʒ illi quoq̄ʒ quadraginta anni q̇bus iſrael eſt in ſolitudine cōmoratus· ⁊ quadraginta ſimiliter mā ſiones quibꝫ eam myſtice pertranſiſſe deſcribit᷑. nō incongrue coaptantur. Et fortaſſe ipā decimatio recte quaſi ab vſu telonei q̄dragesime nomē accepit. Ita enī illa publica vulgo vocatur exactio· ex qua tāta lucri portio regis cōmodis deputatur· q̄ntum ⁊ a nobis a rege omniū ſeculorū pro vſu vite noſtre legitimū quadrageſime vectigal exigit᷑. Sane licet h̄ ad ꝓpoſitā nō ꝑtineat queſtionē· tñ q̄ ſe obtulit narrationis occaſio· nec h̄ quidē pretereundū puto q̄ꝑ frequētiſſime ſeniores noſtri idcirco illis diebus maxime impugnari omne monachorum genus antiqua inimice gentis conſuetudine teſtabantur· et ad tranſmigrandum de ſuis ſedibus acrius perurgeri· eo q̄ꝑ ſm̄ illam ſimilitudinem qua tūc egyptij filios iſrael violentis afflictionibus opprimebant· nunc quoq̄ʒ verum iſrael· id eſt· monachorum plebeʒ intellectuales egyptij duris ac lutulētis opibꝫ īcuruare conēt᷑· ne ꝑ amicā deo q̄etē terrā egyptiā deſerētes· ad heremū ꝟtutū ſalubriter tranſeamus· ita vt aduſum nos pharao infremēs dicat. Ocioſi ſunt· et idcirco vociferātur dicentes· eamus ⁊ ſacrificemus dño deo noſtro. Opprimātur laboribus ⁊ ſolliciti ſint in opibus ſuis· et nō ſint ſolliciti in verbis vanis. Naʒ vtiq̄ʒ vanitas impiorū ſanctū dñi ſacrificium qđ nō niſi in heremo liberi cordis offertur· ſummaʒ eſſe aſtruit vanitatem· abhominatio eſt enī peccatori religio.

**Q̄ꝑ perfecti ſupergradiātur legem q̄dragesime. Cap̄. xxix.**

HAc igit᷑ quadrageſime lege qui iuſtus atq̄ʒ perfectus eſt· non tenetur· nec exigui huiꝰ canonis ſubiectione contentus eſt· queʒ profecto illis qui per totum anni ſpaciuʒ delicijs vel negocijs ſecularibus implicantur eccleſiaruʒ principes ſtatuerūt· vt vel hac legali quodāmodo neceſſitate cōſtrictibis ſalteʒ diebus vacare dño cogerent᷑· ac dierum vite ſue quos totos quaſi fructus quoſdam fuerant voraturi vel decimas domino dedicarēt. Ceterum iuſti

quibus lex nõ eſt poſita. quicq; ſpiritali
bus officijs non exiguam illam id eſt de
cimã partẽ ſed totũ vite ſue tempus im-
pendunt quia liberi ſunt a decimaruʒ le
galiũ functione. idcirco ſi eos ſup̄ueniẽs
honeſta ⁊ ſancta neceſſitas coartarit. au
dent ſtationẽ ieiunij abſq; vlla diſcepta
tione laxare. Non enĩ ab eis decimaruʒ
exiguitas mutilatur. qui oĩa ſua dño
ſecum pariter obtulerunt. Quod profe-
cto abſq; ſummo fraudis reatu facere il
le nõ poterit. qui nihil volũtarie offerẽs
deo. inexcuſabiliter ſoluere decimas ſu
as legis neceſſitate cõpellitur. Quapro
pter liquido cõprobatur perfectũ eẽ nõ
poſſe famulum legis. qui vel illa q̃ prohi
bentur cauet. vel illa que precipiũtur exe-
quitur. ſed illos vere eſſe perfectos q̃ etiã
his que a lege conceſſa ſunt nõ vtuntur.
Et hac ratione cum de moſayca lege di-
cat. nihil enĩ ad perfectũ duxit lex. non-
nullos ſanctorum in veteri teſtamento p̄
fectos legimus extitiſſe. q̃ a tranſcenden
tes legis imperium ſub euangelica perfe
ctione vixerunt. ſcientes q̃ iuſtis non eſt
lex poſita ſed iniuſtis ⁊ nõ ſubditis. impijs
et peccatoribus. ſceleratis ⁊ contaminatis

## De cauſa et initio quadrageſime
### Cap. xxx.

Sciendum igitur ſan hanc ob
ſeruantiam quadrageſime q̃ʒ-
diu eccleſie illius primitiue per
fectio inuiolata permanſit penitus non
fuiſſe. Non enim precepti huius neceſſi-
tate nec quaſi legali ſanctione cõſtricti.
artiſſimis ieiuniorum terminis claude-
bantur. qui per totum anni ſpaciũ equa
li ieiunio concludebãtur. Verũ cũ ab il-
la apoſtolica deuotione deſciſcẽs quoti
die credentium multitudo ſuis opibus
incubaret. nec eas vſui cunctorũ fideliuʒ
ſm apoſtolorum inſtituta diuideret. ſed
priuatis impendijs ſuis conſulens nõ ſer
uare tantũ ſʒ etiã augere ꝯtenderet. ana-
nie ⁊ ſaphire exemplum nõ contenta ſe-
ctari. id tũc vniuerſis ſacerdotibus pla-
cuit. vt homines curis ſecularibus illiga
tos et pene vt ita dixerim continentie vel
cõpunctionis ignaros. ad opus ſanctũ
canonica ieiuniorũ indictiõe reuocarẽt.
et velut legaliuʒ decimarũ neceſſitate cõ
pellerent. q̃ vtiq; infirmis ꝓdeſſe poſſet.
et perfectis preiudicare non poſſet. qui
ſub gratia euangelij conſtituti volunta
ria legem deuotione tranſcendũt. vt ad
illam apoſtolice ſententie beatitudinem
poſſint peruenire. Peccatũ enĩ in vobis
nõ dñabitur. nõ enĩ eſtis ſub lege: ſʒ ſub
gratia. Vere enĩ dñationẽ in illo nõ põt
exercere pctm̃. q̃ dñatur affectibus pctõꝝ.

## Interrogatio queadmodũ intelligi debeat q̃ ait apoſtolus peccatum in nobis non dñabitur.
### Cap. xxxi.

Germanus. Quia nõ põt fal-
lax hec apoſtoli eſſe ſententia. q̃
ſecuritatem nõ ſolũ monachis
ſed etiã omnibus chriſtianis generaliter
repromittit. nimiũ nobis videtur obſcu-
ra. Cum enim cunctos qui euãgelio cre
dunt a iugo et dñatiõe peccati liberos
atq; alienos eſſe pronũciet. quomodo pe
ne in oĩbus baptizatis vincit dñatio
peccatorũ. ſm ſententiã domini qua ait.
Omnis qui facit peccatum ſeruus ẽ pec-
cati.

## Reſpõſio de differentia gratie et legalium preceptorum.
### Cap. xxxij.

Theonas. Queſtionẽ nobis
ruſus immodicam inquiſitio
vr̃a cõmouit. cuius vim licet ſci
am ab inexpertis nec tradi poſſe nec per-
cipi. tamẽ q̃tũ potero verbis abſolue
re ⁊ breuiter expedire temptabo. ſi modo
intellectus veſter ea que dicemus etiam
operibus ſubſequatur. Quecunq; eniʒ
nõ per doctrinã ſed per experientiaʒ co-
gnoſcuntur. ſicut tradi ab inexperto ne-
queũt. ita nec mente cõcipi vel teneri. ni-
ſi ab eo qui ſimili ſtudio fuerit atq; inſti
tutione fundatus. Et idcirco neceſſariũ
reor vt primũ diligentius inquiramus.
q̃d nam ſit ꝓpoſitũ vel voluntas legis. vel

que gratie diſciplina atq; pfectio· vt cō-
ſequēter ex his· ſiue dōnationē pctī· ſiue
expulſionē eius poſſim⁹ agnoſcere· Ita-
q; lex pncipaliter iubet expeti copulā nu-
ptiarū dicēs. Beatus qui habet ſemē in
ſyon· et domeſticos in hieruſalem· et ma-
ledicta ſterilis q̄ nō peperit. Econtrario
gratia ad incorruptionis perpetue puri-
tatē ⁊ caſtimoniā nos hortē virginitatis in-
uitat. Beate inq̄ens ſteriles q̄ nō genue-
runt ⁊ vbera que nō lactauerunt· et qui
nō oderit patrē et matrē ⁊ vxorē: nō pōt
meus eſſe diſcipulus· et illud apoſtoli· re-
liquū eſt vt ⁊ q̄ habēt vxores tamq; nō
habētes ſint. Lex dicit· decimas tuas ⁊
pmicias nō tardab offerre· grā āt dic· ſi
vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oīa que
habes ⁊ da paupib⁹. Lex talionū cōuici-
orū ⁊ iniuriarū nō prohibet vltionez di-
cens. oculuz p oculo· dentē p dente grā
cōgēminatione iniuriarū vel cedis que
fuerint irrogate noſtrā patientiā vult p-
bari· et ad duplicis diſpendij tolerantiā
paratos eſſe nos precipit· q̄ te pcuſſerit i
quiēs in dexterā maxillam prebe ei ⁊ alte-
ram· et illi q̄ vult tecum iudicio cōtende-
re· et tunicā tuaz tollere· dimitte ei ⁊ pal-
lium. Illa inimicos odio habēdos· hec
ita diligendos eſſe decernit· vt p ipſis deo
ſemper cenſeat ſupplicandum.

## De eo q leuiora ſint euangelij precepta q̄z legis. Cap. xxxiij

Cum igitur quis hoc euangeli-
ce pfectionis culmē aſcenderit·
iſte profecto ſupra omnē legem
tantarū virtutū meritis ſublimatus· et
vniuerſa q̄ per moyſen precepta ſunt q̄ſi
parua deſpiciens· tantuz ſub gratia ſal-
uatoris ſe eſſe cognoſcit· cuius adiutorio
ſe ad illū ſublimiſſimū ſtatū intelligit p-
ueniſſe. Non ergo dñatur in eo peccatū·
quia charitas q̄ diffuſa eſt in cordibus
nr̄is· p ſpiritū ſanctū qui datus eſt nob
oēm alteri⁹ cuiuſq; rei excludit affectū·
nec poteſt aut vetita cōcupiſcere aut im-
perata cōtemnere· cuius totū ſtudiū· to-
tūq; deſideriū diuino amori ſemper in-
tentū· vſq; adeo viliū rerū oblectatione
nō capitur· vt etiā his q̄ cōceſſa ſunt nō
vtatur. In lege aūt in qua cōiugiorū iu-
ra ſeruant· q̄uis cohibita luxurie euaga-
tio vni tantū femine mancipetur· tamen
neq̄ q̄z poſſunt carnalis ɔcupiſcētie acu-
lei nō vigere· et difficile ē vt ignis cui eti-
am ſtudioſe pabula ſuggerūtur· ita pre-
fixis terminis includatur· vt non etiā ex-
tra euagatus amburat quicq̄d attigerit
Cui etiā ſi ſua illa ita ſp occurrat obie-
ctio· vt exeſtuare extrinſecus nō ſinatur·
tamē etiā dū cohibet incendit· q̄a volu-
ptas ipā culpabilis ē· ⁊ ad velociſſimos
adulteriorū raptat exceſſus conſuetudo
cōcubitus. Ceterū quos gratia ſaluato-
ris ſancto incorruptionis amore flāma-
uerit· ita oēs carnalium deſideriorū ſpi-
nas dñice charitatis igne cōſumūt· vt ne
tepēns fauilla viciorū refrigeriū integri-
tatis imminuat. Legis ergo famuli a li-
citorū vſu ad illicita prolabūtur· grē par-
ticipes dū licita cōtemnūt illicita nō no-
uerunt. Sicut aūt viuit in cōiugij amo-
re peccatū· ita etiā in eo qui decimas ſu-
as ⁊ primicias tantū eſt reddere conten-
tus· neceſſe ē enī eū dum tardat aut ne-
gligit· aut in qualitate earum· aut in q̄n-
titate· aut in q̄tidiana diſtributōe pecca-
re. Qui enī iubetur ea que ſua ſunt infa-
tigabiliter indigentibus miniſtrare· q̄zli-
bet ea ſumma fide ac deuotione diſpen-
ſet· tamē difficile eſt vt nō laqueos pctō-
rum frequenter incurrat. In illis vero q̄
conſiliū dñi nō ſpreuerūt· ſed omnē ſub-
ſtātiā ſuā paupib⁹ pogātes· ſūpta ſua
cruce largitorē celeſtis grē ſubſequūt· pctm̄
nō pōt dñari. Nō enī eū diſpenſantē ſa-
cratas iam chriſto opes et quaſi aliena ſ
pia diſtributione pecunias· infidelis ſer-
uandi victus cura mordebit· nec elemo-
ſyne hylaritatem abijcit meſta cūctatio·
quia quod ſemel totū obtulit deo· id iaz
alienum ſine proprie neceſſitatis recorda-
tione aut anguſti victus timore diſpgit·
qui certus eſt cū ad deſideratam perue-
nerit nuditatē· multomagis a deo ſe q̄z

voluerem celi eſſe paſcendum. Econtra
rio is qui ſubſtantiam retinens mūdia-
lem· aut decimas fructuū ſuorū atq̄ p̄-
mitias· aut partem pecuniarum conſtri-
ctus legis antique ſanctione diſtribuit·
licet peccatorum ſuorum ignem maxime
elemoſine rore reſtinguat· impoſſibile ta
men eſt· quantauis opes ſuas magna-
nimitate diſpenſet· vt ſe ad plenū eruat
a dn̄atione peccati· niſi forte per gratiā
ſaluatoris· cum re etiam ipm̄ affectū de
poſuerit poſſidendi. Pari modo nō po
teſt nō eruento peccati imperio famula-
ri· quicumq̄ oculum pro oculo· dentem
pro dente· ex precepto legis eruere· aut ī-
imicū ſuum odio mauult habere· quia
neceſſe eſt eum dum talionis viciſſitudi
ne vlciſci ſuam optat iniuriam· dum cō
tra inimicos odij amaritudinē ſeruat· fu
roris atq̄ ire perturbatione ſemper accē
di. Quicunq̄ vero ſub euāgelice gratie
illuminatione verſatur· ac malum nō re
ſiſtendo ſuperans· ſed ferendo dexteram
percutienti maxillam· etiam alteram pre
bere voluntarius nō moratur· et volen-
ti aduerſum ſe de tunica litigium cōmo-
uere remittit et pallium· quiq̄ diligit in
imicos ſuos· et orat pro calumniātibus
ſibi· hī peccati ſpulit iugū ac vīcula diru
pit. Non enim viuit ſub lege que nō in-
terimit ſeminaria peccatorum· vnde nō
immerito de ipā beatus apoſtolus· reꝓ
batio inquit fit precedentis mandati ꝓ-
pter infirmitatē eius et inutilitatē· nihil
enī ad perfectum adduxit lex· et dominus
per prophetam· et dedi inquit eis prece-
pta nōn bona· et iuſtificationes in q̄bus
nō viuent in eis· ſed viuit ſub gratia· q̄
non ramos tantum nequitie amputat·
ſed ipās penitus radices noxie volunta-
tis euellit.

## Queadmoduz quis probetur eſſe ſub gratia. Cap. xxxiiij.

Quiſquis ergo perfectionē euā
gelice ſtuduerit tenere doctrine·
hic ſub gratia conſtitutus pec-
cati dn̄atione non premitur. Hoc eſt n·
eſſe ſub gratia· que a gratia mandantur
implere. Quicunq̄ vero perfectōis euā
gelice plenitudini ſubiectus eſſe nolue-
rit· non ignoret ſe q̄uis baptizatus ſibi
videatur ac monachus nō eſſe ſub gra
tia· ſed legis adhuc vinculis prepeditū
peccati pondere pregrauari. Propoſitū
namq̄ eſt eius qui omnes a quibus re-
ceptus fuerit gratia adoptōnis aſſumit·
non deſtruere ſed ſuperedificare· nec eua
cuare ſed adimplere moſaycas ſanctio-
nes. Quod nōnulli penitus ignorātes·
et conſiliorum atq̄ exhortationū chriſti
magnificentiam negligentes· ita p̄ſum-
ptiua libertatis ſecuritate ſoluuntur· vt
nō ſolum chriſti precepta tanq̄ ardua n̄
attingant· verumetiam ipā illa que illis
incipientibus paruuliſq̄ moſayca lege
mandata ſunt· velut antiquata contem
nant· illud quod apoſtolus execratur no
xia libertate dicentes· Peccabimus· quia
non ſumus ſub lege ſed ſb gratia. Qui
ergo nec ſub gratia ē· quia nequaq̄ ad
dominice doctrine culmen aſcendit· nec
ſub lege· quia etiam ipā illa paruula le-
gis mādata nō ſuſcepit· hic duplici pec
catorum oppreſſus imperio ob hoc ſolū
gratiam chriſti percepiſſe ſe credit· vt per
noxiam libertatem ab eo fieret alienus· ī
illud incidens qd̄ apoſtolus petrus ne ī
curramus enūciat. Quaſi liberi inq̄t agi-
te· et non quaſi velamen habentes mali-
cie libertatem. Beatus quoq̄ apoſtolus
paulus· vos enim inq̄t in libertatem vo
cati eſtis fratres· id ē· vt abſoluti ſitis a do
minatione peccati· tantum ne libertatē
in occaſionem detis carnis· id eſt· fruſtra
tionem legalium mandatorum credatis
eſſe licentiam viciorum. Hec vero liber-
tas· quia nuſq̄ niſi ibi ſit tantū vbi do
minus cōmoratur· paulus apoſtolus do-
cet. Dn̄s inquiens ſpiritus eſt· vbi autē
ſpiritus domini· ibi libertas. Quapro-
pter neſcio vtrū hunc beati apoſtoli ſen-
ſum ſicut hi qui experti ſunt ſapiunt· ex
primere atq̄ elucidare potuerim· vnum
ſcio apertiſſime illum etiam ſine expoſiti-

tione cuiuſq; omnibus reſerari. q̄ pra-
cticen. id eſt. actualem perfecte tenuerint
diſciplinam. Non enim laborabunt vt
quod iam operando didicerunt, intelli-
gant diſputando.

### Interrogatio cur interdum ꝑpenſius ieiunātes carnalibus incentiuis acrius vrgeamur.

Cap. xxxv.

GErmanus. Obſcuriſſimam
queſtionem et multis etiam vt
putamus incognitam apertiſſi-
me reuelaſti. Unde vt hoc quoq; profectui
nr̄o adiicias depcamur. vt cur intēdū etiā
propenſius ieiunantibꝰ nobis et exhau
ſtis atq; defectis. vehementiores pugne
corpio excitent᷑ diligēter ediſſeras. Nā ple
rūq; etiā experrecti e ſomno. cū deprehē-
derimus nos corporalis veneni contagi
um pertuliſſe. ita deiicimur cōſcientia. vt
ne ad ipſam quidem orationē conſurge
re fiducialiter audeamus.

### Reſpōſio q̄ hec queſtio future collatiōi debeat reſeruari.

Cap. xxxvi.

THeonas. Studium quidē
veſtrum. quo perfectionis viā
nō tranſitorie ſed plene atq; ꝑ-
fecte deſideratis attingere. infatigabilit᷑
huic diſputationi nos prouocat inhere-
re. nec enim de exteriore caſtimonia. et cir
cumciſione manifeſta. ſed de illa que in oc-
culto eſt diligenter inquiritis. ſcientes in
hac viſibili carnis continentia. perfectio
nis plenitudinem nō ineſſe. que haberi
vel p neceſſitatē vel p hypocriſim etiā ab
infidelibus poteſt. ſed in illa cordis vo-
luntaria et inuiſibili puritate. Quā cū
beatus apoſtolus ita predicet. non enim
qui in manifeſto iudeus. neq; que ī ma-
nifeſto in carne eſt circumciſio. ſed qui in
occulto iudeus. et circumciſio cordis in
ſpiritu. nō litera. cuius laus nō ex homi-
nibꝰ ſed ex deo eſt. q̄ ſolꝰ ſcʒ cordiū ſecreta
rimatur. tamen quia ſatiſfieri deſiderio
veſtro ad plenum nō poteſt. breue enim
quod ſupereſt ſpacium noctis. ad inda-
gandam hanc obſcuriſſimā nō ſufficit
queſtionem. congruum reor vt interim
differat᷑. Senſum eī hec et corde ab omī
cogitationum ſtrepitu penitus abſolu-
to vt a nobis proferri. ita veſtris debent
mentibus intimari. que ſicut propter cō
ſciētie purificationē oportet inquiri. ita
niſi ab eo qui donū integritatis expertꝰ
eſt tradi aſſignariq; nō poſſunt. Nō enī
queritur quid inaniū argumenta ꝟbo-
rum. ſed interna conſcientie fides et ma-
ior vis ꝟitatiſq; īculcet. Et idcirco de emū
dationis huius ſciētia atq; doctrina. nec
proferri aliquid niſi ab experto. nec trāſ-
fundi quicq; poteſt. niſi in cupidiſſimū
valdeq; ſollicitū virtutiſ ipiꝰ amatorem.
qui nō eam vacuis nudiſq; ſermonibꝰ
ſciſcitando. ſed totis animi viribus an-
nitendo optet attingere. ſcilicet non ſtu-
dio loquacitatis infructuoſe. ſed deſide
rio puritatis interne.

### Explicit collatio pria abbatis theone de remiſſione quinquageſime. Incipiunt capitula collatiōis ſecūde abbatis theone de nocturnis illuſionibus.

Cap. i.
DE iterato ad abbatem theonā reditu noſtro eiuſq; exhortatione.
ij Cōmemoratio interrogationis noſtre cur maiorē abſtinentiā maior interdum carnis impugnatio ſubſequatur.
iij Qꝫ triplici ratione ꝓueniat genitalis fluxus egeſtio.
iiij Interrogatio an ad ſacroſanctā cōmunionē accedere liceat nocturna illuſione pollutum.
v Reſponſio quando reatū cōtrahat hec paſſio dormienti
vi Qꝫ nōnūq; etiā inimici factione hec contingat illuſio.
vij Qꝫ nūq; dignum ſe cōmunione dominica quiſpiam debeat iudicare.
viij Obiectio eo q̄ omnes dominica

coïone priuandi ſint ſi nullus
eſt abſqꝫ ꝑeccato.
ix Reſponſio eo ꝙ multi ſancti eſ-
ſe poſſint· nemo abſqꝫ ꝑeccato
niſi chriſtus.
x Qꝫ ſolus fili⁹ dei abſqꝫ vllo ꝑec-
cati vulnere vicerit tēptatorē.
xi Qꝫ ī ſimilitudine carnis ꝑeccati
ſolus venerit chriſtus.
xij Qꝫ iuſti ⁊ ſancti oēs nō fuerīt in
ſimilitudine ſꝫ in ꝟitate pctī.
xiij Qꝫ nō ſint tam grauia pctā ſan-
ctoꝝ vt eis auferāt meritū ſan
ctitatis.
xiiij Quō intelligendū ſit illud aplī
Nō enī qꝺ volo bonū facio.
xv Obiectio eo ꝙ ex pctōꝝ potius ꝑ
ſona hoc apoſtolus dixiſſe cre-
dendus ſit.
xvi Dilatio ꝓpoſite queſtionis.

**Expliciūt capitula. Incipit col-
latio ſecunda abbatis Theone
de nocturnis illuſionibus.
Cap. i.**

Poſt dies ferme ſeptem· quinqꝫgeſime ſolennitate tranſacta· cū ipo noctis initio· id eſt· poſt ſynaxim veſpertinam ꝓmiſſe diſputationis expectatione ſuſpenſi· ſancti theon ē cellulam fuiſſemus ingreſſi· alacer ſenex hilari vultu ac blando nos prior hm̄ōe cōpellās. mirabar inquit ardentiſſimū ſtudiū veſtrū his ſeptem diebus abſolutionē propoſite queſtionis potuiſſe differre· et debitori ſuo precipue nō roganti· dilationem tāti tpis preſtitiſſe. Juſtiſſimū proinde eſt vt quia vltro mihi benignitas veſtra tam largas cōceſſit inducias· ego quoqꝫ morā in debiti redditione nō faciam. Grata nanqꝫ eſt huius fenoris occupatio· que maiora dum ſoluitur argumenta cōquirit· et nō ſolum percipientē ditat· verū etiam nihil imminuit largienti· Duplices ſiquidem cōgregat queſt⁹ rerum ſpiritalium diſpenſator. Lucrū enim non ſolum in illius qui audit profectu· verumetiam in ſua diſputatiōe cōſequitur· non minus ſemetipm̄ ad deſiderium perfectionis accendens· dum inſtruit auditorem. Quāobrem veſter ardor meus profectus ē· veſtra ſollicitudo mea compunctio eſt. Nam vtiqꝫ et ipſe nunc mente torperem· nihilqꝫ in meo corde de his que expetitis pertractarē· niſi me veſter feruor atqꝫ expectatio ad rerum ſpiritalium recordationem ſuſcitaret quodāmodo dormitantem. Et idcirco proferatur in medium queſtio ſi videtur· cuius pridem pro anguſtia tempoꝛꝭ abſolutionem procraſtinare maluim⁹.

**Cōmemoratio interrogatōnis
noſtre cur maiorem abſtinētiā
maior interdum carnis impu-
gnatio ſubſequatur. Cap. ij.**

Hoc autem ni fallor inquiſitio veſtra complexa eſt· cur interdū remiſſius ieiunātes· leuioribus carnis huius aculeis titillemur· et nōnūqꝫ diſtrictius abſtinentes· afflicto exhauſtoqꝫ corpore· incentiuis acrioribꝫ vrgeamur· ita vt quemadmodum patefecit veſtra confeſſio· experrecti· reperiamus nos humorum naturalium egeſtione reſperſos. questio

**Qꝫ triplici ratiōe proueniat ge-
nitalis fluxus egeſtio. Cap. iij.**

Huius ergo infeſtationis triplicem cauſam noſtri ꝓdidere maiores· que modū temporis cōſtituti intempeſtiuis irrumpat exceſſibꝫ. Aut enī ſuperflua eſcarū nimietate congeritur· aut per incuriā mentis elabitur· aut inimici illudentis inſidijs prouocatur. Primū igitur caſtrimargie· id ē· voracitatis vel gule vicium· hanc redūdātiam obſceni humoris extrudit. Nam ⁊ cum diſtrictioris abſtinētie tempore ſtatū polluit puritatis· non de pñti vt putatis inedia· ſꝫ de nimietate preterite ſa-

turitatis effunditur. Quod eniʒ per voracitatis ingluuiem concretum fuerat ī medullis neceſſe eſt vt per pruritum aut certe per ignorantiam quãuis magno ieiunio tabefacti corporis egeratur. Quãobrem non ſolum lautioribus epul' abſtinendum ſed etiam a vilioribus cibis equali eſt continentia temperandum immo ipſius etiã panis ⁊ aque ſatietas ē cauenda vt poſſit diu in nobis acq̃ſita corporis puritas ꝑmanere atq; imitari qđammodo intemeratã ſpũs caſtitateʒ licet nos neceſſe ſit confiteri interduʒ etiã abſq; vlla mentis induſtria vel per temperiē corporũ vel per etatis maturitateʒ quoſdam rarius ſordidari vel certe fluxus iſtius egeſtione nõ pollui. Sed alterius meriti eſt qui pacem inerti felicitate conſequitur alterius qui triumphũ glorioſis virtutibus promeretur. Hui⁹ cĩ potentia vicioꝝ omnium debellatrix digna miraculo eſt illum quē facultas boni in ſua tuetur ignauia cenſenduʒ magis dixerĩ ſecuritatē hr̃e q̃ laudē. Secũda impuri illius profluuij cã eſt ſi mens ſpiritalibus ſtudijs atq; exercitijs vacuata nec diſciplinis interioris hominis īſtituta quendam ſibi ſegniciei ſitum per cõſuetudinem continui torporis obduxerit aut cum ſordidarum cogitationuʒ inimicicias nõ cauens ita illam cordis ſublimiſſimã puritatem ſegniter concupiſcit vt omnē ꝑfectõnis ⁊ caſtimonie ſummã in ſola credat exterioris hominis caſtigatione conſiſtere. Cui⁹ erroris atʒ ſecordie vicio conſequenter eueniet vt nõ ſoluʒ multimoda cogitationũ peruagatio inuerecunde atq; procaciter ſecretũ mentis irrũpat ſed etiam priſtinarũ omnium paſſionum intra eam ſemina perſeuerēt. Que q̃diu in eius abditis deliteſcunt quãuis rigido corpus ieiunio caſtigetur tamen nihilominus dormientē illecebroſis fantaſmatibus inquietant. Qua re fit vt ante legittimi temporis curſum non iam ex nature neceſſitate ſed nec adhuc ex fraude nequitie ſpiritalis obſceni eliciãtur humores qui nõ tam inanitate carnis q̃ mentis circũſpectione atq; virtute ſi penitus inhiberi neq̃unt ſaltem ad illã egeſtionis ſimplicē qualitatem auxiliante gratia dei perducuntur. Ideoq; in primis diſcurſus ſũt ſenſuum coercendi ne mens iſtis exceſſibus aſſuefacta ad fediora incitamēta luxurie ſomniãs pertrahatur. Tertia cauſa eſt cum per ordinatam quidem atq; ſollicitam continentie diſciplinam contritione cordis et corporis perpetuaʒ caſtimonie puritateʒ optamus acquirere ſed nos vtilitati carnis ac ſpiritus egregie conſulentes fraudulentiſſimi hoſtis ita impugnat inuidia vt dum deijcere fiduciam conſciētie noſtre noſq; velut reatu aliquo humiliare conatur illis precipue diebus quibus maiore integritatē merito deſideramus diuino placere conſpectui abſq; vllo quidem carnis pruritu mentiſve conſenſu nec per illuſionē fantaſmatis alicuius ſed tamen ſimplici fluxus illius egeſtione nos polluit vt a ſacroſancta nos cõmuniõe deterreat licet in quoſdam incipientium et quorũ corpora needum longa ieiuniorum caſtigatione tenuata ſunt ob hoc diabolica factione hec euenire credatur illuſio vt cum eos intenſioribꝰ ieiunijs ſtudere cognouerit omnes eorum conatus hac arte ſubuertat vt dum ſe nõ ſolũ nihil ad puritatem corporis diſtrictiore ieiunio profeciſſe verumetiam grauius ſentiũt fuiſſe pulſatos magiſtram incorruptionis ac puritatis altriceʒ abſtinentie diſtrictionem tanq̃ emulam perhorreſcãt. Quapropter noſſe debemus nõ idcirco nos tantum ab vnoquoq; vicio debere purgari quia ſuis perturbatiõibus noſtrum occupet ſenſum ſed quia contentum non ſit ſolum abſq; aliorum cõſortio dominari ſed intromiſſo omniuʒ viciorum diriore collegio ſubditaʒ ſibi menteʒ multiplicata captiuitate populetur. Et idcirco caſtrimargia vincēda eſt nõ propter ſe tantũ ne ſcilicet oneroſa nos

voracitate corrumpat·nec propter hoc
ſolum ne carnalis ꝯcupiſcētie nos igne
ſuccendat·ſed ne etiam iracundie vel fu
roris atqꝫ triſticie·ceterarumqꝫ omniuꝫ
paſſionum faciat eſſe mancipia· Nā cū
nob eſca ac potus vel minus vl' neglēti
us vel tardius miniſtratur·ſi gule domi
natione deprimimur·conſequens eſt·vt
etiam iracundie ſtimulis incitemur. Et
rurſus voluptuoſis ſaporibꝫ demulceri
abſqꝫ philargyrie peſte ñ poſſumus· per
cuius ſuperfluos apparat⁹ magnis luxu
ria gaudet īpendijs. Philargirya vo
cenodoxia atqꝫ ſuperbia et omniū mul
titudo viciorum indiuidua ſocietate iū
guntur·atqꝫ ita vnumquodqꝫ vicium
ſi vigere in nobis vel ſolum ceperit·etiā
ceteris ſuggerit incrementa.

## Interrogatio an ad ſacroſāctā cōmunionē accedere liceat nocturna illuſione pollutum.

### Cap.iiij.

GErmanus. Diſpenſatione
dei credimus hanc queſtioneꝫ
in medium fuiſſe prolatam· vt
illud qđ verecūdia interrogādi fiduciā
cohibente·nunqꝫ potuimus edoceri·nūc
oportunitate collationis cauſeqꝫ ipſius
ordine prouocati· ſciſcitari fiducialiter
audeamus Si igitur eo tempore quo ac
cedi oportet ad ſacroſancta myſteria ſen
ſerimus nos ſomni illuſione pollutos·ꝑ
ſumenda eſt an vitanda illa ſalutaris eſce
ſacroſancta perceptio?

## Reſponſio quando reatum cōtrahat hec paſſio dormienti.

### Cap.v.

THeonas. Omni quidem in
duſtria quantū in nobis eſt ſtu
dere debemus·vt immaculatā
caſtimonie puritatem illo vel maxime tē
pore teneamus·quo venerandis aſſiſtere
optamus altaribus·et vigilantiſſima
circumſpectione precauendū eſt·ne car
nis integritas precedente tempore cuſto
dita·i ea precipue in qua nos ad cōmu
nionem ſalutaris conuiuij preparamus
nocte fraudetur. Uerum ſi hoſtis ille ne
quiſſimus vt nobis celeſtis remedij ſub
trahat medicinam·cuſtodiaꝫ ſopite mē
tis illuſerit·ita dumtaxat vt nullo repre
henſibili interueniente pruritu·nullo cō
taminetur oblectationis aſſenſu·ſꝫ egeſti
onem aut naturali neceſſitate profuſaꝫ·
aut certe impugnatiōe diaboli abſqꝫ ſen
ſu voluptatis elicitam·ad impedimētū
noſtre ſanctificationis obtenderit·poſſu
mus et debemus ad gratiā ſalutaris ci
bi confidēter accedere. Sin vero noſtro
vicio hec fuerit egeſta concretio·cōueni
entes conſcientiam noſtraꝫ illud apoſto
licum formidemus. Qui mādūcauerit
paneꝫ et biberit caliceꝫ domini indigne·
reus erit corporis et ſanguinis domini.
Probet autem ſeipſm homo·et ſic de pa
ne illo edat et de calice bibat· Qui eīm mā
ducat ⁊ bibit indigne·iudicium ſibi mā
ducat et bibit·non diſcernens corp⁹ do
mini·id eſt·nequaqꝫ illum celeſtem cibū
a cōmunium eſcarum vilitate ſecernēs·
nec talem eſſe diiudicans quem non niſi
pura liceat mente vel carne preſumere.
Deniqꝫ infert. Jdeo inter vos multi in
firmi ⁊ imbecilles· ⁊ dormiunt multi·ſpi
rituales ſcilicet infirmitates ac mortes ex
hac ſpecialiter dicens preſumptione ge
